TOMVS QVINDE-
CIMVS RERVM
POLONARVM
1540
1541

Tomus Sedecimus legationum respon=sionum literarum et rerum Polonarũ

Sub divo Sigismundo primo, rege Poloniȩ
Et Samuele Macieowski Epo Cracowien
Regni Poloc Cancellio. actarum et scriptarum

8

Per me Stanislaum Gorski Cracowien Et
Plocensem Canonicum collectarum.

Continet annos 1540
1541.



1

1a

Sub finem anni dni 1539 · indictus fuit
Conuentus regni in Piotrkow ad diem
S. Martini. Sed propter pestem circa Piotrkow
grassantem · translatus fuit Cracouiam
in mensem Januarium ·



Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Regni maioribus

R[de] Mag[ce], Syncere nobis dilecte. Memoria tenet procul dubio S. tua proximis superioribus Comitiis in hac Ciuitate nra Regia per nos habitis, de omnium ordinum sententia constitutum fuisse, vt celerius aliquanto quam antea Comitia per nos edicerent[ur]. Quare cupimus, à S. tua certiores fieri, ad quem diem ea per nos edici oportere censeat, Qua de re sua nobis sententiam primo quoqz tempore perscribat, vt eos quorum interest mature de die Comitiorum certiores reddere possimus, fecerit S. tua, et pro fide atqz officio suo, et pro gra nra. Datum Cracoviae quindecima Augusti, Anno domini, M° D° XXXIX° Regni vero nostri XXXIII°

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis regni primariis

R[de] Mag[ce], Sinceri nobis dilecte, Cum nihil aequi sit nobis propositum, atqz vt defendendi Regni et administrande iusticiae, fixam et stabilem aliquam rationem inuenire possimus, faciunt tamen vel priuata quorundam cupiditates, vel intestina quedam odia et simultates, vt nunquam ad optatum cogitationum nrarum exitum peruenire queamus, Itaqz

cum in nihilum prope tot conatus nri reciderit, pote=
rat animus nr inanibus curis defatigatus ab eis re=
silire, neqz in earum rerum cogitationibus consumi
ad quas frustra toties aggreßi sumus, sed aliud nobis
suadet, ingens amor nr, et studium Regni nri. Reiqz=
publicę rationibus consulendi, Quod quidem prorsus
nobis deliberatum est, non nisi cum vita ipsa ~~priuari~~
Vtcunqz adhuc non satis nobis fęlr consilia nra ceci=
derunt, fore tamen aliquando speramus, vt in eo=
rum corda, quorum consiliis vtimur, Spum sum
Deus immittat, quo abiecta quisqz priuatarum rerum
cura, depositis occultis et intestinis inimicitiis, quę
semper exitio Regnis rebusqz publicis fuerunt soli
Reipucę ex animo consulere incipiat, Jtaqz ad
diem Dino Martino sacrum Piotrcouię Comitia
maiora ediximus, in quibus omia ab omibus adferri
velimus, quę ad excogitandum certam aliquam et
stabilem ronem, cum administrandę iusticię, tum
Regni nri tuendi pertinere videbuntur, Etsi enim
superior hęc ęstas quieta satis fuit, et bellorum metu
Vacua, quis est tamen, qui prestare queat, eundem
fore in sequentis anni statum, Cum et Turcarum
Jmperatorem de inferendo Chrianis Principibus bello,
cogitare certum habeamus, et Tartaros omia illius
imperata facturos dubium non sit, et Valachus
quorsus inclinaturus sit, nemo satis scire poßit.
Nam vt voluntate sit magis in nos propensa, periculu
tamen est, ne contra quam velit facere metu adi=
gatur, Quare hortamur S. tuam, vt minora prius
obeat Comitia ea, quę Proschouię habebuntur, et
alia quę in Ciuitate noua Corczijn conuinus subse=
quentur, atqz ibi ~~cum~~ vna cum aliis Nuncios eligat, cum

plena et non limitata potestate, viros graves, rerum agendarum peritos, qui non ad ~~scribendas~~ serendas discordias et novos in Rep^ca motus excitandos, sed ad tantas potius res tractandas sint idonei, atque cum his postea ad maiora Comitia Piotrcovia mature proficiscatur. quod e Rep^ca esse putaverit, fidele nobis consilium suum impartitura, qua Iure et officio suo. S. tua functa erit, et apud nos gratiam non vulgarem inierit. Datum Crac, pridie Natalis beatae virginis Mariae Anno domini M^o D^o XXX° IX°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Consiliariis minoribus regni

Generosi fideles dilecti, Cum proximis superioribus Comitiis nulla sit stabilis et fixa defendendi Regni nostri ratio constituta, visum est nobis, ad proximum diem Divo Martino Sacrum Comitia Piotrcoviae edicere, in quibus consilium ineatur, Quemadmodum ad omnes subitos hostium impetus propulsandos parati esse possimus, Quae consultatio si unquam antea, tum his maxime difficillimis temporibus, quibus in faucibus iam prope Regni nostri potentissimum Christiani nominis hostem versari atque inibi domicilium suum fixisse videmus, cum primis est necessaria, Nam nisi tuendae salutis nostrae certa sit aliqua ratio excogitata, grande periculum effugere vix licebit, Quum vero, maiora illa Comitia, minora alia de more praecedent, quae particularia vocant in,

feria,   et rursus comitia terrestria in
        feria   Hortamur F. tuam ad
particularem Conuentum in   et Terre-
strem in   proficiscatur, vbi cum legationem
nram audierit Regni nri Reiqz publicae rationibus
pro virili sua consulat, atqz vna cum alijs Nuncios
eligat, viros graues et prudentes, non suae potius
priuatae, quam publicae rei studiosos, cum plena et no
limitata potestate, Cum quibus vna F. tua ad maiora
Comitia Piotrcouien veniat. ibi nobiscum vna et
cum alijs Regni nri Consiliarijs, de hijs quae ad Rei-
publicae salutem pertinebunt, consilia initura. Fa-
ctura pro officio suo et gra nra. Datum Cracouiae
Pridie Natalis beatae Virginis Mariae Anno
Domi 1539 Regni vero nri xxxiijo

Ad mandatum S.
R. Mtis

Sigismundus primus Rex Poloniae
Nobilitati Terrarum regni Poloniae

GEnerose fidelis dilecte, Ita vrgentibus Regni nri Reiqz
publicae negotijs Piotrcouiae Comitia edixinus ad diem
diuo Martino sacrum. Quae quidem, de more, minora
siue particularia praecedent in,   et communia terre-
stria in.   F. tuae mandamus, vt eis intersit, vnaque
alijs Nuncios ad maiora siue generalia Comitia
electura, viros prudentes, et graues, non priuatae
magis, quam publicae rei studiosos, cum plena et

non limitata potestate, sub gratia nra aliter non factur
Dat. Crac. vt supra

Ad mandatum S.
R. Mtis.

Sigismundus primus Rex Polonie
Capitaneis.. Terrarum regni Polonie...

GEnerose fidelis dilecte, Ediximus Comitia Regni maiora Piotrcomie ad proximum diem diuo Martino sacrum, Que quidem particularia in et communia terrestria in de more praecedent. Quare F. tue mandamus, vt ea Comitia promulgari vbiqz et proclamari faciat, in omnibus foris et populi congregationibus, Ciuitatum et Oppidorum, praefecture siue Capitaneatus sui, lrasqz nras quas ad offles et quosdam Nobiles dedimus, quanta maxima poterit et curare celeritate ad eas perferendas curet, Quarum si fuerit aliqua, que inscriptione siue superscriptione caruerit, ipsamet eas. f. tua, eis qui magis fuerint insignes nobilibus inscribi faciat, atqz ad eos quam primum transmittat, Pro officio suo, et gra nra aliter non factura. Datum. Crac. pridie Natalis B. Marie Virginis Anno Domini 1539

Ad mandatum Sacre
Regie Maiestatis,

Comitiis particularis [illegible] legationes designatis

7

Sigismundus primus Rex Polonie
Nunctiis ad Conuentus particulares
cum Legatione designatis

Generosi fideles dilecti. Multis et grauibus Regni et dominiorum nrorum negotiis exigentibus, indiximus generalia Regni Comitia Piotrcouiae, ad diem diuo Martino sacrum, quae minora seu particularia de more in N. praecedere debent. Perspectam itaque habentes tuae f. dexteritatem, et erga nos Remque publicam Regni nri obseruantiam, designauimus illam Nuncium nostrum ad eadem minora Comitia. Quare volumus et mandamus tuae f. vt ibi mandata nra ad praescriptum hoc, quod ad illam cum praesentibus mittimus referat, Operamque det, vt Nuncii, cum plena, et non limitata potestate, ad generalia Regni Comitia mittantur. factura pro gra nra. Datum Crac. vt supra

Ad Mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium

Litterae Credenciales ad Conuentus particulares

Vniuersis et singulis. Praelatis Baronibus. Palatinis Castellanis et aliis Consiliariis, dignitariis Officialibus, et vniuersae Nobilitati Regni nri in Conuentu N. congregatis, sincere nobis

et fidelibus dilectis. gram nram Regiam, Sijncere et fideles nobis dilecti. Mittimus in medium S^tm et f. vrarum Venerabilem . Cui dedimus negotium, vt mandata et voluntatem nram illis decla: ret de hiis rebus, de quibus eas in medium consulere et constituere volumus. Quare S^tes et f. vras hortamur, vt ei in hiis omnibus qua ipse verbis nostris referret, fidem indubiam habeant, ad eaqz exequenda, fidem studium et obseruantiam suam adiungant. Facture S. et f vra, pro debito suo, proqz gratia nra. Datum Cracouia, feria quinta post festum Natiuitatis Sancta Maria. Anno domi Millesimo Quingentisimo Trigesimo nono, Regni vero nri Anno trigesimo tertio

Ad mandatum Sacra
Regie Maiestatis
proprium

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Conuentus particulares Terrarum Regni

Salutatione dicta gratiaq; Regia nunciata et redditis fidei lrīs. in hanc sentenciam verba faciet

Sacra Mtas Regia, cum pro ingenita, tum pro eo rerum vsu, quem ætate consequuta est, facile perspicit duabus rebus potißimum effici, vt Regnorum, Ciuitatum, Rerumq; publicarum status quam longissimo tempore conseruetur incolumis: si et iusticiæ administrandæ, et hostilis impetus propulsandi fixa quædam et stabilis, atq; ea æquabilis ratio sit constituta. Ac in prima quidem illa parte tanta vis est, vt si diligenter in ea sit aduigilatum, consequatur è vestigio et altera, facileq; Regnum defendatur, atq; hostium vis arceatur, quin potius ne futuri quidem sint hostes, si Iuris præcepta seruentur, vt nemo lædatur, honeste viuatur, suum cuiq; tribuatur, Quod si scrutemur attentius quæ nobis belli cum Valachis gerendi causa fuerit, reperiemus fortasse non minimam eius rei culpam penes nos ipsos residere, Etenim si superioribus annis à lædendis finitimis populis nrī sibi temperassent, si ab alienis rapiendis manus abstinuißent, si seuere in hoc genus raptores, et pacis ac tranquillitatis publicæ violatores animaduerti licuisset non esset conflatum bellum Valachicum, neq; nunc ta

potentem, tamq[ue] nobis formidolosum, vicinum haberemus.
Ac nisi à sua ista turbulenta r[ati]o[n]e n[ost]ri supersederit
nisi lacessere finitimos iniuriis desierint, nisi suo con:
tenti vixerint, aliena non appetiuerint, ingens est
periculum, ne hic ipse vicinus n[oste]r, cuius potentia
tantum terrore[m] adfert omnibus, per nos irritetur,
atq[ue] tempestas excitetur h[uius]modi, quae sine magno
negotio sedari non possit.

Ex quo facile colligi potest, quantum in eo positum
sit, si certus aliquis administrandae iusticiae modus
sit inuentus, isq[ue] constans et perpetuus, cum non
aliud iusticia sit, quam constans quaedam et perpe:
tua voluntas, cui si constantiam perpetuitatem[que]
dempseris iam esse iusticia desinet.

Tanto aut[em] maiore studio enitendum est, ut administran:
dae iusticiae certa ratio constituatur, quod non modo
hi qui sunt in finibus Russiae, Scismatici, et Turci,
verum et Chr[ist]iani, quibus cum vicinitas intercedit,
de iniuriis queruntur, ad quas cognoscendas certi
sunt à M[aiesta]te Regia, Iudices Comissarii Glogoviam
missi, inde ad Comitia allaturi, quae tractata
istic fuerint. Quae quidem consultatione diligenti
opus habebunt,

Neq[ue] vero cum finitimis modo populis, verum
inter nos quoq[ue] ipsos conseruari iusticiam oportet.
Nam praeterquam quod grauis est illa sapientis comi:
natio, Regnum à gente in gentem transferri pro:
pter iniusticias et iniurias. Ne libet quidem hominibus
detuenda Rep[ubli]ca: de propellendo hostium impetu
cogitationem suscipere, si se domi hostes habere
videant, qui sua per iniuriam et potentiam eripiant,
Neq[ue] abiiciunt modo curam Reip[ubli]cae defendendae,

verum etiam vltro Deum præcantur, vt hostes imit-
tat, qui suas vindicent iniurias, neq; recusant quin
pereat anima eorum cum inimicis suis. Ac fit inter-
dum, vt imprecationes horum Deus exaudiat, atq;
ita Regnum à gente in gentem transfertur propt
iniusticias et iniurias.

Quamobrem ante om̄ia cupit Sacra M^tas Regia,
vt om̄ia om̄es consilia sua in vnum conferant, totoq;
pectore, quod aiunt in eam curã et cogitationem
incumbant, vt nec̄ finitimos populos nec̄ fr̄es
suos impune iniuria afficere cuiquam liceat, sed
insticia ex æquo administretur omnibus, nullo de-
lectu personarum habito, atq; administranda
eius, fixa aliqua stabilis et æquabilis ratio ineu-
atur.

Inter autem om̄es iniurias, quæ hom̄i ab homine
inferri possunt, quæ potest esse maior, quàm cædes
istæ hominum, quas patrari quottidie cernimus.
Homo sacra res est, vt ait quidam, per ludum iocumq;
occidit̄. Atq; ita iam cædes istæ frequētantur,
vt insto prælio non multò plures casuri fuerint,
quàm quot manu domesticorum quotannis occidunt̄.
Eiusmodi itaq; tam graues iniuriæ, quemadmo-
dum arceri possint, S. M. Regia, cum primis
deliberari cupit, maximè verò, quemadmodum
coërceri possunt hij, qui palam se hostes Regni
profitentur, atq; ipsi manu sibi potius insticiam
administrare cædes faciendo, prædasq; agendo,
quàm eam à Magistratu aut à Regia M^te pe-
tere contendunt

Ita enim persuasum sibi habet, nisi hoc prius sit
constitutum, vt exequendæ insticiæ solida ratio,

inuestigetur, frustra de ratione defendendi Regni de:
liberationem susceptam iri. Nam et minus alacres fu:
turi essent omnium animi, et ut optima esset aliqua
defensionis ratio excogitata, non solet Deus ea Re:
gna fortunare in quibus non omnibus rebus iusticia
anteponitur.

Huius igr administrandae via et ratio cum fuerit dili:
genter inuestigata, tum primum haberi consultatiōm
vult S. M. Regia, Quemadmodum periclitanti Regno
succurri, ac si quis hostium fuerit impetus factus is modō
sustineri uerum etiam arceri queat et propulsari.

Non est quod existimet quisqz quoniam haec proxima
superior aestas, quieta satis fuit, et ab hostium incur:
sione libera, idcirco posse nos, quod in sequentium
quoqz aetatem attinet ociosos utranqz in aurem, qd
aiunt, dormire, neqz necesse nos habere, ut deinceps
da defensionis rōne magnopere simul solliciti.
Deo sunt grāe agendae cuius beneficio singulari factum
est, ut nihil nobis hoc Anno sempiterni hostes nri
molestiae exhibuerint, sed quo quietior fuit ea quae prae:
cessit aestas. hoc est insequens haec magis pertimescenda.

Non dubito quin ex hoc, mero multi sint qui morem
hunc potentissimi Christiani nominis hostis non ignoret,
quod solet ille quasi quaedam interualla habere belli
exercendi, Neqz unquam formidandus est magis,
quam cum aliquandiu quieuit tunc enim collectis
viribus maiorem facit impressiōm ut sustineri vix
possit. Cum totum quietis suae tempus non ad obli:
uionem ueteris, sed ad comparationem potius noui belli
conferre consueuerit. Magis itaqz post anni huius

quietem nobis est metuendus, quam post eam expe-
ditionem, qua usus est anno superiori, cum in terram
Valachiam impetum fecisset.

Ac tanto quidem est metuendus magis, quod iam
aperte Christianis Principibus bellum indixit: itaque
quin sit in Hungariam irrupturus dubium non est, no-
bis autem propter vicinum malum aliquid est et ipsis mali
pertimescendum.

Non ignorat ille, quam arcta necessitudo S. M. Regia
cum Sermo dno Hungariae Rege intercedat, qua addu-
cta, ne quas illi ferat suppetias, non poterit non
esse sollicitus. Quare periculum est, ne aut sui Exerci-
tus partem aliquam contra nos mittat, aut saltim
Tartharis, qui in fide potestateque eius sunt, ut incur-
sionem in Regnum faciant, demandet, Cum praeser-
tim per Nuncium suum Kierdeij S. M. Regiae signi-
ficarit, si quietum Regnum suum velit, a Tartarorum
incursionibus, ut singulos in annos eis pendat, id quod
iam inde a multis annis pendi consueuit. Quod si
fecerit S. M. Regia, non populaturos terras illius
Tartaros, aut si contra fidem interpositam populari
ausi essent, se misso exercitu haud aliter in illos
quam in hostes suos animaduersurum. Quae res ma-
gnae deliberationis indigebit.

Notum est hoc omnibus etiam proxima superiore aesta-
te, fuisse in finibus Regni Tartaros, qui fuerant
procul dubio populaturi terras nras, nisi non prorsus
nudas praesidiis eas reperissent, fortassis etiam in-
testinum bellum eos est remoratum, constat enim
eos manus inter se conseruisse. Sed verendum est,
si modo nutus Turcarum Imperatoris accedat,
ne Syncretismo facto vires suas omnes in unum
collectas, contra nos conuertant ~

Quare in procinctu semper, nos eße oportet, cum vbiq͡ʒ suspecta sint om̃ia, nam et Valacho fidere non oportet, qui se ad foeliciorem parietem inclinabit, Atq͡ʒ vt maximè velit à nobis eße, metu tamen potentioris deterrebitur, et in Prußia noui motus metuendi sũt cui quosdam inhiare nõn est dubiũm, atqui ea om̃i ope nr̃a nobis est fulcienda.

Jnuenda est igr̃ ratio, qua impendẽtes Regno procel: las tempestatesq͡ʒ sedare possimus, neq͡ʒ in diem tm̃ duratura, sed qua in longitudinem prospici poßit, Cum praesertim S. M. Regia Vilnam proficisci necesse habeat, iã enim prope adest Induciarum finis, quas cum Moschis pactas habet, Deliberandum est cum ma: gni Ducatus Consiliariis, prorogandaene Jnduciae an aliquid aliud sit contra Moschos statuendum, vtra: cumq͡ʒ in partem descessum fuerit, erunt om̃iã ma: gis expedita, cum praesens isthic aderit S. M. Regia.

Quo magis ergo necessarium est abesse aliquadiu à Regno S. M. Regiam, hoc maiore studio Hortatur Do: vr̃as, vt nihil curae, diligentiae et laboris praeter: mittant, quo poßit stabilis aliqua, defendendi Regni ratio constitui, vt non sit toties Comitia adicere necesse, sed in hiis decernatur aliquid, si minus per: petuo, longo tamen tempore duraturum.

Non est quisquam qui nesciat, quam neq͡ʒ laboribus, neq͡ʒ sumptibus vllis pepercit S. M. Regia, dum poßet Re: gni rones in tuto collocare. sed irriti ceciderunt co: natus eius omnes, qua ex re maiorem opinione omniũ dolorem accepit, Cum ita diligenter pro sa lute Regni excubet, atq͡ʒ in longitudinem prospectũ illi cupiat, esse tamen quosdam, qui recta cõsilia

perueniat, atq; pias et sanctas cogitationes impediant, quominus ad optatum exitum perduci queant.

Animaduertit S. M. Regia. intelligere quidem omes quod Regno expediat, sed partim priuatis cupiditatibus, partim domesticis, atq; intestinis odiis et simultatibus, ab eo quod rectum sentiunt, deduci, ut affectiones potius animi sui sequantur, quam id quod esse e Repcæ intelligunt.

Eos itaq; qui rei suæ tantum priuatæ student admonitos vult, ut etiam perpendant, quæsum casurum sit suum cuiusq; priuatum, si quod Deus omen obruat, occidere Rempcam contingat, qui vero odio ducti aut simultate de recta via declinat, neq; pensi quicquam habent, dum odium suum expleant, his si persuaderi non pot ut Chrianæ professionis memores, condonet uicissim defensas, Saltem hoc ab eis postulat S. M. Regia, ut ad tempus inimicitias deponat et tantisper modo simultatum suarum obliuiscantur, dum de statu Reipcæ consultant, Nemo ita alter alterum pessundare velit nauim perforet in qua ipse nauigat.

Quod si neq; priuatæ cupitates neq; intestina odia quicq; valuerint, sed sola fuerit Regni Reiq;publicæ utilitas expensa fore sperat S. M. Regia, ut quarum duarum rerum gratia Comitia Piotrcouiæ ad diem diuo Martino sacrum edixit, ut et iusticiæ administradæ et Regni Reipucæq; defendendæ certa aliqua, fixa stabilis, et æquabilis ratio constituatur eæ sine ullo prorsus negotio conficiantur.

Quoniam vero ad foeliciorem Comitiorum exitum plurimum interest Nuncios eligi viros, graues & prudentes, Magno studio contendit a Dobus vris S. M. Regia, ut quos sunt inde ad illa maiora Co;

nitia misßuri eiusmodi designent, qui habeant plenã et non limitatam ptatem, quiqꝫ non priuatæ suæ cupiditati seruiant, non sint aut in ordinem, aut in hominem aliquem ullo modo et maleuolentia suffusi, sed pacis tantum, tranquillitatis, salutis et incolumitatis Reiqꝫ publicæ rationem habeant, qui unà cum S. Mte Regia statuere sciant et poßint, ea quæ ad firmandum Reipcæ valde inclinatũ statum pertinere uidebuntur.

Nam nisi hoc tempore depositis priuatis actionibus, quæ et sunt et fuerunt semper exitio Rebus publicis, uno omnes animo in Rempcam conseruandam incubuerimus, ingens nos manet periculum, ne in eãdem pariter calamitatem incidamus, qua florentißimum quondam Vngariæ Regnum miserè nunc afflictum uidemus. Sed omnia sibi de Do: Vris meliora pollicetur S. M. Regia, eas, auitæ uirtutis memores, post habituras præ omnia curã Regni Reiqꝫ publicæ constituenda, Atqꝫ ut fecerunt maiores uestri uiri clarißimi, non modò facultates suas, uerum et sanguinem, si usus sit, pro Reipcæ salute profusuras.

Nam quod ipsam attinet S. M. Regiam, nullam boni Principis ac ueri priæ parentis officium prætermittet, non fortunis, non saluti, non uitæ demiqꝫ suæ parcet, si repræsentari morte sua salus Reipcæ poßit. Neqꝫ ullam suæ Piotrcouiam profectioni moram interponet ac anteuertet potius Comitiorum diem, quam ut serius ueniat. Quare hortatur Does vras, quando quidem ipsa affecta sua iam ætate, maturè se tamen ad Comitia uenturam pollicetur, atqꝫ id Christo bene iuuãte re ipsa præstabit, ut vræ quoqꝫ Does ne grauentur ipsum Comitiorum diem obire, ac præuertere eum uelint potius, quàm committere, ut mora

7

sua longius extrahantur Comitia, Quae cupit Maiestas Regia primo quoque tempore absolui, cum necesse habeat in magnum Ducatum Lithvaniae celeriter proficisci,

Oratio in initio generalis Crac. Conuentus habita per Samuelem Maczieiowski Epm Chelmensem et Vicecancellarium 1539

Etiam atq etiam perpendi vult hoc S. M. Regia inqua: tum periculum et discrimen adductum sit Regnum hoc propter vicinitatem tam potentis hostis, cuius non solum nomen terrori fuerit nris maioribus, à quibus cum longius abesset, fama tamen rerum illius gestarum ad eos perueniebat, timoremq eis incutiebat: Quid nobis faciendum est? qua cura, qua diligentia prouidendum? ne quid Respca nra detrimenti capiat; cum non rumo: re Nuncio, victorias illius et triumphos cognoscamus. sed ipsum potentissimum Tirannum in Valachia hoc est in faucibus Regni, in ea Prouincia, qua fuit propu: gnaculum quoddam et antemurale nrum dominatum videmus? atq ita dominantem vt potiorem illius par: tem sua Tyrannidi subiecerit, deteriorem cuidam sua factionis Homini gubernandam tradiderit, vt duas etiam in ea Arces ad Ripam Danubii extruere co: netur. Qua res quorsum spectet, quis est qui non in: telligat? praecipue cum in Oczakowo Arcem aedifica: re iam dicatur fortissimam ac portum sibi munire, ex quo, quacumq velit in partem, facilis ei sit trans: missio, Qui quidem locus etsi Tartarorum nunc sit fuisse tamen eum aliquando ditionis maiorum Sa: cre Mtis eius constat, Huc accedit, quod cum mutua semper hactenus inter se bella Tartari gesserint, qua sola res, tutum ab eorum incursu Regnum hoc

efficiebat, nunc opera Caesaris Turcarum, magnam partem in gratiam reducti esse dicuntur, qui omni cura in eam cogitationem incubuisse fertur, ut eorum inter se voluntates: armaque quibus in seipsos mutuo saeviebant, in eos quos ipse denotaverit convertere faciat.

Quorsum haec eius Consilia spectent, nemo est qui non perspiciat. Nihil est illo vigilantius, omni ratione prospicit, ut quod omen Deus avertat, unus ~~fieri possit~~, orbis totius effici queat Monarcha

Nec est quod sibi quisque persuadeat, propter eas inducias quas cum eo pactas habemus, nihil ab eo discriminis impendere, Inducias enim ille quasuis tam diu ratas et firmas habet, quoad id usui sibi fore confidit, Simul atque magis id in rem suam esse perspexerit, ut rescindantur, faciet quo Iure, qua iniuria. Nihil est enim apud illum sanctum, nil firmum et stabile, qui utilitate sola non honestate, cuncta metitur.

Documento nobis esse possunt Veneti, cum quibus, cum perpetuum foedus sanxisset: anno tamen superiori, nullo in dicto bello, nullis inimicitiis contra fidem datam, contra Iusiurandum interpositum, ex improviso Corcyram adortus est, qua nihil habent Veneti munitius: neque factum est quidque propius: quam ut ea potiretur.

Est Tyrannus iste magnus viribus, sed non minore ingenio. Non vult uno atque eodem tempore, omnes sibi Christianos Principes inimicos capere: ne durior sit illius conditio, si uni cum omnibus pugnandum veniat, Verum illud dubium non est, si optatos habeat rerum suarum exitus, Quod Deus velit prohibere, si pacata sint ei et tranquilla cum caeteris omnia, ambiguumque non est, quin ad Regnum hoc animum adiecturus

sit, atq3 omnia facturus quo potiri eius possit. Et quom vt est in prouerbio, occasione duntaxat opus est impro: bitati, nihil esset ei procliue magis quam occasionem reperire, inducias rescindendi, bellumq3 nobis inferen: di. Hoc praecipue tempore, quo Valachiam sub imperiu suum subiunxit, inter cuius et Regni fines, quin aliquando tamen, existant aliqua controuersia, vix vlla róne satis praestari poterit.

Qua in re, vt maxima etiam à nris cautio adhibeatr tamen vt est appologus de Lupo, qui superiore in loco aquam fluuiis potabat, eam quam ipse turbauerit, per nos turbari queretur.

Quae cum ita sint, cum ceruicibus nris imminere vi: deamus, tam vigilantem tam potentem, tam cunctis formidolosum Hostem, decet nos tandem aliquando ex graui isto somno vel veterno potius nró expergisci decet rónem excogitare, qua possit eius, conatibus obuiam iri, decet omes omnia in vnu conferre consi: lia, atq3 omnes in eo ingenii neruos intendere, vt prouideatur, né quid Respta Regni detrimenti ca: piat.

Qua in re multò est melior Turcarum Caesaris códitio qui in rebus conficiendis, summá celeritate vtitur, Nam et tres tantum sunt quos in consilium adhibet, et vbi deliberarit aliquid, nihil impedit, quominus id quam celerrime conficiatur, Omés enim nutum illius obseruant, omés ad nutum illius praesto sunt, omés non imperata solum, verum etiam si modo sci: re possint cogitata illius facere é vestigio sút parati.

Apud nos diuersa ratio est: Nihil statuere potest Mtás Regia, nisi prius édixerit Comitia, nisi coegi:

rit, omnes et Consiliarios Regni et Terrarum Nunctios,
nisi sentencias eorum audiuerit, Qui si aeque diligentes
essent in tuenda saluti sua, atque est ille in oppugnanda, si
ita vt par est dicto essent audientes, si diem Comitiis dictu
nulla mora interposita obire conarentur, certior esset spes
periclitanti Regno succurrendi, Atque ea quae impendent
ei mala propulsandi

Sed cum dies Comitiis dictus est diuo Andree sacer
dies hic ab illo iam est prope vigesimus, necdum tamen
omnes Consiliarios et Terrarum Nunctios conuenisse
videmus: Quae res et illis non satis honesta est, et
cum magna Sacrae Mtis Regiae indignitate coniuncta,

Audierunt Principes Christiani dictum esse Comitiis
diem diuo Andree sacrum, miserunt illico Nunctios
suos, qui ad tempus huc venerunt, At subditi Sacrae
M. Regiae, a quibus diligentius praesertim tempus ob-
seruatum oportuit absunt adhuc

Pudet certe S. M. Regiam non iam suorum adeo, quam
externorum, quos Legatos aduenisse videt, vsque eo
negligenter mandata sua exhauriri tam tarde Comi-
tia ab eis obire,

Quorum etiam nonnulli ausi sunt contra voluntatem
Mtis Regiae, alio Comitia transferre. quasi vero pe-
nes alium quemque potestas sit, aut edicendorum, aut
transferendorum Comitiorum quae penes solam S.
R. Mtem.

Aperte voluntatem illam suam testata est per Nuncios
suos in Comitiis Colensibus, se magna Comitia non
alibi, quam in hac sua Regia Ciuitate habere velle,
Nihilominus conuenticula quedam celebrari voluerunt
Piotrcoviae, cum causas propter quas traducta inde

hic Comitia sunt, graviores esse cognovissent quam

Illi tamen nescio, omnis commoditatis suæ, quam salutis M^tis Regiæ rationem potius habendam putaverint.

Sacra M. Regia, quo est studio, incredibili in suorum salute tuenda, in promovendo commodis eorum, oblita senectutis ætatis suæ, quæ ipsa morbus est, oblita gravissimi pedum doloris, quo vehementissime cruciabatur, ex ipsa vilna usque, cum neque equo, neque curru vehi posset lectica huc se deferri curavit, omni commoditate sua neglecta, omni prope salutis ratione posthabita nulla de re alia sollicita, quam ut tempori ad Comitia veniret

Sed et cum Serenus filius eius Rex noster et dominus clementissimus, sub ipsum Comitiorum tempus gravi et periculoso morbo fuisset conflictatus, reliquit eum Sacra M. Regia, egrotantem, in periculo constitutum deseruit, Piotrcoviam profectus est, ut periclitanti Regno Reique publicæ, quam omnibus liberis suis, quæ se etiam ipso habet chariorem, subveniret.

Hæc nos tanta M^tis illius clementia, tam paterna, indulgentia non movebit? ut ipsi quoque nostras aliquando commoditates Reipublicæ commodis posteriores ducamus. ut eius salutis quam maximam rationem habendam existimemus, à quo nostra, omnium, à quo Regni Reique publicæ salus solo prope dependet, cuius vel umbra magnam nobis consolationem, magnum rebus nostris nostris adiumentum adferre potest.

Quæ quidem M^tas Regia, pro incredibili suo erga suos amore utrumque et ætate et valetudine sit affecta, cupiebat tamen omnino Piotrcoviam proficisci nisi à Medicis deterrita fuisset, Quorum autho:

ritas, non perinde fortaße magnum apud eam pondus habuißet, nisi iterum et tercium, in morbum recidißet, ita vt vi quodamodo desentria fuerit depulsa.

Hunc tamen tam clementem, tam bonum Principem, qui, quantus est, nil aliud quam summa clementia, summa bonitas est, audent nonnulli in odium adducere, audent turbas et seditiones in populo concitare, in quarum authores si non ipsi sua sponte ad officium sanitatemque redierint nisi sit exemplum aditum, magnam ad Rempublicam periculum et discrimen redundabit.

Non est, quisque existimet, tam eße mucosis naribus Maiestatem Regiam, vt ista seditionum flabella quae sint non odoretur! vetus est prouerbium, et id quidem verissimum, multas eße Regum aures, atque oculos. Nihil est quod non perferatur ad Maiestatem Regiam, omnia illi perspecta sunt, et explorata, Verum et illud habet exploratum, multo plures eße bonos quam improbos multo esse eorum numerum maiorem, quibus turbae ista et seditiones displicent, qui sublatasque eas velint vna cum earum Architectis: quam qui faueant, Quare multorum bonorum studiis adiutum facile intelligit se posse paucos istos sediciosos compescere, atque pro iure suo potestateque Regia in eos animaduertere. Sed quod abstinuit hactenus, quod noluit acrioribus vti remediis, natura clemens et benigna in causa fuit, quae suo, cum Iure vti non patiebatur.

Deinde facilitate et clementia facilius se suos in officio continere poße sperabat, quam si metum aliquem adhibuisset, nunc cum liberalitati ista sua nihil sibi proficere videt cum eam contemni cernit et negligi, cum ingens ex ea ad Rempublicam periculum peruenisse perspicit, alia rem aggredi via cogitat.

et contra quam vel natura illius vel voluntas fert, asperioribus remediis periclitanti Reipublicae subvenire.

Vrius tamen admonitos omnes voluit, ut ab omni turbulenta ratione, quam remotissimi esse velint, ut se dicto audientes S. Mti eius praestent, ut odia simultatesque deponant, atque in commune consulant ea quae ad commodum Regni Reique publicae, pertinebunt.

Illud etiam S. M. Regia, ut mandata illius dominorum diligentius exhauriant, ut semota omni cunctatione ipsum Comitiorum diem obeant, ut exemplo M. eius suam nonnunquam commoditatem, atque etiam utilitatem, Reipublicae saluti post habere discant. Quoniam vero ad haec Comitia et venerunt Legati, et venturi sunt multo plures, quos S. M. Regia, ne teruntio quidem per quenquam adiuta, de fisco suo et alere et munerari cogitur, id quod lubenti atque alacri animo facit, Cupit S. M. Regia, ut ne in longum tempus Comitia extrahantur, ut ne supervacaneis rebus dies eximantur, quo possint Legati quoque tanto celerius absolvi, et M. Regia aliqua sumptuum parte levari.

Haec sunt quae S. M. Regia per me Do: vris, exponi voluit, quae si fuerint ab illis diligenter curata, una eademque opera, et suis et reipublicae rationibus prospicient, et apud S. Mtem eius, non mediocrem gratiam inibunt.

Constituciones Conuentus Craco:
uiensis 1540

Sigismundus primus Rex poloniæ

Significamus tenore præntium vniuersis. Quod cum præsentibus in Comitijs, remisa eßent per nos Con: stitutiones in proximis superioribus Comitijs, in hac ipsa vrbe nrã facta, reductumq3 nobis fuit in memoriam, q in ea constitutione, quædam, obliuione siue imprudenᵃ fuerint obmißa, quæ añ biennium in Comitijs Piotrcouiensibus statuta erant, Qua de re cum ordine singulos Regni nri Senatores & Con: siliarios rogaßemus. ita eße vna voce omẽs et sin: guli responderunt, Itaq3 de consilio eorum et con: sensu primum, deinde Nunciorum terrestium eam con: stitutionem ita vt fuit anno superiori præscripta, scribi fecimus, deinde ea ipsa adscribi iussimus, quæ, oblimone prætermißa Senatores nostri affirmarunt, in eum qui sequitur modum.

Plurimum interest Regni huius, vt nẽ qua fiat bono: rum, regiorum præsertim imobilium abalienatio, Nos itaq3 in posterum rationibus illius prospicere cupientes, Quom Serma Coniunx nrã, quadam Castra, Oppida et villas in Regno nro, hijpoteca seu cuiusuis obli: gationis nomine obtinet et poßidet, ne vsu aliquanᵒ venire poßit, vt hæc ipsa, à Regni corpore diuellan: tur, Statuimus & decernimus, vt Præfecti Castrorũ eius Mtis, non sint nisi Poloni, indigenæ, Nobiles, atq3 hij in ea Prouincia vbi Castrum est poßeßionᵃ

habere, qui ita seiuramento nobis et successori nro Regi, obstringant, ut non teneantur nisi nobis et successori nro Regi pro tempore existenti post mortem, quae procul absit Serenissimae coniugis nrae, castris solis cedere, neque prius tamen cedent, quam si quod absit, Nos vel filius nr Serenissimus Rex Sigismundus Augustus, nulla prole masculina successiva relicta decesserit, Ita enim solutis realr et cum effectu summis in praefatis Castris ac bonis ad haec pertinentibus obligatis, sive per Regem si eximendo esse possit, sive per Nobiles, quibus redimendi et eximendi hac in re vigore praesentis Statuti et constitutionis nrae damus et facimus potestatem, filiabus nris, ex Serenissima domina Bona Regina coniuge nra charissima procreatis, ac earum successoribus ltimis ipsi Castrorum Capitanei Regi tunc temporis existenti vel Nobilibus, qui pro redemptione bonorum summas pecuniarum reposuerint, realrque et cum effectu reposuerint cedere debent. Tamdiu autem praefati Capitanei et caeteri bonorum suae Mtis obligatorum praefecti, in manibus suis, Castra, Oppida et villas tenebunt, quamdiu praefatae summae filiabus nris et earum successoribus, sive quibusvis aliis personis iuxta ordinationem aut dispositionem Serenissimae coniugis nrae, si quam illi facere videbitur, realr reposita et persolutae non fuerint, Interim vero de proventibus dictorum bonorum filiabus nostris, et earum successoribus, aut aliis personis respondebunt, Neque tamen bona ipsa, ab eis redimi poterunt, priusquam in matrimonium elocatae fuerint. Post elocationem vero tenebitur quaelibet earum summam concernentem accipere vel iuxta ordinationem Mtis suae Reginalis, si quam ut praemissum est fecerit.

29

Petentibus Nunctiis terrarum, Interdictum, de non vehendis per nros homines in Vngariam et Slesiam, et rursus non importandis in Poloniam mercibus, firmius custodiri, decernimus cum vniuerso ordine Senatorum Regni nri, decretum illud, quamdiu durauerit, ab vniuersis subditis nostris firmiter obseruari, quodque Capitanei et Theloneatores, custodiam debitam negligentes, vel eorum conniuentia aliquem transire aliquem transire permittentes, contra tenorem constitutionis prædictæ, puniantur pœna centum Marcarum in negligentes Capitaneos dudum statuta, cuius medium fisco nro Regio, altera medietas ei qui Capitaneum vel theloneatorem contrarium admittentem, nobis detulerit, et contra eum sufficienter probauerit cedere debebit.

Liceat vero hominibus pauperibus et in ipsis Regni limitibus constitutis molere, frumenta sua in molendinis sibi vicinioribus, etiam extra fines Regni nri sittis. sitque eis liberum ire ad fora Ciuitatum et Oppidorum vicinorum Regno nro non subiectorum, ad eaque inferre tantum carnium et aliarum rerum venalium, quantum humeris seu lacertis proprijs sustinere et portare possit,

Et quoniam plerique mercatores subditi nri, ad eludendam constitutionem seu edictum, de non euehendis extra Regnum, ac non inuehendis in Regnum mercibus, edictum, varijs ingenijs vti consueuerunt, prætendentes res et merces huiusmodi esse proprias, mercatorum in Vngaria, Slesia, et alijs Regni confinijs agentium, per illos, seu per illorum Nuncios, et fa=

ctores in Regno emptas esse, cum tamen plerumq;
deprehenduntur eße propia subditorum nrorum, quo:
rum opera et impensa ex Regno euehuntur, Ad
praecludendum Itaq; hinc elusioni viam, ita decerni:
mus, Consiliariis Regni et terrarum Nrorum censen:
tibus, vt hmodi mercatores subditi nri, qui merces
extra Regnum euehere procurant, corporale praestent
iuramentum in manibus, teloneatorum nrorum, quia
tales merces non sunt eorum propriae, nec in illis
aliquod comercium vel intereße habent, sed sunt
propriae eorum quorum esse asseruntur, videlicet
mercatorum extraneorum in terris extraneis age:
tium, et aliter tales merces dimitti nullatenus debent
sub illarum amissione.

Omes Regnicolae, et alii homines quicumq;, etiam
externi. Boues, iumenta et res alias à quibus thelo:
neum nondum soluendum est, in Regno emen, et illa
versus limites Regni ducere aut pellere, teneantur
sese manifestare in cameris theloneorum deputatis
Et in eisdem cameris debitum theloneum soluere, si
hmoi boues aut iumenta, vel res alias ad reuen:
dendum et extra Regnum pellendum emptae fue:
rint, ab his vero rebus, quae ad vsum proprium, vel
ad mactandum in Regno, et vendendum intra fines
Regni emptae fuerint Theloneum solui non debet,
Quod si quis cum hmodi bobus, iumentis, aut rebus
aliis in Regno emptis, cameras praeterierit, se in
illis non manifestando, res hmodi amittet et lice:
bit Theloneatoribus eas arestare et recipere.

De illis vero Regnicolis, qui intra cameras et fines

Regni cum Slesia, Vngaria, et aliis confiniis Regni agunt domicilium, Et in Oppidis, vltra cameras existentibus aliquid emunt, non tenentur cum illis ad cameras descendere, Verum Theloneatores diligenter custodiant in Regni finibus ne in Vngariam Slesiam, et alias vicinas terras expellantur, vel educantur, Contrafacien[tes] verò deprehensi, boves, iumenta, et res h[uius]modi amittere debent. Si quis verò Theloneatorum alicui homini quidpiam receperit, priusq[ue] cameram præterit, Res sic receptas restituere et pœnas in constitutione Piotrcomien[si] æditas, idem Theloneator incurret. Hæc aut[em] constitutio de mercatoribus et ad revendendum ementibus intelligenda est, et non de h[is] Regnicolis, qui ad vsum proprium q[ui]dpiam emerent, Per hanc autem constitutionem nostram, nolumus derogatum iri ædicto de prohibito transitu in Vngariam et Slesiam facto, quod alia constitutione n[ost]ra mandamimus firmius observari,

Statuta de Regestris mercatorum, illorum Jur[amen]to, cum testibus firmandis in robore conservatur, hoc adiecto, vt mercatores ipsi debita in Regestris eorum scripta à Nobilibus intra trium annorum decursu[m] repetant, alioquin lapso triennio debitum h[uius]modi repeti non poterit à Nobili iuxta illius Statuti dispositionem, obstante triennali præscriptione, Verum iure ~~contra~~ communi reum in foro suo convenire debebit. Hoc autem duntaxat intelligitur, vbi mercatori, cum Nobili aliquo esset actio. Mercatores enim inter se veterem suam retinent observantiam in solvendis et repetendis eorum debitis ⸻

Ad petitionem de Praefectis militum ex Palatinatibus deligendis, Ita cum Senatoribus nostris constituimus, vt sicubi in Palatinatu repertus fuerit ad praefecturã obeundam, idoneus et exercitatus illamq[ue] in se assumere vellet, non alteri nisi ei committatur comitiua Palatinatus illius. Caeterum si non fuerit repertus idoneus, vel suscipere onus praefecturae noluerit, licebit nobis cum consilio Capitanei generalis Exercituum Regni nri alium quempiam idoneum comitiue illius Palatinatus praeficere, Pecunia tamen in illo Palatinatu contributa, millitibus illius etiam Palatinatus, qui seruire voluerint, prae aliis erit eroganda.

Cum visum esset nobis et Consiliariis nris onerosũ esse Regnicolis nris, vt nobis in terris Poloniae minoris agentibus, aliqui citati, ex terris maioris Poloniae terminus breuis, duarum videlicet Hebdomadarum coram nobis comparãdi in citationibus nris scriberetur, Nos ad petitiõm Nunciorum terrarum Regni nri constituimus, vt nobis in terris minoris Poloniae agentibus, Regnicolis maioris Poloae terminus quatuor Hebdomadarum coram nobis comparãndi assignetur. Simil[ite]r vero nobis in terris maioris Poloniae agentibus Regnicolis ex terris minoris Poloniae, etiam quor Hebdomadarum terminus comparandi praefigatur, Carum vero terrarum Regnicolis in quibus agere nos contigerit terminus duarum Hebdomadarum, in citationibus scribatur iuxta veterem consuetudinem.

Cum granatim referrent, nonulli Consiliarii et

Nunciis terrarum Regni nri, ad Conuentum genera-
lem Regni, Cracouiam se se vocari praeter veterem
consuetudinem a loco Piotrcouien illos euocando de-
cernimus, Consiliariis nris et terrarum Nunciis
petentibus, vt non alibi praeter Piotrcouiam Conuen-
tus generalis celebretur nisi causa legitima, per
nos cum Consiliariis nris expendenda aliud suase-
rit.

Ita postulantibus subditorum nrorum rationibus de-
cernimus, vt nullus Nobilis subditus nr sponsione
fidei per nos obstringatur, nisi iure victus/secus erit,
in exercitio rei militaris; et vbi nobis vel alicui
subditorum nrorum actio interuenerit, cum seruitore,
Factore, Administratore, aut subdito suo, Et vbi
Reipcae causa aliquid sit contra quemuis agendum.

Ingrauamen subditorum nrorum maximum fieri consen,
Vt causae officii seu ad querelas, ad Tribunalia Ca-
pitaneorum Regni nri deductae, et deinde ad nos
per viam motionis seu appellationis deuolutae, cum
terminis nris Regalibus generaliter suspenderentur,
vtpote, quia celeri expeditione indigent, ne eorum
qui de iniuria queruntur iusticia differatur, Statui-
mus Consiliariis et Nunciis terrarum, ita petentibus,
Vt huiusmodi causae officii, seu ad querelas, ab officio Ca-
stren, ad nos deuolutae, nunquam deinceps, cum aliis cau-
sis differantur, ad terminos nros Regales, Verum
iisdem diebus, quibus terminus, ex motione vel ap-
pellatione assignatus, ceciderit, iudicentur et expe-
diantur, dilatione generali terminorum nrorum
Regalium non obstante. Hoc etiam adiicien, vt suspen-

sio generalis terminorum nrorum Regalium, ita publicetur, vniuersis subditis nris Regni nri, vt ad illorum notitiam indubitatam deueniant, ne de illa ignoran, ad Tribunal nrum frustra fatigentur, laboribus et impensis sese grauando.

Nolentes grauari subditos nros minus necessarijs iuramentis quibus etiam nomen saluatoris nri, quadam contumelia affici videbatur, cum in singulis Theloneis, aquaticis, flutanis iurare cogerentur, eas res et merces quas flutatione demitterent, eorum laboris proprij esse, decreuimus et statuimus Consiliarijs et Nuncijs terrarum Regni nri ita petentibus, et consentibus, vt cum aliquis, cum rebus et mercibus flutans vel illius seruitor Nobilis iurauerit in primo Theloneo capitali res et merces flutantis suas esse, vel seruitor illius, res et merces domini sui existere, eiusque iuramenti lras significatorias sub titulo et sigillo, vel ex actis illius officij vbi iurauerit, exhibuerit, in alijs Theloneis iurare non teneatur, sed illis lris significatorijs vbique statur, et fides adhibeatur.

Sæpe edocti facti sumus, multas contentiones, et controuersias exoriri inter subditos nros, ex eo quia fuit incertum quoad robur habitura esset cautio verbalis per fideiussores verbo tenus facta, Volentes igitur eam dubietatem declarare, statuimus Consiliarijs et nuncijs terrarum ita petentibus, et consentibus, vt huiusmodi fideiussiones verbo tenus facta pro rebus: seu summis et contractibus quibusuis, non vlterius robur firmitatis obtineant, duntaxat

per vnum annum et sex hebdomadas, nisi interea anno et sex hebdomadis currentibus. huiusmodi fideiussio per illos met fideiussores ad acta Castren.a terrestria, siue nra Regalia inferantur, aut coram nobis re; cognoscantur. Tunc enim sic ingrossatè, robur de; bite obtinebunt firmitatis, secundum terrarum et Iurium Castrensium consuetudinem

Cum delatum esset ad nos et Consiliarios nros per terrarum Nuncios indecorum esse, vt Officiales Cancellariæ nræ Regiæ, qui rationes actionum et expeditionum nrarum, et negotia Reipcæ, curæ ha; bent, infima loca in ordine Senatorio retinerent, Eo quod quadam constitutione nra cautum eßet quominus dignitatibus et honoribus quibusdam cum Sigillis simul pro eorum meritis et arbitrio nro au; gerentur, essetqz à nobis petitum de Cancellario ad aliquam dignitatem prouehendo, Nos et Consi; liarii Regni nri æquum censen, vt vterqz officia; lium Cancellariæ nræ, pro eorum meritis, et arbi; trio nro, honoribus et dignitatibus augeantur con; stitutione prædicta contraria non obstante. Postu; lationi illorum non grauatim acquieuimus, vnacum Consiliariis nris, quia tamen nonulli Nuncii ter; rarum asserebant negotium, hoc delatum eße, ad nos Consiliariosqz nros, absqz omnium Nunctiorum vnanimi consensu, Propterea petierunt, vt hac de re absqz illorum consensu nihil perpetui statueretz, Nos verò attenta temporis angustia, aliis negotiis arduis distenti, noluimus super ea re cum ipsis Nun; ciis disceptare, verum illam ad futurum Regni Conuentum reiecimus.

Ad petitionem frequentem subditorum nrorum quc-
rimoniis ipsorum pulsati, quomodo nonnulli subditi Re-
gni nri Ecclesiastici ordinis in Curia Romana agen-
tes, nc dum ipsos frés, filios, servitores eorum, sed etia
servitoribus nris non parcendo plerisq molestiis et
turbacionibus expensis, et fatigis inanibus afficiunt
praeter Jus et aequitatem illos molestantes, Idq potis-
sime fieri hac rone, quia constitutiones Regni nostri,
iampridem contra illos aedite ad Executioné debi-
tam non deducerentur, Et propterea petiissent iteru
à nobis universi ordines Regni nri, ut constitutioni
Conventus Piotrcovien, Anni 1 5 3 8 de revocan-
dis iisdem Cortisanis Executioni debitae deman-
daremus, quod nos aequum et iustum esse censen, no-
lentq querelas subditorum nrorum ulterius sustine-
re, eosq per insolentias Cortisanorum de caetero mo-
lestari ipsosq Cortisanos ad indignitatem nram et
nationis Polonicae ignominiam in Curia Romana hu-
iusmodi malis artibus incumbere, De unanimi con-
silio et assensu universorum Consiliariorum et Nun-
ciorum terrarum Regni nri, decrevimus et sta-
tuimus, ut idem ipsi Cortisani subditi nri in Re-
gno et dominiis nris, sacerdotia obtinen, qui sub-
ditis et servitoribus nris temere molestias infe-
runt, illosq molestant, ad impensas et sumptus
inanes deducunt, et iura Regni nri, Privilegiaq
Sedis Apostolicae nobis et Regno nró concessa,
per nos iam iam revocentur patentibus lris nris,
ad Ecclias illorum mittendis, ut infra tempus sex
Mensium à tempore oblatarum in Ecclesiis lrarum
nostrarum computandum, ad Regnum et dominia
nrá, sacerdotiaq redeant sua, iuxta constitutioni,

Piotrcovien praefatam, Et nisi redierint intra tempus praedictum, eadem constitutio Piotrcovien contra illos extendatur, et exequatur per locorum Capitaneos, quodque et sacerdotia illorum distribuatur et damna passis ex illis satisfactio impendatur, iuxta eam ipsam constitutionem, praeterea de Regno banniantur, Liceatque nobis et subditis nris ad illa sacerdotia alios praesentare, Ordinarii vero huiusmoi praesentatos instituere teneatur. Nihilominus tamen nos vel Capitanei nri iuxta constitutionem Piotrcovien, fructus huiusmodi sacerdotiorum statim post lapsum fatale, redditus apprehendant, et illos percipiant, de illisque damna passis satisfaciant, Et illos non dimittant, nisi alii ad ea praesententur et instituatur. Per hanc autem constitutionem nram nolumus praecludere viam probis subditis nris, qui causa studii vel negotiorum honestorum curandorum gra ad Curiam Romanam se contulerint, cum in nro arbitrio consistat, qui renocandi illinc fuerint, iuxta uniuscuiusque conservatiom

Terrarum Podoliae et Russiae Nunctiis a nobis petentibus, ut stationes exercituum militum mercenariorum, et aliorum in bonis eorum fieri prohiberemus, nos cum Consiliariis nris et terrarum Regni nri Nunctiis expendentes nobiscum, fieri non posse, ut locatio Exercituum certis locis, coarctari debeat, quodque bona alia huic molestiae essent obnoxia, alia vero ab eis essent libera. Proinde statuimus, Consiliariis nostris et terrarum Nunctiis consentibus, ut huiusmoi exercituum locatio

et statina, fiant indifferenter pro arbitrio Capitanei Exercituum Regni nri, et necessitate occurrente in locis et bonis quibuscunque, iuxta veterem constitutionem nostram, et antecessorum nrorum, absque damno tamen bonorum illorum, quae in vicinia stationum consistunt, Vbi vero damna aliqua per Exercitus huiusmodi locatos, et statina habentes, bonis quibuscunque nostris, vel subditorum nrorum spiritualium, et secularium, fuerint illata, illa ex pecuniis publicis damna passis, sarciantur et soluant iuxta arbitrium Mtis vrae.

Consiliariis, Nunctiisque terrarum maioris Poloniae nobis recensentibus in terris illis veteri consuetudine receptum esse, itaque semper obseruatum, vt ad redimenda bona reemptitia, seu obligata aut reformata ad Iudicium seu officium Castrense, vnicuique liceat citare bonorum huiusmodi possessorem ad tollendam pecuniam, et de bonis cedendum, Nihilominus tamen pleroque consuetudini huiusmodi reluctare, et cauillis exceptionibusque variis in possessione bonorum redimendorum se se confouere. Proinde vniuersis Consiliariis et terrarum Nunctiis Regni nri consentibus statuimus vt consuetudo illa in omnibus et per omnia obseruetur, vimque statuti obtineat, Liceatque cuilibet bona sua redimere volenti, ipsorum possessorem ad tollendam pecuniam ad Iudicium seu officium Castrense, citare, citatusque, pecunias teneatur recipere, foro Castrensi non declinando.

In terra Cosciren, rationabili quadam persuasione adducti de consilio Senatorum et Nunctiorum Regni assensu, Constituimus et decernimus, vt no

secus Castren quàm terrestres libri et inscriptiones, in illis factæ, sint authenticæ, et robur habeant perpetuæ firmitatis, quemadmodum id antiquitus fuit observatum,

Nunctii ex terris Masoviæ cum multa à nobis postularent, quæ concedi solent per nos aliis subditis nris Regni incolentibus, et Jure statutorum communi fruentibus, à nobis hoc responsum tulerunt, quod dum essent iure et consuetudine ab aliis Regni nri subditis seiuncti, non in omnibus eorum eadem ratio haberi possit, quæ habetur subditorum Regni, sed si aliquando iuribus et consuetudinibus se coequare Regni nri subditis voluerint, quod in eorum arbitrio est positum, tum eorum ratio æqualis, cum aliis est futura, Interim autem in eorum patriæ Juribus, Privilegiis et consuetudinibus, Privilegio nro confirmatis illos conseruabimus.

De terminis seu Judiciis generalibus, quæ vulgo colloquia nuncupantur celebrandis, statuta omnia desuper edita in robore conseruamus, ac illa in singulis terris iuxta eorundem Statutorum ordinationem et veterem consuetudinem celebrari mandamus semel ad minus annis singulis, Quia vero propter nrum in magnum Ducatum Lithuaniæ egressum, negotiaque Ducatus illius, quæ forte nos in illo diutius quàm vellemus, distinebunt appellationes seu motiones à Judiciis terrestribus et Castren, seu etiam officio Castren ad nos factæ remanserunt longo tempore incidisse, per hocque multorum subditorum nrorum iusticia negligeretur, Statuimus, vt interim donec

nos ex magno Ducatu Lithwaniae redierimus, eius:
modi Judicia generalia bis in anno celebrentur, qui:
bus et domini Epi singuli in districtu sui sedis Epatus
sui Palatini, Castellani, caeterique dignitarii, et Officia:
les, Judices et Subiudices terrestres, interesse teneãtur,
sub poenis in illos statutis, nisi vera infirmitas, lega:
tio vel Reipae servitium illos excusaret, In tali
enim casu licebit sic impedito in locum suum alium
idoneum surrogare, In quibus quidem Judiciis ge:
neralibus omnes omnes motiones, applõnes, et alia
id genus tam à terrestribus quam à Castren Judi:
ciis, ac etiam ab officio Castren, quae ad nos seu ad
Conventum generalem sunt factae, et ante nostrum
in Lithuaniam egressum non fuerint decisa, ac item
interim donec in magno Ducatu illo, nos agere
contigerit eadem, iudicari et terminari debebunt,
Et quicquid per iudicio illi praesidens iudicatum et
decretum fuerit, id totum per eosdem iudicio praesiden,
ac locorum Capitaneos in executionem deduci debet
Licebit nihilominus unicuique à decreto, et sententia
Judiciorum generalium ad conventum generalem Re:
gni primum post nrum in Regnum reditum celebran
appellare, sed huiusmodi appellatione non obstante,
Executio decretorum fieri debet ut supra, illeque
pro quo iudicatum fuerit in possessionem bonorum illi
adiudicatorum, inducendus, et in ea tuendus erit,
Ubi tandem in conventu generali, nos cum Consilia:
riis nris, sententiam et decretum, à quo appellatum
fuit si iustum esse cognoverimus illud approbamus,
E diverso vero ubi per nos et Consiliarios nros
fuerit retractatum et infirmatum, bona omnia, et
res illae quae per huiusmodi sententiam fuerunt abiudi:



cata alicui parti, rursus restituentur illi pro quo
in conventu generali tulerimus sententiam, simul cum
fructibus inter medio tempore perceptis, et damnis inde
sequutis iuramento damna passi extimandis, Tem:
pora vero celebrandorum huiusmodi generalium Iudicio:
rum volumus iuxta statutorum dispositionem observari,

Cum cerneremus numerum Nunctiorum terrestium
qui ad Conventum generalem destinatur eo usque pro:
cessisse, ut Thesaurus Reipublicae sumpto in illos necessa:
rio plus equo gravaretur et magna pars contribu:
tionum publicarum in illos expenderetur, defensioque
Reipublicae, per hoc minuatur, ac item omnes tractatus,
et actiones in Conventibus, necessario cum illis agende
in longum traherentur, propter numerosam illorum
multitudinem, quorum plerique in hoc munus sese inge:
runt, ut actiones, causas, induciarias in Iudiciis et
negotia privata, quae in Conventibus eis incumbunt,
possent commodius peragere, propterea Consiliariis
nostris consentibus, in presentia Nunctiorum terrestium,
ante conclusionem Conventus praesentis edicendum feci:
mus, et hac constitutione nostra decernimus, ut in
Conventibus particularibus Nuncij ad Conventum
generalem non plures eligantur, quam olim elige:
bantur, regnantibus foelicis praedecessoribus nostris,
quodque nullus Nunctiorum eligatur, qui causam
et actionem Iudiciariam in Conventu agendam ha:
beat, per hoc enim et iudicia conventionalia interturba:
bantur, et tractatus Nunctiorum plerumque intermit:
tuntur, cum utrique negotio simul satisfacere non
sufficiant, Datum Cracoviae, in Conventione generali
feria quarta post do: Iudica Anno, 1540,

Regni vero nostri XXXIIIJ°

Sigismundus primus Rex Poloniae Caesari Carolo Quinto

Sereme etc. Illustris dominus Albertus Prussiae Dux Nepos noster charissimus, anxio admodum et perturbato est animo, quod in hunc usque diem obtinere non potuit, ut eum Mtas vra à banno suo Imperiali liberum esse vellet, Itaque magnis à nobis precibus contendit, ut opem nram atque operam interponeremus, quo tandem aliquando vacuo ab hac cura et sollicitudine animo esse possit, Nos, vel quod tam arcta nos necessitudine attingit, vel quod in fide authoritateque nra est, libenter illi et consilium nrum et auxilium detulimus, idque maxime freti ea coniunctione, quae nobis cum Mti vrae summa intercedit, erga quam eo certi sumus animo, ut si quid eam magnopere velle perspiceremus animum inducere non possemus, ut id in gratiam eius facere detrectaremus, modo eiusmodi esset quod praestari à nobis posset. Hoc ipsum de vra quoque Mte erga nos voluntate nobis firmiter persuademus, nunquam eam commissuram, ut nrae petitioni locum non det, cum praesertim ij simus nos, qui non nisi iusta petere ab amicis soleamus. Rogamus Mtem vram, ut secum diligenter expendat, quae nunc sunt tempora, quam plena turbarum, plena difficultatum, plena periculorum et discriminum, denique plane eiusmodi ut maximi intersit Mti vrae coniunctos sibi potius habere et conciliatos omnium

43

animos quam iusta aliqua de causa disiunctos et abalie-
natos, Lati admodum ad nos rumores perferuntur
de praeclaris cogitationibus Mtis vrae vindicandae
Reipucae Christianae, et ab hostili impetu tuendae, atque
vi ad eas ipsas perficiendas fieri potest, vt magno sit
aliquando vsui Mti vrae is ipse cui nunc M. vra vi-
detur offensior, quemque nos a bamo illius liberum
effici petimus, Quo impensius illam obsecramus, vt
in gram vram id faciat, Necessarius nr est, germa-
nae sororis nrae filius, quo iustior nobis causa est
pro eo preces nras interponendi, neque nos illi deesse
vsquam licet, Quod si lris his nris aliquid esse
profectum apud M. vram cognouerimus, gratam
illi memoremque voluntatem praestabimus, atque de
illius erga nos liberalitate ita interpretabimur, vt
nos ipsos non modo nepotem nrum magno illius
beneficio affectos indicaturi sumus, Quam diutis-
sime ac foelicissime valere optamus. Dat. Crac.
decima octaua Januarii, 1540. Regni. 34.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Petro Kmitha Palatino Cracouien
Legato Regio ad Regem Ioannem
misso

Magnifice Sincere nobis dilecte, Fides, industria et
diligentia S. tua, in ijs quae illi mandauimus confitiendis
nobis plurimum probatur, Caeterum quas Arces
Serenmus Do: Vngariae Rex Serme Coniugi suae fi:
liae nostrae charißimae obligare statuit, eas partim
Valachorum eße, partim Turcis finitimas, atque ea
ratione a periculi metu, non omnino liberas, partim
alijs obligatas videmus, vt Serme filiae nrae hac
ratione, vt prius ita et nunc non omnino satisfieri
posse putemus, Quamobrem non alia nobis via tucior
eße videtur, quam si eo rem perducere possit S. tua,
vt pecunia numerata apud nos deponeretur. Quam
rem curae illi esse volumus, vt vltimum adhuc + conatum faciat, quo id obtineri poßit. Quae si obtineri no
potest, quantum potest tantum contendat S. tua, vt
aliquid praeterea amplius vel tutius in Castrorum
obligationem, de quibus cum Reginali Mte filia no:
stra charissima S. tua, colloquitur accedat, vtque
in tuto collocentur Serme filiae nostrae charissimae
rationes. Atque illud saltim ad extremum si potest
efficiat, vt ea pecunia quam nos Sermo do: Vngariae
Regi missuri sumus, vel in Cossicze, vel alium aliquem
in locum vbi tutius ad manus istorum Principum
tradi possit Sermae filiae nostrae detur et assignetur,
quo ipsa bonorum opignoratorum partem de quibus

+ in hoc

in scheda conclusionum mentio facta est, redimat et liberet, ac libere possideat, quae hac pecunia redimi possit, reliqua pars cum tempore, per Sermum do: Vngariae Regem alia pecunia redimeretur, Id si perficia posset opera S. tuae futurum esset nobis vehementer gratum, Quod si vero hac ipsa quoqz in re duriorem se praestiterint, tum vero quod datur accipiendum erit. Sed Stem tuam tamen hortamur, vt ne quid curae, diligentiae, laboris praetermittat in stabilliendis rationibus Sermae filiae nrae, atqz ad optimam conditiom perducendis, Quod eam pro officio summo studio facturam esse nihil dubitamus, Atqz ideo quod petit mandatum nostrum et alia mandata nra, atqz lras ab ista Mte Regia profectas illi mittimus, Caeterum quod Stephanum subditum nrum dimissum, et cautione fideiussoria obstrictum attinet erit nobis curae, vt per eos Sermi domi Regis Ro: Oratores, de eius eliberatione diligenter agamus, et si opus erit lras ad ipsum Regem scribemus, deqz negotio vt actum est sciscitatum misimus Serpusium, Cubicularium nostrum, et Oratoribus certa omnia dici faciemus bene valeat S. tua, et sit felix. Datum Cracoviae. iiij. februarii, Anno, 1540 Regni vero nri XXXiiij°

Scheda prntibus inclusa

Lras quas [obrenuntiationis Ysabellae facte] S. tua, Sermo duo Hungariae Regi reddere debet, non prius reddat, quam in manibus suis omnes necessarias Sermae do: Reginae obligationis habuerit, quas ad nos adferet, et paria in manibus Sermae filiae nrae relinquet si fieri poterit.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Regi Vngarie

SEreniss[ime], etc. Que legationi ad nos Ser[enissi]mi Roma: Regis. M[aies]tas v[est]ra respondit ea refferri per Oratorem n[ost]rum M[aiesta]ti eius iussimus. Cuius vicissim responsum scriptum, ad nos Io. Vilamovsk[i] Orator n[oste]r misit, cui longius ad Papa[m] proficiscen: di prouincia fuit per nos mandata. Nos officii n[ost]ri esse putauimus M[aiesta]tem v[est]ram participem scriptorum eorum facere, quorum exemplum illi mittimus, vt rationibus suis prospicere in omnem partem queat, Que bene, et foelic[ite]r valeat. Dat[um] Cracouia vndecima die Mensis Februarii, Anno domini. Millesimo, Quingen: tesimo Quadragesimo, Regni vero n[ost]ri Quadra: gesimo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Regi

Serenissime Princeps frater et consanguinee n[oste]r charissime, Agnoscimus minime volgarem benivolentiam in nos M[aiesta]tis v[est]rae, quae sui nos gaudii participes faciendos esse putavit, deq[ue] foelici in Germaniam adventu, ac de solida amicitia cum Ser[enissi]mo Gallorum Rege, Ser[enissi]mi fr[atr]is sui nos certiores reddidit, vehementer exhilarati ea re fuimus, ac cum illius tum v[est]rae M[aiesta]ti gratulamur, Deum precamur ut coetera quoq[ue] cedant foelic[ite]r ad constituendam Rempublicam Chr[ist]ianam, et eam ab hostili impetu tuendam. Bene valere M[aiesta]tem v[est]ram optamus. Dat[um] Cracoviae XXiij[a] februarii Anno. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Regi Vngariae

Redditae sunt nobis non ita pridem l[itte]rae, ab Ill[ust]ri D[omi]no: Georgio Marchione Brandeburgen[si] sororis n[ost]rae filio nobis charissimo, quibus Arces quasdam et possessiones habere se scribit, in ea Vngariae parte quae est ditionis M[aiesta]tis v[est]rae, a quibus exclusus fuerit, toto isto tempore, quo armis isthic est certatum, nunc pacatis rebus petit a nobis ut M[aiesta]tem v[est]ram precemur, quo eum arcium istarum et bonorum pos-

sessionem admittat adire, quod nos Illti illius ne-
gare non potuimus, tum quod propinqua nos admodum
necessitudine attingit, tum vel maxime, quod equa nobis
petere visus est, Quid enim aequitati magis potest esse
consentaneum! quam vt suum cuique tribuatur! Quare
Mtem vram petimus vt erga propinquum hunc nostrum,
et necessarium, talem se praestet, vt nram comendationem
non parum apud Mtem vram pondus habuisse intel-
ligat. Rem et iustam et nobis gratam factura. Datum
Cracoviae, Anno domini, 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Georgio Marchioni Brandeburgen

Illustris Princeps, etc. Redditae sunt nobis Illtis
vrae lrae, quibus et gras nobis agit, quod operam no-
stram interposuerimus apud Serm dominum Joannem
Vngariae Regem, filium nrum charissimum, et vna
indicat nihil sibi lris nris esse profectum, misso no-
bis responso, Serenissimi domini Joannis Vngariae Re-
gis, videturque id minime aequum Illti vrae, quod
eorum potius, Sermus Vngariae Rex, meminerit,
quae a fre Illtis vrae domino Casimiro Marchio-
ne Brandeburgen, quaeque a Praefectis Arcium,
quas in Vngaria possidebat Illtas vra, belli tem-
pore hostiliter acta sunt, quam foederum et pactorum
quae nuper intercesserunt, cum Mtas eius, cum
Regia Roma: Mte in gram rediit, Itaque petit
Illtas vra consilium hac de re nostrum, quod
nobis illi qua rone impartire possimus, non

videmus, cum quae in foederibus istis et pactis conscripta sint ignoremus. Caeterum ita ut postullat Illtas vra mittimus illi Sermi Vngariae Regis literarum ad nos exemplum, ut quid nobis ea de re Maiestas eius responderit, Illtas vra scire poßit. Quam bene valere optamus. Dat. Vilne. ij Mensis Junij Anno Domi. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae, Alberto Marchioni Brandeburgen. Duci Prussiae

Illtris Princeps, etc. Quod postullat Illtas vra mitti per nos aliquos ad fines regundos inter Illtem vrae terras, et Magni Ducatus nri Lithwaniae id nobis hoc tempore facere proclive non est, Nam qui inter Consiliarios magni Ducatus nri Principem locum obtinebant, hij vitam cum morte nostra paene commutarunt, itaque necesse habemus alios in eorum locum sufficere. Id quod statim ut venerimus in Lithwaniam facere constituimus. Breui autem eo cogitamus, Erit Illtis vrae reducere nobis ea quae nunc postullat in memoriam simul ut in Lithwaniam venerimus, nos tantum abest ut cum Illte vra, aliquid habere controuersiae velimus, qua tam arcta nos necessitudine attingit, ut etiam cum alienis, et qui hostili sunt erga nos animo pacata omnia nobis eße cupiamus, Quare cum primum in Lithuaniam venerimus et erunt per nos quae vacant dignitates et officia distributa, dabitur a nobis opera, ut

Mtis vrae desijderio satisffiat, atq omis à nobis cura adhibebitur, vt tollantur ista dissidia, atq amore potius et beneuolentia quàm odio et inimicitiis, inter vtriusq nrum homines certetur. Datum Cracouie XXvij Februarij, Anno do: 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Vngarie
et Bohemie regi

SEremissime rex, Venit ad nos Abbatissa Monasterij Opauien. S. clare, magnoq cum animi sui dolore nobis exposuit esse à se Conuentuq suo Ducentos florenos nomine Mtis vrae exactos, quos aliunde mutuari coacta fuerit, Praeterea per Nobiles quosdam Benessowskj Drahotuss ante annos plus minus tredecim, villam esse Conuentui ereptam, Cuius fructibus magna ex parte virgines alebantur, supplex à nobis petijt, vt preces nras ad Mtem vestram interponeremus, quo ablata restitui mandaret. Aequa nobis visa est eius petitio, itaq Mtem vram rogamus, vt pro officio Christiani Regis et Principis prouidere dignetur, ne quid virgines iste Deo dicante detrimenti capiant, qua cum sint eiusmodi iniuria opportune magnam sibi ea re Dei gratiam et misericordiam Mtas vra conconciliabit, si non solum propugnationem inopum in posterum susceperit, sed hoc etiam authoritate sua Regia effecerit, si qua est illis facta iniuria, si quid damni datum, vt id omne sarciatur. Sed et nobis futurum id est multò gratissimum, qui cum

ijs in loco ubi est monasterium id summa cum pote-
state versati fuerimus, magnopere cupimus id
à vi cunctis et iniuria sartum tectum conservari
Crac. xij. Martii Anno 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Civibus Gedanensibus

Famati fideles dilecti Questus est nobis Eque-
ster Ordo Regni nri, sive edictum per vos publi-
cum, sive tacitam conspirationem factam esse,
ut ne Civium quisquam transmarinis populis ven-
dere frumentum audeat, sed expectet tantisper
dum nomen isthuc ex Regno nro frumētum im-
portetur, Id eo F. vrās consilio fecisse, ut cogere
possint eos, qui ex Regno nro frumentum impor-
taverint, ut id quàm levissimo precio vendant,
Quae res cum iniqua nobis et indigna visa sit,
facile supplicationi Equestris Ordinis assensimus,
ut F. vris mandaremus, ut edictum id induci,
antiquari, relaxari velint, Potestatemque faciant
Civibus omnibus Gedanen quādo velint, et cui
velint frumēta sua vendendi, si secus fecerint F.
vra, illud iam certo constitutum esse sciant in
Comitiis nris, ut alio Emporium à F. vris tran-
sferatur, Quare quantum illud retinere cupiunt,
tantum dent operam, ut ne qua edicta, aut con-
spirationes in fraudem Equestris ordinis Regni
nri faciant, factas vero quàm primum aboleant,
Crac. viij Martii, Anno, 1540, Regni, 34°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Hieronimo Laski Palatino Siradien

Magnifice sincere nobis dilecte. Redditae sunt nobis S. tuae l(itte)rae, quibus nos certiores fecit, quae apud Caesarem Turcarum agantur, Quod Ser(enissi)mus do(minus) Romanorum Rex fr(ater) et consanguineus noster charissimus voti sui compos sit ut scribit S. tua, gaudemus neq(ue) dubitamus, quin Ser(enissi)mus do(minus) q(uo)q(ue) Joannes Ungariae Rex rationibus suis, sit una cum Ser(enissi)mo domino Romanorum Rege prospecturus. Cuius utriusq(ue) M(aies)t(at)is res cuperemus in tuto esse collocatas, Quod vero Nuncius tempori missus non est, id partim per valetudinem n(ost)ram adversam, partim per alias difficultates factum est, Nihilominus misimus alium postea, quem confidimus omnia sedulo curaturum, quae ad rationes Regni n(ost)ri pertinebunt, neq(ue) dubium nobis est, quin iam isthuc illuc pervenerit, bene valeat S. tua. Dat(um) Crac(oviae) XXij februarii Anno do(mini) 1540.

Legatio à Sigismundo primo Rege Polonie ad Conuentum Prussie ad diem Sancti Stanislai 1540

Dicta salute et gratia Regia, Orator in hunc sensum verba faciet.

SAcram Mtem Regiam do: nrum clementissimum etsi corpore longius absit, à terris suis Prussia, animo tamen praesentem semper adesse, proque saluti ipsius et incolumitati diligenter excubare, Itaque solicite eam explorare, si quid alicunde periculi terris illis impendeat, quarum non minorem, quàm ipsius Regni sui curam gerit.

Delatum autem esse ad illam, nó vano rumore quod magnopere illis inijciet, praecipue vero portum Gdanen truculentissimus Turcarum Tirannus, Cum enim auro et argento abundet, quarum tamen rerum indiget maxime ad imperium maritimum obtinendam hujus se defic intelligit, Cum enim earum rerum, quae ad aedificandas instruendas et ornandas naues pertinent, ingentem penuriam difficultatemque paciatur, Quarum cum in Prussia atque vicinis ei terris summam esse copiam acceperit, Preterea portum Gdanensem esse eiusmodi, ex quo in omnes Chrianae orbis partes facilis sit transmissio, si huius positus sit, nullo negotio totius orbis imperio se potiturum sibi persuadet. Dicitur itaque omnino ad eas terras animum adiecisse, et fortasse hoc est quod proxime superiore aestate Valachia meliorem

partem ipse occupavit, alteri vero parti eum praefecit, qui cum à parvulo in cohorte (Curia) illius educatus sit, omia imperata facturus, atq ad nutum illius se conversurus videtur. Factus ergo iam est vicinus sacrae M.ti Regiae, is, cuius poten.a toti Christiano orbi formidolosa est, Cum quo nullum quidem habet S. M. Regia bellum indictum et denunciatum, quando tamen finitimus ei factus est non potest, ab eo non metuere: cum sciat eum omia utilitate sua metiri, neq diutius pacta et conuenta servare, q id sua interesse perspiciat

Quonia vero si quid à Caesare Turcorum ad Regnum S. M. Regiae periculi pervenerit, non alia eius rei causa futura est, quam terrae istae Prussiae, quarum est Tyrannus ille ad insaniam usq cupidus, aequum esse putat S. M. Regia ope atq auxilio consilioq eorum qui in Comicijs aderunt providen: ne propt terras istas aliquid Regnum detrimenti capiat, Quodquidem cum primum hostis impetum excipere necesse sit, non debet recusare ordines terrarum Prussiae, quominus pro virili sua adiutos eos velint, qui laterum suorum et corporum opposit ab ingressu in illas hostis, prohibituri sunt. Cetera quoad salvum erit Regnum S. M. Regiae, nihil est terris hijs magni periculi pertimescendum, sed ruere illud non potest, quin haec quoq omia uno eodemq motu labefactata concidant, Semper sapientibus viris tutius esse visum est, longius à patria bellum gerere, et pro alienis potius quam pro suis focis pugnare.

Quare deliberent etiam atq[ue] etia[m] hii qui Comitiis præsunt, rationemq[ue] ineant qua Regno succurrere possent, si qua illi vis maior allata fuerit, Sed et portus suos diligenter custodiant, Renunciatur enim Sacræ M. Regiæ, non deesse quosdam etiam ex Christianis Principibus, qui et ipsi de terris Prussiæ per occasio[n]em oppugnandis cogitationem susceperint.

Præterea in Comitiis quæ proxime habuit Cracoviæ S. M. Regia fuerunt clamores contra Gdanen[ses], q[uod] cum om[n]es aliæ Civitates ad imperium S. M. Regiæ spectan[tes], monetam cudere desierint, sola illa persistit in instituto, neq[ue] se adhuc de eo deduci passa sit, Quæ res et ad magnam indignitatem S. M. Regiæ pertinere: et ad non mediocre Regni incomodum et detrime[n]tum redundare videtur. Ac ostensæ fuerunt Sacræ M Regiæ viæ et rationes: quas si persequi voluisset, pœniteret iam proculdubio, Gdanenses transgressi mandati Regii, Sed qua clementi[a] naturæq[ue] bonitate est. S. M. eius, monendos eos iterum putavit, vt se, quemadmod[um] fideles subditos facere fas est, dicto audientes præstarent, et à cudendis nummis aliquando tandem quiescerent, atq[ue] vt ea de re serio cum illis agant hii qui Comitiis præfuerint, Hortatur S. M Regia, nam nisi quid hac monitione profectum fuerit, cogetur S. M. Regia aliquid ab innata sua mansuetudine alienum facere, futurumq[ue] est, vt qua nunc ex Nummorum percussione non vulgare lucrum percipere sibi Gdanenses videntur, ex ea magnum olim sentiant detrime[n]tum

Ad Illmum Do: Ducem Prussiæ, de his suspectis Turcarum conatibus S. M. Regia quoque scripsit, Qui spem illius et opinionem de se non fefellit, atque omnia se facturum recepit, quæ ad eum pertinent, qui vel propter sanguinis coniunctionem, vel quod addictus Regno est, debet id quam maxime salvum esse velle, Qui etiam missis ad hæc ipsa Comitia Nunctiis, omnes se rationes exploraturum promisit, quibus et Regno si usus veniat periclitanti succurri, Et ipse tamen Terræ Prussiæ non omnino inde præsidiis relinqui possint, Eius Nunctii si venerint ad Comitia, cupit eos S. M. Regia benigne accipi, et in commune consilium admitti hoc tantum in negotio, quo nihil eorum prætermittatur, quæ ad commune istud incendium restinguendum pertinere videbuntur.

Quæcunque tamen illic fuerint tractata cupit de his fieri M. Regia certior: ut si videbitur expedire illis robur et firmitatem adiiciat.

Responsum dominorum Consiliariorum Terrarum Prussie ad Legationem Regiam

Cum tota huius Legationis series: Sole clarius exprimat insignem sollicitudinem S. M. Regie ad conservandam salutem et tranquillum Statum harum Terrarum Prussie propulsandaqz pericula, que vel domi vel foris impendere ac clam imminitari videntur Agunt domini Consiliarii unacum coeteris harum terrarum ordinibus ad hunc conuentum vocatis, deuotissimas eius S. M. gratias, quas cupiunt per dominum Nunctium ipsius M^ti^ inctiari, cum significatione maxime consolationis, quam ex tam perspicua Regie clementie propensione adeeperunt, Quandoquidem res ipsa docet quam non sint contemnenda que S. M^tas^ eius mouere dignata est de cauendis atqz excludendis Turcarum insidiis et perniciosis conatibus, Verum quo sit ab hiis tutum inclitum hoc Regnum magna cum laticia audierunt eius M^tem^ prospexisse sapientissimo consilio, Tyranno illo in pacis iura pertracto, à quo maxime erat pertimescendum, Cum vero satis fiat exploratum, quam non sint fida illius cum Christianis Principibus foedera, Si quid huiusmodi perfidias de perniciosarum molicionum terris incliti Regni ingruerit, non dubitant ordines harum terrarum S. M. Regiam, cum aliis Christianis Principibus citra Pruthenorum suppetias habituram, opponendorum armorum modum & ipso Regno, quod in arcendis hostium

irruptionibus, celebrem famam et gloriam hactenus est consequutum, vires suppetere, quibus fines suos tueatur ac hostilem possit reprimere impetum, Nam his quantulum addere virium possint Pruthenica auxilia satis cognitum habet ipsa M. Regia, cui facultates harum terrarum sunt exploratae praesertim ad bella remotius agenda vel etiam sustinenda, cum ad proprios tuendos fines satis eis supersit negotii et difficultatis, Tale igitur si quid feret casus quem longissime abesse Deus velit, Orant omnes ordines, ut liceat ipsis ab onere externarum expeditionum liberas intra suas fines rebus gerendis hostiumque reprimendis impressionibus intendere, quod cum auxilio S. M. Regiae se pro viribus praestituros, et quaecunque ad id pertinent, mature paraturos pollicentur

Pari ratione et vigilantia incumbent (quod ipsum etiam monet M. Regia) in his amoliendis periculis quae ex contagio Danici belli ac malevolorum insidiosis conatibus metum non vanum incutiunt, proinde ne quid detrimenti ex incustodita terrarum istarum securitate accidat, studium erit omnibus ordinibus insita promisione circumspicere et munire omnia, instaurare portuum et meniorum incauta, explorationibus percontari adversariorum consilia, aliaque quae, ad rem pertinent non negligere, Rogant autem dicti Ordines, ut ipsa quoque Regia M. sollicitudinem hanc suscipere dignetur, ac serio imperare, ut ad edicta dominorum Palatinorum et aliorum à M. Regia praeficiendorum recensiones equitum et armorum lustrationes fiant, Utque Arces Regiae

amonis bombardis necessariisq excubiis et defensio-
nibus muniatur, carumq collapsa propugnacula re-
staurentur. Nec abs re fore putant, ut in Arce Ma-
rienburgen praesidium aliquod equitum, quorum occur-
su repentinae irruptiones reprimatur constituatur,
habeaturq in promptu Capitanei aliquot insignes
qui rebus probe instruendis ac gerendis praesint.

QVoniam verò ad omnium eiusmodi casuum praeser-
tim inopinatorum, qui his terris evenire possent,
succursu, Anno superiori reposita est in Thesaurum
Regium Arcis Marienburgien non contemnenda
pecuniae summa, ex collatione publica Actise conflata,
quam licet S. M Regia constituerit ad solum usu
defensionis harum terrarum servari, et in promptu
esse debere, cum tamen relicta non sit in potestate
praesidentium his terris, non sine dispendio ac
periculo magno Reipcae fieret, si improvisis ca-
sibus adiri prius Mtas eius deberet, quam ex pe-
cuniis illis necessaria subsidia suppeditarentur,
Quarum cum nec rones ulla exigantur, igno-
rant domini Consiliarii hmoi promissionis (prisonis) mo-
dum, ex quo vires quoq harum terrarum metiri
possent, Orant igr omnes ordines harum terraru,
ut S. M. Regia habita pactorum benigna rone
dignetur prospicere, ~~ut~~ in eiusmodi subditis, tre-
pidationibus, ubi fruendum erit, etiam (ere) ex facul-
tatibus subditorum in hanc praecipue spem reposito
pateat eis hmodi subsidii subsidiosus (aditus), Nec enim
sine periculo accidet, si de conflando, eo, tum
primum oportuerit iniri consilium, in quod di-
scrimen, ne harum terrarum salus & bona fides,
subditorum papitetur, omnes humillime M. Regia rogat,

Negotium ponendorum malcorum, vt praecepit S. M. Regia. Domini Consiliarii cordi habuerint, egerintque hunc in modum cum Nunctiis Gdanensium, et caeterarum Ciuitatum vt voluntati eius M.tis obedientiam suam submittere, saluis ipsarum Ciuitatum Iuribus et Priuilegiis promiserint, Verum cum Gdanensium et Elbigensium Nuncii non mala vt videtur fide queruntur in magna Reip.cae sua iactura cessurum si cogantur, ad repentinam monetandi cessationem, Argentum quod iam conflatum et in numismata aptatum habent proiicere ac operariis in posteriora adhuc tempora conductis sine fructu persoluere, quos nec possunt honesti contra Conuictorum fidem dimittere, Obsecrant illae duae Ciuitates et cum illis domini Consiliarii, vt M. Regia dignetur indemnitatis subditorum suorum ratione habita permittere, vt hac monetandi facultate vsque ad ferias sancti Michaelis fruentur, quo tempore pollicentur omnino officinas illas suas claudere, et ad iussa Regiae M.tis se componere, Quibus vt eius M.tas offensam si quam concepit gratiose condonare ac benigno animo pro solita clementia deinceps affici dignetur, Domini Consiliarii rogant, addentes hanc non minus necessariam quam aequam petitionem, vt S. M. Regia dignetur bonis mediis efficere, vt istis clausis officinis, reliquae etiam Ill.tis domini Ducis Prussiae officinae, quarum adhuc feruet opus claudantur, ne Ciuitates istae occasionem habeant, petendi M.tem eius vt ipsis quoque liceat restaurare positos malcos, et ad Priuilegium suorum vsum reuerti, quod tamen non sine ratione sibi admittendum putabunt, si ipsis in

officio se continentibus, rones tamen publicorum in comodarum durabunt, et omibus qui hic dimissi sunt oppificibus illuc confluentibus maiori quam antea cumulo moneta cudetur.

Postremo orat Do: Consiliarii comedari se in gram S. eius Mtis, cum subiectione devotissimorque servitiorum suorum ad omnem eius Mts voluntatem qua post Deum nihil habent plus colendum.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
Paulo Plotowski Praeposito Varmiensi
Secretario ac Nunctio Regio

VEnerabilis devote nobis dilecte, Etsi iam ante de moneta mandata dedimus De: tuae, tamen eadem, nunc iteranda putavimus, quo magis fiat perspicuum hanc rem cordi nobis esse maxime, Admonebitque De: tua nomine n(ost)ro Consiliarios omnes terrarum Prussiae, ut in eam curam summo studio incumbant quo finis aliquando fiat monetae istius cudendae, hac quoque de re communicabit ut eos persuadeat Civibus Gedanen(sibus) subditis n(ost)ris ne impediant quominus quo minus ex terris frumenta sua vendant, nam id in fraudem Nobilium Regni n(ost)ri fieri accepimus, Quod nisi n(ost)ro mandato huic satisfecerint, futurum est ut alio Emporium transferamus. Datae Cracoviae, XXa Martii Anno do: 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis terrarum Prussie

Rndi, Magnifici, Generosi, Nobiles, et Famati, Sincere nobis et fideles dilecti, Ex alteris literis nostris quas ad singulos seorsum dedimus cognouerunt S. et F. vrã adicta esse per nos Comitia Mariemburgi ad diem diuo Stanislao sacrum in proximo mense Majo, Quoniam vero propter pestem quæ graßabatur in Prußia toto hoc anno vertente, contra morem et consuetudinem terrarum istarum nrarum Comitia habita non sunt. Nos prospicere cupientes ne quid iterum impediat quominus aliquando tandem Comitia ista ad exitum perueniant, præsentibus nris lris facimus S. tibus et F. vris potestatem alium in locum Comitia transferendi, Si Ciuitas Mariemburgen à pestis contagione libera non eßet futura, diem tamen à nobis constitutum, omnino obseruari volumus nam istius procrastinationis iam plus satis est, Has autem lrãs nrãs vt primus terrarum istarum Consiliarius inter se communicet, vt ne quis ignorantia suam causari poßit, Facturi pro gratia nra proq3 debito suo. Dat. XXiij Marcij Anno ·1540·

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Kmithe de Visnicze Palatino
Crac. regni Marshalco Legato apud
Ioannem Vngarie Regem

Magnifice sincere nobis dilecte. Hodie allate sunt nobis lrâ à Serm̃o domino Romanorum Rege quibus nostris respondet ac de Ste tua queritur ea, quæ nos vt facta credamus, animum inducere non possumus. videntur nobis aliena esse à veritate, Sed nos tamen eas lrâs Sti tue mittimus, vt suam sententiam ad nos de eo quod rescribi per nos oporteat perscribat, Nemo enim potest melius de rebus omnibus nos informare. Cupit Sermus Romanorum Rex vt finium regundorum causa iterum designemus alios Legatos nrôs, de eo quoque quid faciendum censeat, scribet ad nos S. tua, Cupit ille vt verè proximo id fiat, Nos non essemus recusaturi publice tranquillitatis causa quo minus id fieret, sub reditum ex Vngaria S. tue, vt ne nouos facere sumptus esset necessarium, Sed de toto negotio quid videatur, semota omni cunctatione, scribat ad nos S. tua, vellemus enim quoad est apud Serm̃ Romanorum Regem Reuerendus in Chrô pr do: Joannes nominatus Camenecensis Epûs responsum illuc nrûm perferri, Quare diligenter et celeriter scribat ad nos omnia S. tua, neque pretermittet, eorum quicque quæ scire nos nrâ interesit, Lrâs publice fidei siue salui Conductus à Serm̃o Rege nrîs hîs S. tua adiunctas habebit. Dat. Crac. iij Januarii Anno domini 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Palatinis Prussie

Magnifice, etc. Cum propter metum pestis, nondum in terris nris Prussie habita sunt Comitia, que sine magno periculo et incomodo differri diutius non possunt, visum est nobis habendis illis diem pre- stituere, proxima Dominicam oculi, Quod volumus per S. tuam in Pallatinatu illius promulgari, ut ad eum diem omes Elbingum conveniant, Qui no- bis locus comodior esse videtur, Sed si forte pestis eo contagio perveniat, permittimus id arbitrio Rdi in Chro pris domini Epi Varmien, ut is cum S. tua, et aliis terrarum nrarum Prussie Consi- liariis consilio habito, locum deligat aptiorem. Datum Cracovie iiij die Januarii Anno do: 1540 Regni nri XXX iiij

Sigismundus primus Rex Polonie, Paulo Plothowski Preposito Varmien:

VEnerabilis devote nobis dilecte, Jam antea devotioni tue munus legationis iniunximus ad Comitia terrarum Prussiae, quae cum propter metum pestis prorogata semper fuerint, iam eis dies per nos est perfinitus Dominica proxima Oculi Elbingi, Quare fungetur do: tua munere suo, neque necesse habebit, ad instructionem per nos datam quicquam addere preter hoc quod accepimus Illm do: Comitem Pallatinum Rheni Fridericum Serenissimo Regi Danorum bellum inferre statuisse, Quod, etsi ne fiat, nos operam et authoritatem nram interponimus: Quoniam tamen quatum profecturi sumus incertum est, Hortabitur do: tua Consiliarios et Nunctios terrarum nrarum Prussie, ut advigilent, tantoque sint cautiores, et provideant, si qua fuerint in vicinia bellorum exorta incendia, ne qua flamma ad terras nras Prussie perveniat. Itaque recenseantur homines, portus muniatur, atque omnia fiant ab eis diligenter, que ad propulsandum hostium impetum, si quis de improviso extiterit pertinere videbuntur, ac aliqua ratio ineatur, qua terre iste nre defendi possint. Hoc est quod ad priorem nram addet do: tua factura pro fide atque officio suo et gra nra. Datum Cracovie vª Mensis Januarii. Anno domini ·1540·

Sigismundus primus Rex Poloniae Ferdinando Romanorum Regi

Serenissime Princeps et domine fr et consanguinee nr charißime et honoran, Cum proximis superioribus diebus ad Mtem vram scripsissemus de iniuriis quibus homines nri ab iis afficiuntur, qui subditi sunt Mtis vrae, ea opinione fuimus facturam illam omnia, quae ad controversias tollendas, et ius cuique suum tribuendum pertinerent, Certe autem nos longe fefellit expectatio nra, Ex illius lris cognouimus, non modo non coerceri eos, à quibus nri homines vexantur, verum etiam deffendi, et modo non facinus eorum approbari, Ita enim scribit Mtas vra nihil mirum videri debere, si in subditos vros conspirationes fiant, quis enim non commoueatur? Et paulo post; Iura vra et Regni nri negligere nos possumus, quod si nos ipsi negligeremus, subditorum manus contineri non poterint, et forte ea facient quae maioris mali erunt causa et materia, Quibus verbis quid aliud quam quasi classicum cani videtur, Quod si haec scripta Mtis vra in alium incidissent fortasse totidem verbis rescripsisset, Sunt enim asperius scripta, quam vel mos Mtis vrae, vel nra dignitas, aut potius mutua vra fert coniunctio, Sed quod merito in lris Mtis vrae nos offendit, id ipsi imitari, neque aetatis, neque personae et dignitatis nrae esse putamus, multo autem minus arctae necessitudinis, quae nobis cum Mte vra intercedit

cuius memores de morte atque instituto nostro non
decedemus, neque contra quam decet quicque faciemus,
Illud non possumus quin cum Mte vra expostulemus
quod faciles prebet aures iis, qui fidei atque officii sui
obliti frigidam suffundt atque omnia faciunt, ut nos cum
Mte vra committant, Cum legerentur nobis lrae illius,
fuimus non mediocriter perturbati, quod aliter scri:
ptum à Mte vra accepimus, quam esset nobis à
nris Comissariis relatum, Misimus volucrem nrm
Nunctium ad Regni nri Marschalcum, ut significa:
ret nobis num ita res acta esset, quemadmodum Mti vre
fuit delatum: Num complanati essent limites antiqui?,
novi constituti? Num quae secus dicta quam Mts vre
dignitas postularet? Negat ille quicquam horum fa:
ctum esse, negat ullos se fines terminasse, quin potius
amice cum Loboczki negotium esse transactum, quo
anthore dies aliquot se expectasse dum venirent
Comissarii Mts vra, Quoniam vero Rndus in
Chro pr Do: Jo: Camenecen Epus alia erat lega:
tione nra impeditus, cuius obeundae tempus iam
instabat, illo urgente coactum se fuisse rebus infe:
ctis ad nos reverti. Haec ille nobis et multa alia
rescripsit, quae longum esset nos scribere, sed narra:
bit, si presens adhuc isthic fuerit Legatus noster
Qui cum non interfuerit modo, verum etiam prae:
fuerit rebus iis omnibus, ex eo Mtas vra, quomo
res acta sit uberius cognoscet, Quam rogamus ut
falsis deinceps delationibus ne quid loci deinceps
det, neque aures suas iis prebeat, qui quo animo
sumus inter nos ferre non possunt, sed quantum in
ipsis est incendium excitare velint, quod postea
restingui facile non posset, Quod nos quidem pro

virili nra prohibere semper conabimur, Vrām quoqꝫ Mtēm facturam confidimus, vt in eandem curā incūbat, Caeterum quod cupit Mtās vrā diem isti: rum finibus regundis praefinire, et iudices ad eam rem Comissarios designari, ab eo voluntas nra nō abhorret, non solum quod primo quoqꝫ tempore con: trouersiis istis finem imponi velimus, verum etiam quod cupimus liquido dilucideqꝫ cognoscere Mtēm ve: stram cum in rem praesentem ventum erit, quam ficta sint ea omīa quae sunt ad Mtēm vrām delata,

Sed cum bonorum nrorum Scepusien Praefectus sit Magcus Petrus Kmita Palatinus Cracouiensis, res absqꝫ eo confici non possit. Visum itaqꝫ nobis, vt in: terim Iudices Comissarios designaret Mtās vra, qui sub reditum ex Vngaria Magci Palatini ad fines terminados venirent, Fient aut aliquando ante certiores, quam reuersus nr fuerit, modo nobis Mtās vra nomina Comissariorū praescribat, atqꝫ vna illis mandet, vt cum de tempore fuerit admoniti, venire nē cunctentur, vt tanto celerius ista transigantur, et nos vel potius vtrqꝫ nrum istis molestiis liberetur.

Illud ante omīa petimus Mtēm vrām, vt interea hominem nrum Stephanum dimitti liberum iubeat neqꝫ credat maleuolis, qui eum nrūm esse negāt cum certum istud sit nullam eum in Mtis vrē di: tione possessiōm habere, sed in Oppido nro Dazalia, Fecerit nobis Mtās vrā rem gratam valde, si hoc postullationi nrē dederit, quod ipsa aequitas fla: gitare videtur, Dat Cracouie viij die Ja: nuarii, 1540.

Sigismundus primus Rex Polonię
Monachis Miechovien

Religiosi devote nobis dilecti, Cum Rndus in Chro pater do: Petrus de Gamrath Epus Cracovien iustam habuisset animadvertendi causam in Vene:rabilem et Religiosum Thomam Preptum vestrum qui cuius nos in iis quae sunt Pastoralis eius offi:cii authoritatem libenter agnoscimus, ei subiectiom debitam praestare recusabat, Etsi non libenter nobis ea usurpamus, quae Jurisditionis nrae nō sunt, ta:men quoniam esse id nostri muneris videtur, ut quem:admodum ipsi Mtem nram agnosci ab omnibus vo:lumus et conservari, ita providamus, ne quis Episcoporum quoque Regni nri authoritatem imminue:re audeat, quod ea res pessimi exempli futura esset, hortati vos eramus, ut cum contra officium suum, Epi sui Jurisditioni Praeptus vr parere de:trectavit, Vos do: Epi potius quam illius manda:tis obtemperaretis, Quoniam vero is ipse Prae:positus vester ad officium postea sanitatemque rediit, errati sui veniam ab Epo suo Rndo do: Petro supplex petiit, qui pro eo ut est à natura non tam ad severitatem implicatus, quam ad misericordiam propensus, libenter deposuit perso:nam illam acrem et vehementem, quam illi tum tempus et Respca Ecclesiastica impo:suerat, supplices preces aspernatus nō est, cum praesertim et Serma Coniux nra, et qui tum

aderat Regni nri Senatores omnes, suas quoqz pro illo preces adiungerent, sed eum in gram recepit, pro peccato pœnitentiam iniunxit, qua completa, pristinum dignitatis suæ gradum recuperaret. Cum itaqz iam ab illo satisfactum sit, atqz iniunctam pœnitentiam expleverit, Hortamur vos, vt eum à domino Epó restitutum, pro Præposito vró iterum agnoscatis, atqz ita vt antea dicto ei audientes sitis pro grá nrá et pro officio suo facturi. Datum Crac. x Januarii. Anno domini 1540.

Quia iste Præptus habuit pecuniam paratam, Archieps Gamrath, prodigus homo, gulosus Luxoriosus, stultus, volens hac pecunia Præptum spoliare, ex non causa, finxit causam, Suggessit ac subornauit in illum Auaritiæ suæ Architectos, Vilamowsky, et Grutkowsky, versutissimos seruitores suos, hii calumniati sunt illum, et ne[statuts] comparere deterruerunt, et sic circumuentum spoliarunt, Multorum hic præptus præda fuit, Archieps spoliauit eum duobus millibus flor., Mille vero flor. expendit [pptus] in reliquos qui eum Archiepó reconciliabant.

Rex id nesciebat. Regina prede erat particeps. Maciowski Eps Cancell has [illegible]

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ciuibus Miechonien.

FAmati, etc. Cum esset nobis renunciatum Venerabilem et Religiosum Thomam Præptum Miechonien, dominum vestrum in fide et authoritate Prælati sui Rndi do: Petri de Gamratis esse

nolle, neq3 debitam illi subiectionem praestare, pro eo atq3 debemus graviter id tullimus, Indignum enim nobis et minime ferendum visum est, Cuius nos ipsi Authoritatem in Spualibus libenter agnoscimus ei Praepto vro non parere, Quare semora paulo mandata ad vos dedimus, vt ratio temporis postulabat, ac, dixeramus vobis vt do: Epo potius q3 Praepto vro dicto essets audientes, Postea quam vero do: Epus, quem propter inobedientiam, merito castigavit, eum in gram postea recepit ac pristinae suae dignitati restituit, Mandamus vobis vt eum vos quoq3 Praeptum et do: vrum iuxta Mandatum Do: Epi agnoscats, et ita vt ante fecists, iussis eius omnibus obtemperets, omnemq3 fidelitatem praestets, facturi pro gra vra et officio suo Dats Cracoviae X Mensis Januarii Anno, 1540.

In Comitiis Regni
xv. februarii.
1540.

Oratio

In reddito Regi Sigismundo Augusto, Ense ac Pileo, à Sumō Pontifice Paulo tercio, Habita in Ecclesia Cathedrali Cracovien. Domīca Quadragesime, que fuit quindecima Februarii, intra Missarum sollemnia, praesente Rege pre, et Bona Regina mre in maxima procerum et aliorum hominum frequentia.

Per Rosarium Nūctium Apcum,

Vides Serenissime Rex, quo te munere donet Maxs Pontifex, nempe quo Romani Pontifices soliti sunt Illustres Reges, de Catholica fide, de sancta Sede Apostolica bene merentes, illustrioresq reddere, Te verò quonam argumēto, qua ratione, quo consilio potissimū elegit, qui per aetatem vix dum aliquid meditari nedum patrare valuisti ob quod praeferri debueris tot clarissimis Regibus, tot fortissimis Principibus, qui non cessant Catholicam fidem et sedis Apostolice dignitatem adversus impios hostes defendere! Sanctissimorum profecto Parentum pia et nunqȝ intermissa merita, prudentissimum Pontificem excitarunt, fore nunqȝ desperantem, ut tali semine satus unquàm degeneret. Possunt quippe aeterni nominis genitores tui, pace aliorum Principum dixerim, inprimis gloriari, nobilissimum hoc Poloniae Regnum inter tot fluctus, tot procellas, tot turbines, quibus Ecclia dei, quibus Respca Chriana quatitur, sua pietate, religione, Prudena, ab impiis haeretics inpolutum, ab inanibus Barbaris tutum servasse, serva-

15

reqꝫ. Sed et hæc plusquam Regia indoles tua si tam ocu-
lis à Sūmo Pontifice cerneretur, et sacro illo Car-
dinalium Collegio, quàm à me nūc cernitur, aut quod
auribus est accepta, quanto alacriores redderet?
quāto in magnā spem erectos, in maiorem etiā imm
certioremqꝫ erigeret? Macte virtute adolescens
quem talis tantusqꝫ Pontifex qualem multa secula
non videre nec gregi suo diligentius inuigilantem
nec in ea senili ætate pro publico comōdo fortius insu-
dantem, nec dignos dignis Laudibus premijs Hono-
ribus magis extollentem, quem tot porro Illmi
Cardinales, quot nullo in coetu, nullo in æuo, san-
ctitate, vita, sapientia, eruditione, omi virtute, con-
spicui micuere, macte inquā virtute, quem tot tan-
tiqꝫ viri ex omī Regum nūero elegerunt, quem
hoc munere digno dignum censerent. Gloriari pot
Mtas tua ab illis vsqꝫ primordijs, quibus Sedes
Aplica instituit, in Sacratissima Natalis domi no-
cte Pileum et Ensem benedicere, vt dese bene meri-
tos Reges, non quercina, nō graminea, non aurea
Corona decoraret, sed hijs longe preciosioribus,
vel quod benedicuntur in ea nocte, in qua humano
generi salus illuxit, vel quod ab illo qui vicem
Omnipotētis Dei in terris gerit, vel quod non de gre-
ge cuilibet, vt illa, verum Regibus mittuntur.
Gloriari nempe potes, nūquàm contigisse, vt in
huiusce vsqꝫ adeo iuuenilis ætatis Regem tanto-
rum virorum iudiciū prærogatiua caderet,
Foelix ter quaterqꝫ, foelix tamen si cogitaueris,
non tantum honoris, quantum oneris tibi adue-
ctum, dificilem prorsus, caeterum gloriosam
prouinciam, humeris tuis impositam, quam nisi

gnaviter sustinueris expleverisq;, non iactum in genitoribus tuis fundamentum, illos qui te elegerunt fefellisse, sed te tibi defuisse apparebit. Possunt enim hominem immutare, amissa paterna semita, prava sodalitia, et ut ille Roboam Solomonis iuniorum potius quàm seniorum Consiliis adherens animus, Generatio bona, educatio sancta, pertinax virtus, mentiri alioqui non possunt, Hoc tibi Pileo Spūs sancti spē insignito, tanq; munitissima et impenetrabili casside erunt hostes fidei abigendi. Hoc tibi gladio erunt idem transfigendi, et praesertim iste dolosi vulpeculi, quae pietatis persona deferentes vineam domini demolliri nituntur, prophana sacris, privata publicis miscentes: dumtaxat, ut apud imperitum vulgus turpe lucrum, et inanem auram aucupentur. Heu infoelix Germania, quo te impostores isti praecipitem traxerunt, dum sanctorum tu Patrum via ambulasti, qui sanguine CHristi fundatam Ecclesiam, sanguine suo erexerunt, et ad hanc ~~toto~~ tam coruscantem amplitudinem deduxerunt: nulla terrarum pars te foelicior, atq; beatior vivebat: nulla in te reperiebantur urbs, nullum Oppidum, nullus pagus: in quo fervorent factiones, quae sunt non Civitatum modò verum Regnorum ipsorum exitiales pestes, Quisq; Deo, quisq; sibi, quisq; amico vivebat, Eras et tuis, et externis probitatis imago, Religionis specimen, mutui amoris exemplar, Postquàm autem rationem vivendi mutare libuit, et pro illis qui in sollicitudinibus, qui in Eremo, in ieiunijs, atq; assiduis lachrimis, situ et squallore obsiti, aerumnosam atq; inopem vitam traxerunt, in suppliciis, in igne, in Carnificinis authorem vitae sequentes.

Postquam inquam illos deserere, istos amplecti libuit qui pro sollitudinibus turbas amat, pro Æremo tabernas, pro ieiunijs compotationes, pro lachrimis cantilenas nitidi et delicati, non in supplicijs, sed in voluptatibus, non in igne, sed in ardore libidinum, non in carnificinis, sed in omnis lasciviæ ac turpidinis coeno voluptatis, eo cæcitatis lapsa es, vt tot inter dissidentium atque inuicem digladiantium Hæreticorum turbas diuisa, nec dum vel hoc imperitiæ et impietatis argumento monita, quid potissimum in fide sequi sectoris debeas aut credas teneas, credas, penitus ignores. Hinc veluti mente abalienata et furijs concita in mutua dissidia mutua vulnera ruisti,

Vidimus perpaucis ante annis virentia prata interfectorum ossibus albere, vidimus cadauerum tumulis planicies insurgere, dum ab istis Egregijs tuis Euangelicis Doctoribus, an corruptoribus edoceris nullas erga Deum Ceremonias colere, nullam Principibus obedientiam, nullum sacerdotibus cultum, nullam maioribus obseruantiam exhibere, Christianam libertatem, nullis Hominum subijci legibus, nulli timori, nullis imperijs: Solutum æque ac sacris initiatum rusticum ac Ciuem, Ciuem ac Nobilem, Nobilem ac Principem Christianum esse, id vnum nomen cuiusuis ordinis, cuiusuis dignitatis discrimen tollere, At vbi publica cessarunt, et sanguinis satis superque haustum est, ne compressis manibus desides sederent, inimica paci Erynnis, et inuidens publico bono Thesiphone colubris et facibus armata, in priuatorum lares irrupere, nulla est tam angusta tam humilis domus, nulli tam priui habitantium numero poenates, in quibus diuersa sentientium Hæreticorum insania non debaccetur, Cuncta

illius veneno discordiis, livore, inimicitiis, rabie ar-
dent. Pater in filium armatur, frater in Germa-
num, Maritus in coniugem, serva in Dominam,
dum etiam mulieres si Deo placet, et vilissima man-
cipia non horrent vas illud Electionis illorum manibus
tangere, impuris oculis inspicere, polluto ore proferre,
et Mystica illa sensa atque divina Arcana, quæ eru-
ditissimis etiam, qui non Spiritu sancto ducuntur obscu-
ra et ignota sunt, ceu vanitates suas agentes in mediu
iactare audent. Et miramur si iustissimus vindex
Deus, has pænas, hæc supplicia, de Catholicæ fidei,
de sanctæ Sedis Apostolicæ contemptoribus sumit.
In istos fascinatores Deo et bonis omnibus invisos is
gladius tibi stringendus erit, ne qua futura tem-
pestate (horret animus dicere) cum sanctissimi
parentes tui aut penitus senuerint, aut in coelos ra-
pti migraverint, florentissimum hoc Poloniæ Re-
gnum, quod illorum nunc institutis, pace, quiete, otio
fruitur, pestilentissimis dogmatibus turbetur,
misceatur, laceretur. Si recte memorata recordor,
Themistocli illi Atheniensi sola ambitione impulso,
Miltiadis Trophæa somnos adimebant: Quanto
magis hæc à me hodierna die breviter recitata so-
mnos adimere debent. Ita Deus faxit. Deus ille
qui in hoc Regio vultu venerandam in patre ma-
iestatem effinxit. Deus ille qui pietatem, religionem,
cætera animi bona in utroque parente Regno ipso
diorum, que eiusmodi sunt, vt non eorum solum
inter quos fiunt, verumetiam Regnorum Hungarie
et Polonie rationes perturbare possunt. Datum Cra-
couie. XV Aprilis Anno, 1540. Regni
vero nostri XXXiiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle Regine Vngarie

SErenissima, etc. Ex Illustri et Magnifico Petro Cmi-
tha Palatino etc. Cognouimus quemadmodum istic
sint Maiestatis vestre negotia transacta, Gaudemus tandem
aliquando rebus iis esse finem impositum, vestreque Maiestatis
rationes de quibus nos semper, pro paterno nostro erga
illam animo plurimum fuimus solliciti, bono tandem
in loco esse collocatas. Mittimus istuc ad Dominicam
misericordia Legatum nostrum, qui iuxta prescriptam
formam Jusiurandum ab hiis exiget qui iuxta sunt
eorum bonorum Prefecti, que dotis et contradotis
nomine Maiestati vestre sunt obligata. Quod si fortassis
Bude tum presens non adesset Serenissimus Coniux

Mtis vrae, dabit Nihilominus operam, vt Praefecti, isti sive Capitanei conveniat, et Iusiurandum dent, prae; sente isthic et audiente Legato nro. Quae sunt re; liqua apud nos Dotis et Parapheznorum nomine ea propter breve temporis intervallum, ad diem divo Georgio sacrum per nos mitti non possunt. Excusabit itaque nos Mtas vra, et petet Serenissimum Coniugem et do: suum, vt ne durius accipiat cun; ctationem nram: sed aequi eam bonique faciat. Dabi; tur à nobis opera, vt vna aut altera post consti; tutum diem Hebdomada res istae Cassoviam perfe; rantur. Prope iam adest dies partus S. Mtis vrae. Deum praecamur, vt quam minima cum molestia pariat, Nos hic Deo sit gratia recte valemus, nisi quod ex pedibus laboramus, non quod dolor illos aliquis occuparit, sed aetatis fortasse magis quam morbi vicio. Datis Cracoviae. xxiij Aprilis Anno Domini 1540

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Starzechowski nominato Ar:
chiepo Leopolien

RRme in Christo pater sincere nobis dilecte, Co: mendata nobis est plurimum singularis fides, inte; gritas, et gravitas. P. vrae Harum itaque vir; tutum contemplacione, fecimus lubenti atque ala; cri animo, vt illam in demortui Archiepi locum nominaremus, Non dubitamus quin hoc no; strum beneficium Pti. vrae. gratum sit futurum.

Sed ab ea tamen postullamus, vt quibus artibus se no: bis comendatam reddidit, eas retineat, seqz talem erga nos praestet, vt non modo non peniteat, nos hoc tam excelso dignitatis gradu: Pᵗᵉᵐ: vrám: collo: casse, verum etiam solidam inde et perpetuam volu: ptatem capiamus, quod beneficium digno dederimus, Quam bene valere optamus. Datis in Vissliza xxvj Aprilis Anno do: ·1540·

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape Tercio

Sanctissime, etcet. Proximis superioribus diebus, ex: cessit ex hac vita Leopolien Archieps in demor: tui locum nominavimus, Ventem Petrum Starze: chowskj Cantorem Przemislien, virum gravem, sum̄a integritate, neqz vulgari prdentia praeditum, et quem cum Ecclesie, tum Regni nri Reipublice magno fore vsui confido, Nunc à Stᵗᵉ vrá maiorem in modum peto, vt hanc nram nominatióm ratam ha: bere, et eam autho sua confirmare dignetur, Quo: niam vero bona Archiepatus huius in finibus Regni mei sitta, hostium latrocinijs sunt infesta, exigui admodum sunt ex eo proventus, Quare S. vrám rogo, vt ne nimis eum exhauriri sumpti: bus et impensis patiatur, cum aequm non sit vt sumptus censum superent, Rem mihj valde gra: tam fecerit S. vrá, si quid in eum liberalitatis sue contulerit, Cuius me gratie comédo, Datis xxvj Aprilis. Anno ·1540·

Sigismundus primus Rex Poloniae Antonio Cardinali S. quatuor Protectori Regni

R^me etc. Excessit nuper ex hac vita Archiepus Leopoliensis, in eius locum nominamimus Venlem Petrum Starzechowski, Cantorem Przemislien. de quo magna est et integritatis et prudentia fama Rogamus R. P. vram, ut nominationem hanc nram anthoritate Apostolica curet confirmandam, Et cum tenues sint huius Archiepatus fructus det operam ut quam minimum ab eo emungatur, Nam continuis hostium incursionibus, ita sunt bona Archiepiscopatus huius depopulata ut non habeat unde pro dignitate sua se sustentare possit, Fecerit itaq3 nobis R. P. vra, rem valde gratam, si opem atq3 operam suam interposuerit, ut liberalr cum eo agatur, atq3 praeterea potestas ut ei sit, ea quae habet sacerdotia cum Archiepiscopatu retinendi, et cui nolet de consensu piorum cedendi: optamus interim R. P. vram bene valere, Dat. in Vissliza, Vigesima sexta Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Quadragesimo, Regni vero nri, trigesimo quarto.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliarii terrarum Prussie

Scripsit nobis Illris Do: Albertus Prussie Dux pericula quedam, a nonnullis impendere terris Prussie, Quamobrem Hortamur S. vras, vt qua vigilantia est Illmus Do: Dux intuenda prouincia sua eandem imitari velint, atque in hiis Comitiis eo adducere mentes Hominum conentur, vt se contra cuiusuis quamlibet repentinum impetum parent, et si ditionem Illris Do: Ducis aliquo esse in discrimine viderint, socia cum Illte eius arma iungat et communibus viribus commune incendium extinguere laborent. Rem nobis hoc ipso gratam facturi, Quod et priuatam singulis S. vrarum, et publice terris istis omnibus Prussie, cum primis eam vtilem fore intelligimus. Dat. in Oppido Schidlow, vigesima septima mensis Aprilis Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo, Regni vero nri trigesimo quarto.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Archiepo Moguntineñ

Redditę sunt nobis Ltrę Rm̄ę ac Illm̄ę Do: vrę, qui:
bus dolenter se ferre scribit, q Illmus gener nr̄, Nepos
illius Joachimus Marchio Brandeburgeñ, ab Ecclesię
vnitate desciverit, atqȝ vna fore significat, vt breui
cum eius Ill̄te conueniat, et qd totiens absens frustra
per lrās egit, coram hortetur, vt ad authoritatem
Ecclesię redeat, neqȝ plus loci tribuat phanaticorum
quorundam consiliis, quam eorum, qui cum ex animo
bene illi volunt aequum sit Ill̄ti eius eorum moni:
tis obtemperare, Si nihil aliud hoc saltem effectu:
ram se pollicetur, vt ne adigatur Illma filia nr̄a
ad nouos istos errores amplectendos, sed ei in veteri
instituto, ac antiqua fide sua permanendi, quam a
maioribus suis sibi per manus traditam acceperit, pote:
stas permittatur, Hiis Rm̄ę ac Illm̄ę Do: vrę scri:
ptis nonnichil sumus recreati, q spes nobis ostensa
est, aut redditurum in viam Illm generum nrum,
aut Coniugem saltem illius filiam nrām charissimā
sua esse libertate vsuram, Caeterum quo magis re:
cte esse oīa cupimus, hoc minus esse possumus
oīi cura et sollicitudine vacui, dum timemus ne
plus proficiat serpentis astutia, quam vtriusqȝ nos:
trum, erga Illm do: Marchionem paternus ani:
mus: Itaqȝ decretum est nobis, ex primoribus
Regni nri mittere aliquem, qui Illmo genero no:
stro persuadere conetur, vt ne maiores suos, aut

stultitiaeq[ue] aut impietatis condemnet: neue terminos
quos illi posuerunt transgrediatur, sed eandem quam
illi, credat Ecclesiam, eandem fidem teneat, idipsum
et cum illis et nobiscum vnanimis sapiat, De loco ta:
tum quo mittendus sit dubium nobis est, Quamobrem
si Rma ac Illma Do: vra, cum Illmo nepote suo
genero nostro nondum est congressa, cupimus per eam
certiores fieri, ad quem diem congredi cum Illte eius
statuerit, vt legatus nr eundem diem obire possit,
Si vero tractauit iam aliquid cum eius Illte Rma
Do: vra, neq[ue] tamen quod suasit, persuadere potuit, de:
liberatum est nobis nihilominus Oratorem mittere,
Dummodo tempus opportunum et locus comodus, per Rmam
Do: vram nobis designetur, quam etiam suos Ora:
tores nro adiungere vellemus, quo facilius id quod
volumus obtinere liceret, vtriusq[ue] nrum authori:
tate interposita, Fecerit Rma et Illma Do: vestra
pro officio suo si nos tris suis de rebus iis certio:
res reddiderit, eritq[ue] nobis id vehementer gra:
tum. Datū Cracoviæ XXVij Februarij, 1540.
Regni vero nri XXXiiij°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Lucæ de Gorka Epō Cuiauiensi

Nos vt antea in causa hac Religionis libenter con; silio P. vrā locum dedimus, ita nunc quoq3 probantur nobis ea, quæ scribit de mittendo Oratore, atq3 omni; no mittendam censemus P. vrām. Cubicularium ve; rò permittere minime necessarium ducimus, rectius nobis videtur, vt ex suis potius mittat aliquem vra. P. cum lrīs Hūs nris sumptu nrō, Quas vero ille lrās attulerit, eas aperiat licebit: ac si non nolle Illm Do: Marchionem intellexerit, vt proficiscatur vrā P. tum vero quam maxime fieri poterit, ta; cite se in viam det, vt neq3 quo, neq3 qua de causa proficiscatur, subolere cuiquam possit. Si vero detrectari cognouerit Illtem eius et congressum cum p. vrā fugere: non prius proficiscatur, quam nos de voluntate Illmi Do: Marchionis certiores fecerit, et illam viassim sententiam cognouerit, factura P. vrā pro grā nrā et officio suo. Datū in Vissliza, vigesima sexta Aprilis, Anno 1540

Eidem domino Lucæ de Gorka Epō Cuia; uiensi, Sigismundus Rex Poloniæ

Rediit tandem Nuncius à Rmo do: Carli Mo; guntino, quas nobis lrās attulit, eas P. vrā mit; timus, caliqe, vt lectas nobis remittat, Quoniam vero neq3 locum conueniendi certum constituit

nihil statuere possumus, de P. vrę profectione, Neqꝫ enim satis scimus, num operępręcium factura sit P. vra, si sola absqꝫ vel ipso Rmo. Do. Cardinali, vel Legato eius negotium hoc tractauerit: Sed vt antea quoqꝫ eius consiliis vsi hac in re sumus, ita nunc quoqꝫ sententiam vt nobis suam perscribat postulamus. Nam absqꝫ Consilio P. vrę, nihil de ista profectione nobis statuere visum est. Quę bene valeat. Cracouię die. xvij.a Aprilis. 1540.

Sigismundus primus Rex Polonię
Ioachimo Marchioni Brandeburgensi
Romani Imperii Electori

Illme. Mittere decreuimus certis quibusdam de causis, ad Illmam Do: vram, atqꝫ coniugem eius, filiam nram charissimam Rndum in Chro prem Do: Lucam Comitem a Gorka Wladislm Epum, Rogamus Illtem vrām, vt ei publica fide isthuc proficiscendi potestatem faciat, quo possit saluus ipse saluis rebus suis ad Ill Do: vrām venire, et impositum sibi per nos Legationis munus obire, Cracouię, xxiij Aprilis, Anno, 1540.

Legatio ad Ioachimum Marchionem Brandeburgen: Ro: imperii Electorem

Eam Rxndus do: Lucas de Gorca Eps Wladislauiensis detulit
Hæc Legatio, sicut et aliæ, in Comitiis Regni generalibus Cracouiæ habitis decreta fuit

Principio Illm do: Marchionem nro nomine, quam poterit officiosissime salutabit, pro ea qua summa in Illm eius Dnem voluntatis nræ inclinatione propendemus, dicet, quod nos tenere non potuimus, quin Oratorem ad eam nrum mitteremus: qui viseret Dnem eius Illmam, et nris verbis cuncta illi precaretur sibi prouinciam hanc iniunctam esse, dataque mandata, quæ semotis arbitris exponeret, Id se facturam, cum Illmæ Dni eius visum fuerit oportunum

Semotis arbitris in eam sententiam dicet

Cum ante Menses aliquot nobis redditæ fuissent lræ Illmæ Dos eius: quibus de commutata religione, ne sua vel commutanda potius nos fecit certiores: coniugemque suam, filiam nram charissimam ex ea re magno fuisse in merore, quod patrios ritus, et ceremonias contemni, ac nouas quasdam induci viderit, atque ea de causa postulauit à nobis vt Legatum nrum mitteremus, qui Illmæ filiæ nræ

merorem consolando leniret: Dicet Or noster nos ex eo tempore deliberatum semper habuisse grauem aliquem Legatum mittere: sed certis de causis et hijs quidem arduis factum esse, vt in hunc vsq; diem id fa: cere differremus. Nunc vero pro eo amore, quo et ipsi Illmo Do: Marchioni et Coniugi eius filiae nrae charissimae, paterne prospectum iri cupimus, non potuisse nos cunctari diutius: sed Paternitatem vram misisse. Quae sententiam illi nram exponat. Esse autem sententiam nram can: dem quam lris illi nostris antea perscripsimus, Ma: gnum nos ex eo luctum hausisse, quod quem filii loco charum semper habebamus, is prana otius quorundam consilia sequi, quam paternis nostris salutaribus mo: nitis obtemperare animum induxisset, pravorum quo: rundam conspirationem, quam Ecclesiae consensum pluris fecisset, Ac duplicatum esse luctum et me: rorem nrum cum hoc agi accepissemus, vt Illma quoq; filia in eundem errorem induceretur, Itaq; misisse nos. P. tuam. vt si apud ipsum Illm Do: Marchionem nihil proficere posse videret, saltem fi: liam nram. charissimam admoneret verbis nostris, vt de recta sua sententia se nullis neq; precibus, neq; minis deduci pateretur, Sed praeceptum esse me: misset, vt quos terminos pres nobis nri posuerunt, eos ne transgrediamur: depositum custodiamus prophanas dogmatum nouitates deuitemus: neq; aliud quicquam Euangelisare: quam quod accepimus permittamus. Haec et alia quae accomodata esse ad persuadendum putauerit, pro sua prudentia dicet P. vra. Atq; ad extremum illud addet, nos pro paterna authoritate currentem licet vt speramus, hortari tamen Illmam filiam nram, vt a nris.

institutis, à ritibus nr̃is et Ceremonijs nõ deflectat.
Ita demum nostram esse eam filiam agnituri, si nr̃am
sibi constantiam duxerit imitandam. Ipsũ etiam Illm
Do: Marchionem rogabit, vt nõ sollicitet filiam nr̃am
ad defectionem ab Ecclesia, et à Prisca fide et religione,
Quibus nos passuros potius, et quamuis ita vt par est nõ
minus eam quàm nos ipsos amemus: ac quàm diutissime
eam incolumem viuere ex animo cupiamus, maiorem
tamen nobis dolorem inustum iri, si quid eam mutasse
acc[e]pissemus de ea fide et religione in qua nata est
et educata, quàm si renũciatum nobis esset humani
tus ei aliquid accidisse cum anima quàm corporis inte:
ritus magis nobis horrendus videatur. Neq3 conten:
tus esse debebit Do: Orator semel hac de re verba
fecisse: sed iterum atq3 iterum pertentabit animum
Ill. Domini Marchionis, si possit ab instituto dimoue:
ri. Ad extremum hoc tamen obtinere conabitur, vt
aut scripto, aut certo aliquo promisso se obstringat, se
non amplius sollicitaturum, vt Illma Coniunx eius
filia nr̃a charissima, à Prisca fide et religione desci:
scat, ab ea in qua nos sumus, in qua maiores nostri,
Aui, Proaui, Ataui, magna cum constantiæ laude
vixerunt.

Responsum ad Legationem precedentem Marchionis do: Luce Epo Wladislavien oratori datum ix Iulii 1540

Responsum quod nos Joachimus Marchio Brandeburgensis, Elector Rndo ac Generoso domino Luce Epo Wladislaviensi Serenissimi Regis Polonie Oratori, amico nostro, ad ea que Celsitudinis Regis nomine attulit, dedimus.

Principio gratissima nobis Regis salutatio fuit, tum eam quoque salutem, quam celsitudinis sue filius affinis noster, ad nos perferri voluit, animo gratissimo acceptavimus, Maiorem vero multo voluptatem nobis afferret scire Celsitudinem Regiam vnacum coniuge charissima, suavissimis liberis, tota denique familia, non solum ea salute, que precreata nobis fuit frui, verum etiam sic totius Regni negotia domi militieque bene ac foeliciter cadere intelligeremus, cupimusque nomine nro pariter salutem foelicissimam, ad ambas Celsitudines Regias quam officiosissime referri,

Quod ante discessum in Lithuaniam Cels: Regia pro suo erga nos studio, proque innata bonitate, splendida gravique Legatione nos honestavit, id sane in eam partem quam decet accipimus, eiusque Cels:ni Regie gras quam maximas eo nomine habemus.
Occasionem autem Legationis huius ex eo ipso intelligimus: quod declaratum verbis fuit, Cels: Regiam etiam dum memoria tenere, qua ad se deputato Re:

ligionis statu, ceremoniarumque Ecclesiasticarum, apud nos vel emendatione, vel mitigatione, quandoque sen; pserimus, Quo ex negotio demerps ingens animi do; lor, perturbatioque Charissime coniugi nrē emerserit, tandemque à Celsitudine regia, id etiam nos conten; disse, vt aliquem suorum Consiliariorum huc allega; ret, qui Illme coniugis nostrē animum consternatum patrio sermone sublevaret. Cumque hoc ante tempus Celsitudo regia ingenti negotiorum mole, tum maxi; mē conuocatis Procerum Regni Comitiis praepedita mittere potuerit neminem: remotis tamen, hiis im; pedimentis, se Rndum do: Lucam Wlachm Epum, amicum nostrum, quo petitioni nostrā morem ge; reret, primo quoque tempore à se ablegasse, mirarique vehementer: quod cum Cels: Regia, iam multo ante, scriptis ad nos lrīs, ab istiusmodi Ceremoniarum mu; tatione dehortata nos fuerit, cum constaret etiam se, maioresque suos, pie, et vt Christianos Principes decebat, talium Ceremoniarum obseruatione imperas; se, tamen huic hortationi locum non fuisse reli; ctum, vnde ingenti merore, Cels: Regia fuerit consternata, ac granatim tulerit aliis potius quam sibi hac in re fuisse obsecundatum. Nec minori molestia celsitudinem Regiam ex aliis didicisse, Illmam coniugem nram, ab vsitata hactenus Religione, accessibusque templorum, quorundam suasu abstinuisse. Ea propter Cels: Regiam à nobis ami; ce, animoque plane paterno petere, quod hoc quicqd esset incommodi, non tam altē radices egerit, quin reduci in pristinum statum possit, animo contempla; remus, maiores antecessoresque nros, ea in Religio; ne non imperasse modo honorifice, et vitam egisse,

verum etiam fuisse. Eorum exemplo nos quoque ab instituto nrō cedere, et ad veterem religionem reverti debere. Porro nobis hoc etiam Cels: Regiam benigne in animum revocare, quantum non corporis solum, sed multo magis animae periculum in hoc vertatur, dum quidam singillatim, tanquam à Capite membra ab universali Ecclesia sponte separantur. Si igr̄ eius Celsitudinis Regię, tam pia, tam amica, paternaque admonitio apud nos (quod tandem futurum minime speraret) locum non esset habitura, id solum se petere, ne eius Cels: filia Coniunx nr̄a charissima à sacra Prisca fide, in qua nata, educataque esset, iam aliquam vitę partem transegisset, ad aliam religionem imitaretur. Id Cels: Regiam nullo modo permissuram. Sed aliis in rebus bene recteque filię charissimę consultum sese cupere: At si contra Regis Celsitudinis vota eveniret filiam suam ad insitatam religionem deduci, fortassis eo redigeretur angustiarum, vt cuperet filiam vivere desiisse, quam alia fide imbui, pluris enim divina ęternaque quam fluxa et caduca se estimare. Quare Cels: regiam esse plane paterna, hoc est optima in spe, nos hanc petitionem suam tam honestam ac piam absque omni repulsa ac lubenter admissuros esse.

Haec sunt propemodum in hanc sententiam à nobis intelleda, quę mādato Celsi: Regię luculenta oratione ad nos perlata fuerunt, Ad quę cum à nobis fuerit responsum, si quid esset aliud, quod in mandatis habet. Rxdus do: Epūs id se nobis declaraturum esse pollicetur.

Ac nobis sane Celsitudinis Regię, quantum ea de rebus nostris edocta videtur: admonitio, ab animo

paterno et beneuolentia plane perspecta esse videtur, Nosque verò erga eius Celsitudinem tam duro, alienoque sumus animo, et eius iam ingrauescenti ætati, molestiam ulla in rebus præsertim honestis adiiciendam existimaremus minus multo aliis præ Celsi: sua, quæ tam amicitiæ vinculo nobis iuncta est, ac de qua nobis quiduis ma: gnum ac ingens pollicemur, auscultandum esse putamus, Verum tamen, cum tota hæc causa, quantacumque est, ad honorem Dei Opt: Maxi: pertineat, tum salutem ac interitum non presentium sed æternorum et futu: rorum bonorum respiciat, quæ etiam non ulla inuete: rata consuetudine, non ullis opinionibus aut constitu: tionibus humanis nitatur, sed quæ ex sola diuina ve: ritate, ex incorrupto, nec unquam interituro verbo Dei, et Euangelio CHristi pendeat, bona spes nos te: net, Celsitudinem Regiam, nihil sinistri de nobis suspi: caturam, si in hac re maiorem æterni Dei quam mæ: talium ac interiturorum hominum rationem habendam esse constituamus, tum hoc quoque futurum speramus Cels: Regiam plus solatii, perturbationisque minus habituram, si penitus de hoc toto negotio edoceatur.

Id enim palam apud omnes profitemur, Deum autem et Cæsaream Mtem in hoc huius facti nostri conscios facimus, quod cum hactenus infiniti errores ac abusus in Ecclesiam CHristianam irrepsissent, aliud nihil nobis in votis fuisse, quam ut hiis tam turbulentis malis per Catholicam Synodum remedium aliquod adferretur, ut tandem sancta CHristi Ecclesia, infinitis abusibus repurgata, ad veteris immaculatæ Ecclesiæ si: militudinem pristino candori restitueretur. Quam ad rem, ut Electorem sacri Imperii Romani decebat omnes neruos ac conatus nostros semper quantum in nob

erat, intendimus. Etsi autem scimus Caesaream Mtem
animo erga hanc causam propenso seduloqz semper egisse,
ut Concilium conuocaretur, tamen plerumqz accidisse
ut qui primi hac in re esse debebant, talem conuocationem
fugerent citius quam adiuuarent, Eiqz magis impedi-
mento quam auxilio essent: Interim dum nos undi-
quaqz eiusmodi videmus, qui Euangelica doctrina essent
imbuti cingimur: par erat nos quoqz rationem istius
negotii inire, nec grauare diutius nram conscientiam:
ne veritate Euangelica oppressa, ut in aliis Germa-
niae Prouinciis accidit, in nra quoqz ditione, aliae hor-
rendae ac impiae sectae quottidie ingruerent, ac suborire-
tur, tum multo maius incitamentum huius rei fuerunt
ipsimet subditi nri, qui unanimiter à nobis contende-
runt, ut istis dissensionibus modum aliquem adderemus.
Constituimus itaqz Canones quosdam rituum Ecclesia-
sticarum Ordinario huius Dioecesis consentiente,
adhibitis in Consilium Proceribus nostris, viris do-
ctis piis ac religiosis. Quorum exemplum nuper
ad Ro: Caesaream ac Regiam Mtes transmisimus.
ac pariter Cels: Regiae afferendum propediem cura-
bimus, Eos inquam Canones hisdem rationibus
quibus ad componendos eos incitabamur, edere in
publicum fuimus permoti, eosqz ita amplectimur
ut certum nobis constet a vera Christiana reli-
gione nulla in re abhorrere, sed consentire verbo
Dei, et Euangelio Christi, quorum etiam funda-
menta Sanctorum Apostolorum, doctrinae beato-
rum Patrum et Martirum scriptis institutionibqz
et usui primevae ac incorruptae Ecclesiae correspon-
dent, Eos deniqz tali loco habemus, ut Deo Op:
Max°: annuente aut consenescere, aut finire vi-

tam decretum sit, nec vlla tanta erit aut potentia
aut tempestas huius mūdi, vel Inferorum quę hanc
mentem nobis sit ablatura, atq; hęc tam diu firma
stabit sententia, dum vel Synodo vniuersali, aut
particulari non suspecta, aut alioqui pia aliqua tur:
ba coacta sanis rationibus, nobis eripiatur, Nam si
quid certius et verbo Dei consentiens allatum appro:
batumq; fuerit, ab eo nec nos dissentire debere agno:
scimus, Neq; vero in hoc sequuti sumus proprium
comōdum nrum, aut vt aliorum facultatibus insi:
diaremur, sed vnum hoc voluimus efficere, vt
iuxta officium, ac vocationem nram Dei et salua:
toris nri honorē eiusq; diuini verbi augmentum
vt pium Electorem Principem facere par est, lon:
ge lateq; spargeremus, Scimus hanc mentem ac
sententiam nram Deo qui corda omnium scrutatur
probari: tum apud Cel: Mtem. quę diuinitus Impe:
rium in nos gerit, atq; erga singulos promptam
ac honorificam nobis defensionem fore, Neq; enim
nouā aliquam Religionem affectamus: sed eam
colimus, quam olim sancti Patriarchę ac Prophetę
docuerunt, Deinceps vero Saluator nr Christus
subsequutus instituit, iussitq; Apostolis in vniuer:
sum Orbem spargere, vt innotesceret omī creaturę,
eam inquam fidē ac religionem iam inde a san:
ctis Patribus ac primeua Ecclia repetitam ag:
noscimus et obseruamus: Quare ingens ac indubi:
tata nos spes fouet, Cels: Regiam, cum primum
rem ipsam ex suis hominibus, qui ritus Ecclesię
nostrę inspexerunt intellexerit, sinistri nihil de
nobis suspicaturam, neq; fidem adhibituram esse
hijs, qui iam multo ante calumniose nos apud Cels:

Regiam deferebant, Quin id quoq́ʒ speramus Regia Cels: hoc factum nrum non modo non improbaturam esse, sed multo magis tanquam honestum et verbo Divino consentiens approbaturam, ac nisi animus nos fallit, erit tempus illud, cum Cels: Regiam, cuius pietatem ac singularem prudentiam, tum rerum divinarum ac pacis admirandam observationē passim omnes predicant, in nram sententiam ituram esse apparebit. Insuper etiam ad ea que salutem anime respiciunt authorem potius quam dehortatorem, nec inobedientie nostre accusatorem, sed huius facti acerrimum defensorem futurum, In aliis vero rebus omnibus, si quid est nostrarum facultatum, quod in comodum Cels: Regie, aut suorum cedere possit, id etiam corporis nostri obiectu ad defensionem Cels: sue, adhibituros nos ac collaturos non dubitamus.

Quod ad Illmam Coniugem nram attinet plane nō est consiliū nri post datam Coniugū fidem, ac solitum nostrum amorem, eam ad ullas res illicitas, aut que eius mentem offendere possint cogere, Illud aūt futurum plane speramus Deum Opt: Maxm: pro summa ac divina sua benignitate, effecturum, ut nō solum ipsa Cels: sua Regia, verum etiam Cels: eius filia, ad divine veritatis splendorem ac cognitiōm perducantur.

Postremo à Cels: Regia petimus, non cōsuetum favorem animumq́ʒ paternum, quem erga nos gessit, deponat aut diminuat, idq́ʒ ita facturam esse Cels: suam plane nobis persuademus. Pro qua re, nos quoq́ʒ eius Celsni Regie quidvis officiorum humanitatis pollicemur. Colonie. ixa Junij Anno 1540. sigillo nro secretiore affixo

Joachimus Elector
manu ppria sst.

Lucas de Gorka Epus Wladislavien
Sigismundo primo Regi Poloniæ

Serenissime Rex: domine do: clementissime, Quampri=
mum à S. M. vrâ iniunctum esset mihi: ad Illm Prin=
cipem do: Joachimum Marchionem Brandeburgensem
sacri Romani Imperij electorem: ac ad Illmam domi=
nam Consortem eius, sacræ M. vræ charissimam
filiam legationis munus, nil aque desyderavi, quam
vt prima quasi occasione fuissem defunctus, tamen ex=
pectabam tantisper, quoad venisset ad me Do: Nico=
laus Nipssicz S. M. vrâ Aulicus, quo interprete,
in eiusce legationis functione vterer, et qui mihi apud
Illm do: Joannem Marchionem, apud quem mandatam
sibi Mtis vræ Legationem nomine obiturus erat,
potestatem liberæ transitionis per suam ditionem impe=
traret, Is cum die Saturni ante Penthecostes Posna=
niam ad me venisset: ego die Lunæ proximo, ad
Illmum do: Joachimum Electorem Nunctium cum
lris S. Mts. vrâ expedivi, Rescripsit mihi Princeps
simulque hortatus est me, vt ad diem quartam Ju=
nij ad se Berlinum venirem valde comodum sibi
fore, et ita rationes suas poscere, et ad eum diem quar=
tam Junij apud Illmam Do: suam, præsentiam
meam referrem, mihi tametsi breve tempus, vero à
reditu Nunctij mei amplius dierum vndecim
ab Illte sua transmittendo tanto itineri esset relictum,
tamen exivi, vt Illmi Domis suæ desiderio, et mã=

datis S. M. vrã satisfacerem, neglecta præsus omni incomoditate, quam mihi properatio itineris allatura erat, Cum itaq; in ditionem Illmi Do: sui. essem ingressus exceptus sum à quor Consiliarijs Principis qui mihi primum Francofordie, deinde toto itinere adfuerunt, cõmeatus Principis liberalissime mihi in om: nibus stationibus subministrabatur. Quia vero æstus solis et arenosa itinera, gressum Equorum meorum remo: rabantur, non potui ad statutam diem, apud Princi: pem esse, sub crastino die vezt saturni Berlinum adpro: perani, ibi in obuiam mihi iussu principis missi sunt Rndus do: Epus Lubecen, cum aliquot Primarijs Consiliarijs, et toto æquitatu Principis, à quibus hono: rifice sum exceptus, et deductus in hospitium, Eodem die cum pransus essem, misit Princeps Consiliarios, qui me inuitarent, vt cum Illte sua vespertinis pre: cibus audiendis in templo adessem, Excusaui me Principi itineris lassitudine, quietisq; desiderio, Ve: nerunt postea ijdem Consiliarij postullantes me se: cundo, vt Crastine sollemnitati iniciationis Templi, cum Principe Sacris Missæ et Concioni adessem: deinde cibum vna caperem: Rursus me quanto modestius potui aditu templi excusaui, Mense vt accumberem officiosissime sum assensus.
Cum in Arcem venirem dextram dedit mihi Prin: ceps, Ego Illtem suam S. M. vrã. nomine salutaui, Ad Mensam consedit Princeps mecum, penes me Rmi et Illmi Carlis Maguntinensis Oratores, qui eodem die quo vrbem ingressus sum venerāt, alter Canõus, alter ex equestri Ordine, Deinde Do: Nico: laus Nipssicz et Do: Comes de Hadek ad proxima Mensam assidebant, Junioribus Principibus Rmus

Do: Epus Lubecen: et Doctores mei: Præterea omes mei servitores, etiam infimi, manere sunt iussi, vt conuinarent. Postquam essemus pransi, cum eo die Princeps omino à negotiis feriaretur, duxit me vt ædificia in Arce conspicerem, quæ profecto Regio sumptu Illtas sua instituit, sensim vero progrediente Principe per podium quodam, cum ego putarem me duci ad alia cubicula, in ambitum templi superne venimus, profecto visendum et mire ornatum, Cuius structuras mihi ostendebat Princeps, id tamen agebat, vt me non opinantem in Templum adduceret, vt essem spectator Cerimoniarum, Et quia non licebat mihi à Principe discedere, interfui precibus vespertinis, quæ decantatæ sunt eo prorsus ordine ac modo, quemadmodum apud nos, nihil immutatum in psallendis horis, Audiui signa Priscæ religionis, vidi vbiqȝ in tabulis exquisitissimo artificio depictis, in altaribus instructis sacris indumentis, et multis et sumptuosis aureis argenteisqȝ calicibus, cumbus, et arculis sacrarum reliquiarum ita multis, vt ego quod meminim, paucas viderim Ecclesias, quæ cum hac in eisdem ornamentis paria facere possent, Templo egressi, et Principe ad Arcem deducto, valedixi, Die Lunæ antequam Prandium esset, dedit mihi Princeps copiam exponendi Legationis in quodam cubiculo, admissis ad se Lubecensi et aliis tribus Consiliariis, Post auditam Legationem paululum digressus à me in colloquium cum illis, proxime venit, deinde ad aliud cubiculum transiuit, atqȝ à colloquio reuersus: ita respondere per do: Eustachium de Slijven mihi fecit, Etsi inquit Illmus Princeps noster Ecclesiasticas Cerimonias de Consilio Baronum et Consiliariorum suorum, ac de assensu totius populi, ac

Loci ordinarii, qui Brandeburgensis Epus est institui-
set, tamen ad eam Sermi et invictissimi Regis domi.
et Socerj sui colendissimi, paternam admonitionem
paulatim deliberatus respondere intra paucos dies di-
gnabitur. Transi deinde eo consessu, ut praecedenti
die, prater Oratores Cardlis Maguntini, qui iam disces-
sserant, sumus. Nisi quod Illma Princeps, cum ma-
tronarum & virginum comitatu antequam cibaria
inferrentur, introducta est. cuius salutande copia
ibidem mihi cessit, quam penes me in Mensa considere
iussit Princeps. Deinde remotis Mensis Illmus
Princeps, me comitante, Illmam Consortem suam an-
te cubiculum eius deduxit, permisitque mihi semotis
Arbitris eius Illtem alloqui, & que à S. M. vrã.
mandata haberem exponerem. Porro ego paternum
affectum, piamque sollicitudinem qua S. M. vrã. erga
postullationem Illtis sue de mittendo ad se primum
Rmo Do: Epo Chelmensi: deinde me veterano servi-
tore afficiebatur Illme Do: sue exposui, excusando
quod ille ablegari propter publica et assidua negotia,
nequaquam potuerit. Ego vero à S. M. vrã. designa-
tus libentissimo et alacri animo eam Provinciam suscepi,
in qua officium meum, et perpetuam propensionem animi
erga Illtem suam essem declaraturus. Gratias agit
Illtas sua, S. M. vre. imortales, pro ea pia atque pater-
na sollicitudine, quodque petitionibus suis in mittendo ad
se et Illm Coniugem suum (vt postullarat) Oratorem,
annuere dignata fuerit. Exposui deinde Illi sua
omnia qua fuerant mihi à S. M. vrã. comissa, cohor-
tans Illtem suam, vt in recepta semel à maioribus
religione obfirmato animo persisteret. Deum quan-
doque pro infinita sua misericordia effecturum, vt hec

controversiae religionis sedarentur, Nec Illtem suam habere, vt pertimescat, ne à quoquam cogatur à lauda: bili religionis consuetudine abscedere: Quandoquidem vt certo comperi Illmus Princeps sit ab eo proposito alie: nus, vt cogere illam velit, Tantum abest, vt quisquam alius conari id audeat, In eo colloquio illud erat, quod ego deprehendi grauissimum: quodque animum Illtis suae mi: rum in modum perturbaret, metuebat vt cum eo viro qui Ceremonias religionis vsitatas permutauisset, in coniuncta societate matrimonij conuersari salua conscien: tia posset, Hunc ego scrupulum cum antea à doctis in Religione viris instructus essem, facile ab Illma Do: sua remoui: cum omnino non debeat coniugij so: cietas dirimi, nisi maritus ad eam vesaniam et cae: tatem mentis. (quod procul ab homine Christiano Deus auertat) fuerit perductus, vt sanctum grauis: simumque fidei in sanctissimam Trinitatem articulum ausus fuerat purgare, Caetera si quando contingunt, debere alterutrum coniugum cum patientia in spem resipiscentiae, quam Spus sanctus donat perpeti. Hac cum intelligeret, ita se habere mirifice animo recrea: batur, cum illam molestam perturbationem ex animo poneret. Est quidem ita, quod Illtas sua angatur plurimum animo, de ea discessione Principis à receptis ritibus Ecclesiae: non minus tamen et Illmus Princeps anxi: us est: quod eius permutationis occasione, videat magno: pere illam perturbari, Hanc mutuam sollicitudinem amor, quem ego vtriusque integerrimum cognoui efficit, vt alter alterius aegritudini compatiatur, Etsi certum est Principem cupere vt illa ad eius imitationem animum inflecteret: tamen illam non cogere, sed permittere, vt arbitratu suo religionem colat.

In eum modum Ill[ustrissi]ma Princeps curas suas et agritu-
dines a[n]i[m]i apud me commemorabat, Ego rursus levation[e]m
concepti meroris, confirmato et erecto persuasionibus
animo adhibui. Haec die Lunae vii[a] Junii acta sunt,
Octaua Junii in hospitio meo, cum R[everendissi]mo domino E[pisco]po
Lubecen[si] et Comite de Hadeck, cum aliis Consiliariis
Principis, quos ad me invitaram, pransus sum. Die
nona Junij. Ill[ustrissi]mus Princeps responsum mihi dedit, de
quo non attinet pluribus hic agere: Etsi enim verbo-
tenus esset mihi datum responsum, tamen haec eadem
scripto mihi communicari iussit Princeps, Ex quo facile
S. M. v[est]ra: et propositum Principis, et meam legation[e]m
plene propositam, et nihil ab instructione mihi data
discrepantem cognoscere dignabitur. Ad omnes enim
articulos ut verbotenus responsum fuit, itaq[ue] eo q[ue] scripto
continetur, excepto articulo, quo Princeps sancte pol-
licitus est: nunq[uam] se effecturam, ut Coniugem suam
ad mutationem Priscae religionis ne dicam cogere,
sed ne allicere quidem velit. Hunc articulum cum
in verbali responsione Princeps copiosissime tractasset,
concise illi et exile redegerunt in scripto. Nec mihi scri-
ptum responsum prius attulerunt quam iam equum es-
sem conscensus, idq[ue] ut intellexi de industria, ne vi-
delicet eius pollicitationis extenuationem illo in
loco deprehenderem, Qui enim scriptam responsionem
attemperabant, hii visi sunt mihi anthores fuisse Prin-
cipi, quorum ille consilia et persuasiones in mutatio-
ne religionis sit sequutus, Confido tamen Principem
promissi sui, semper memorem fore, ac impleturum esse.
Frequenter enim etiam post responsionem iterabat
Princeps, neminem cogi debere ad diuersam religion[e]m
amplectendam: nec se idem facturam esse, ni Christia

Coniuge sua. Inter prandendum primo die exorta fuit vt audivi, quaedam de fide contentio inter Principem et Canonicum Oratorem Rmi Maguntinensis Cardinalis, qui eo vsque processerat, vt incanduisset et commoveretur Princeps. Inde ego credidi illos a Rmo do: Cardli missos in eodem negotio, ad quod ego veneram missos esse. Quippe quod sciebam S. M. vestram aliquid iam de hac re per lras cum sua Rma P. tractasse, Atque ideo cum primum in Hospitium venissem, cupidus illorum colloquii, Do: Nipssitz ad illos permisi, vt percunctaretur, an in eo negotio venerunt, dixerunt non eius negotii causa se esse missos, neque Rmum dominum Carlem suum, intellexisse, vt S. M. vra. pro eo die ad aggrediendum hoc negotium Orem mitteret. Si enim id intellexisset: proculdubio suos etiam Ores vt est nimium de Principis salute sollicitus, mittere non neglexisset. Haec illi obtestantes me per me do: Nipssitz, vt in commisso negotio pergerem, Quandoquidem et Rmus do: Carlis idem iam pro sua virili partim egisset partim adhuc advigilaturus sit, nec conquieturus tantisper donec Illtem suam ad imitationem Priscae Religionis quod facturam non dubitanter sperat perduxerit. Nec Rmam Do: suam quidquam praetermisisse officii quod ad confirmandam Illmi Principis Hedwigis sententiam pertinuerit, ac postremo manu sua Illti suae scripsisse, vt omnino non dubitaret maritum suum ad veteris fidei ritus, non ita multo post reversurum esse. Quod et mihi Illtas sua inter serviendum sua concrediderat. Illud praeterieram: cum orarem Principem, vt mihi exponendae apud Ill. Dnam coniugem suam legationis facultatem permitteret, cum id se cupidissime esse facturum diceret,

Hortabatur me, ut cum illa ita agerem, ne illi anxie-
tas mentis quae initio propter mutatos rittus conceperat,
maiore periculo refricaretur, ac recrudesceret. Ego
contra propterea me venisse dixi, ut si quid sive conce-
ptae mestitie in Illmae Principis animo resideret, sive
quid in conservando mutuo illorum amore desideraretur,
opportunis consiliis et suasionibus partim tollerem:
partim redintegrarem. Id quod Illma Do: sua à
S. Mte vrá postullabat, ut is mitteretur qui illam
ex ea mentis anxietate relevaret, et consolaretur, quod
gratissimo animo accepit Princeps: et passus est
me bis cum Illte eius considere in cubiculo semotis
arbitris, prâterquam, quod filiola sua, natu maior
ut illi assisteret relicta erat. Alioquo usque duae insuper
famulae stabant. Adduci praeterea ad me iusserat
Princeps liberos suos, ex Ill moderna Coniuge sua
editos, admonens me ut filioli lineamenta diligentius
inspicerem, si illi ad imaginem S. M. vrá respon-
derent. Profecto visus sum mihi deprehendisse illum
puerum referre S. M. vrá. imaginem, et ita Prin-
ceps iudicat. Nona die Junij qua responsum accepi,
duxit me animi gratia à prandio Princeps ad vi-
varium frequentissimum cervis et Damiolis, dein-
de in hortum aedificiis inambulationibus consitis
arbusculis inclusis atque canalibus âereis aquam
emittentibus instructissimum, ut ad loci amenitatem
vix quidquam possit desiderari. Decima Junij
ante prandium venati sumus in quodam nemore, quod
spacio ij milliarium ab urbe distat, Cervos quaeam
ego alterum et Illmus Princeps iaculatis sagi-
tis interfecimus, Cum Principe venatum exierat
Illma coniunx, et in eadem sella venatoria ces.
Caetera inimici monuli ij / Posnie xxvij Junij. 1540

Lucas [illegible]

Sigismundus primus Rex Polonie
Luce de Gorka Epo Wladislauien

PErgratum nobis fecit P. vra. qd impositam sibi per nos prouinciam non grauatim subijt. Etsi enim non respondit euentus, neqz de suscepta semel sententia Illmus gener nr deduci potuit, tamen vel hoc libenter cognouimus, qd nemo impedit Illmam filiam nram, quo minus depositum custodiat, atqz in ea fide in hijs ritibus perseueret in quibus nata est et educata. Quare cum hoc nomine gras egimus Illmo genero nro, tum quod vra P. nram isthic personam gerenti, tantum honorem habuerit, tan; tumqz in eam humanitatis et benignitatis contule; rit. Scripsimus etiam nos, ne desit Illme filie Sa; cerdos, qui ritu veteri sacrificet. Quoniam propter varios casus, quibus est humana natura obnoxia vnus ei inmueri sufficere non potest: mittere ei alium Sacerdotem decreuimus. Has lras curet vra P.† nrum perferendas, idqz per eum Sacerdo; tem quem missura est, Narrauit enim nobis Rmus do: Samuel Eps Chelmen Regni nostri vicecan; cellarius. P si id ipsa vltro facturam sacerdotemqz curaturam recepperit, si nobis ita visum esset, Quod quidem nobis est gratissimum, Quidquid autem eidem Sacerdoti pro viatio vra. P. impenderit: id ei refundi iubebimus per publicanum nrum Po; snaniensem. De ipso quoqz Sacerdote cura nobis futurum est vt eum suscepti nra causa laboris non poeniteat, ac libenter eum per occasionem aliq

† ad Illmu generum

Sacerdotio augebimus, Venit ad nos Caesaris Thartarorum nuctius, molestam esse ait domino suo moram in praestandis his quae nos daturos recepimus, Itaqz a Moscis potius quam a nobis se velle dicat donativum accipere, scio ne an vt aliquid a nobis amplius abradat, certum non habemus, providere nihilominus terris nostris velimus, ne si quid hostis fuerit conatus, nos imparatos offendat, Cum autem isthic negligenter colligi pecuniam audimus, quae est in Comitiis decreta, veremur ne quid ea res terris nostris adferat detrimenti, Vilnae ix die Julii Anno 1540

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioachimo Marchioni Brandebur:

Rediens ab Illte vra Rndus in Chro pater dominus Lucas Eps Wladislaviensis, scripsit ad nos lrs miri: fice praedicavit, humanitatem, liberalitatem in se Illis vrae, quantumqz isthic honorem ei habuerit, Quod cum nostra causa fecisse Illtem vram nobis dubium non sit, agimus illi hoc nomine ingentes gras. Nam quae sunt in eum humanitatis officia collata, qui personam isthic nostram gessit, ea in nos ipsos collata esse interpretamur. Dabitur a nobis opera vt non simili modo, sed maiori etiam officii genere paternum nostrum erga Ill. vram animum declaremus. Caeterum quando visum est Illti vrae, alios ritus instituere, quam qui sunt ab Ecclia recepti, atqz obfirmato animo permanet in sententia, neqz se

dimoveri ab ea patitur: nos id pro Christiana charitate, quae benigna est et patiens atque omnia tolerat, facile ferimus. Estque nobis id vehementer gratum, quod accepimus, eam nihil prorsus impedire, quo minus Illma filia nostra, coniux vestra, Ill in Christiana fide in qua nata est et educata, atque in Ecclesiae unitate perseveret. Cui quoniam non ambigimus vehementer displicere ritus istos novos, quo magis confirmetur eius animus in antiqua fide et religione, iam inde a Christo et Apostolis per manus nobis tradita, atque ut habere possit, qui Christiano ritu divina isthic officia peragat, mittimus ei Sacerdotem hunc, cuius opera utatur, si forte ille alter casu aliquo impeditus officio suo fungi semper non possit, Cui si Illtas vestra de suo providere gravabitur, nos nostram illi pecuniam suppeditabimus, qua se sustentare isthic posset. Datum Vilnae xa Iulii, Anno. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Gedanensibus

F Amati fideles dilecti, Accepimus lras vestras, qui:
bus et paternum nostrum affectum comendatis, quo
non corporum modo, verum etiam animorum vrorum
saluti prospectum cupimus, et perplexo vos tamen ani:
mo esse scribitis, id ne potius quod nos edicimus, an
quod vestra vobis dictat conscientia faciatis, quod
veramini nedum nos offendere metuitis in horrẽdum
indignatis Dei laqueum incurratis, Quȩ scripta ve:
stra quàm pugnent inter se ipsi procudubio si pressius
inspexeritis considerare potestis, Atqui veritatis
simplicem esse aiunt orationem, qui vero veritati
contrarius est, eum memorem esse oportere dicunt. Mendacem memorem esse oportere
Quomodo enim quadrant ista inter se?, et paterno
nos affectu animarum vestrarum saluti consulere?
et edicere interea aliquid quod sit contra religionem
contra conscientiam vram? consistere oratio ista
non potest, Nam aut paterno ergavos affectu
non sumus: aut nihil edicimus, in quo periclitari
queant vra conscientia, hic vos consideratos alioq
homines non animaduertere miramur, quàm vos
deceat eius rei nos insimulare, q edicta nostra
eiusmodi sint, vt ea saluis conscientiis vestris am:
plecti non possitis, Quod vestrum de nobis est Ju:
dicium dum hȩc scribitis? Quod si maiorum in:
stitutis posthabitis aliquam dogmatum nouitatem
secuti, et vos ad eandem amplectendam essemus

hortati, fortasse fluctuare potuit vra conscientia, Nuc verò dum nihil vobis aliud mandamus, quam vt depositum custodiatis, vt prophanas vocum nouitates, deuitetis, vt ne transferami in aliud Euangelium, quod à maioribus vestris, à parentibus, ab auis, à proauis, atque atauis vestris per manus vobis traditu accepistis, quid aliud quàm nodum, quod aiunt in scyrpo quęritis? dum in eiusmodi mandato nostro perficiendo, vos conscientię non vacare dicitis? Quo quidem tum potius n'ò vacare oporteret, cum est noui aliquid contra receptam vetustatem amplectendum, In maiorum vero institutis retinendis: in Ecclesię consensu sequendo, quid est quod piorum hominum fluctuet conscientia! Quamobrem vos iterum hortamur et mandamus, vt omni cura prouideatis, ne quid in religione innouetur: neue ipsi tantum sibi tribuatis, vt temere de sinceritate Euangelii pronunciare audeatis, Non enim vestrum ea de re, sed Ecclię est iudicium, cui parere opportet, quod qui eam non audit is tanquam Ethnicus est et publicanus, Non esse vos contentiosos opportet, non disputationibus deditos, Sed nrò exemplo, fidei vobis, religionis, ritumque, et Ceremoniarum vetustas retinenda, et omnium errorum nouitas est abijcienda, si secus feceritis, etiam atque etiam videatis, ne sero vos poeniteat dicto nobis audientes non fuisse, Datum Vlu…

xxiiij Maii. Anno Domini. M°. D° xxx°

Sigismundus primus Rex Poloniæ Gedanensibus

Famati fideles dilecti, Literæ v(est)ræ quibus excu:
sare vos conamini, quod Schedas non affixeritis
in locis publicis vt quantum vellet cuiuis frumenti
numerum emere liceret, magis etiam nobis auxerat
eam suspitionem, in quam vocati apud nos fuistis,
de interdicta frumenti emptione, Rationes enim
quamobrem Schedas istas non affixeritis, nobis
minime satisfaciunt. Neq(ue) illud accipimus quod
scribunt f. v(est)ræ. se quominus imperata fecerint, rescri:
pto quodam regio animatas esse, quo eatenus ma(n):
data n(ost)ra exequi iussa sint, quatenus rerum causa:
rumq(ue) positioni accomoda, et expedire ea cognoue:
rint, Nam huius n(ost)ri rescripti non satis sumus me:
mores, ac si quid etiam eiusmodi à nobis scriptum
fuit, nunquam id ita intelligi volumus, vt contra
voluntatem n(ost)ram, quacunq(ue) ratione comodis v(est)ris
seruiretis, Sumus quidem eo fauore et gr(ati)a erga vos,
vt vos quam maxime abundare, et quam floren:
tissimos esse cupiamus. Quid enim est quod mali:
mus, quam vt nedum vobis, sed et omnibus aliis
terris nostris, Ciuitatibus, Oppidis, Villis, quam
optime sit, vtq(ue) fortunati sint omes et locupletes,
qui n(ost)ro subsunt Imperio, Hæ sunt certissime Re:
gum opes, si subditos habeant, quam maxime
florentes, Sed aliorum cum incomodo suum qui:
quam comodum augere velle, id minime nobis fe:

rendum videtur. Quare per nos quidem licet, ut quae expedire vobis queque accomoda esse putaveritis ea faciatis, Ut vero tenuiores opprimatis et eversis aliorum fortunis, vras augeatis, id vero neque vobis, neque cuiquam hominum nostrorum licere volumus. Neque enim unius tantum alicuius Civitatis, sed omnium ex equo subditorum ntrorum commoda curae nobis esse opportet. Quare iterum mandamus vobis ut sche:das istas affigatis, et ut quae mandata nostra, quae in Comitiis de ura Consiliariorum ntrorum et Nunctio:rum terrestrium voluntate perscripta sunt, diligen:tius exhauriatis, Interim vero scribimus ad Con:siliarios Regni nostri, ut sua nobiscum consilia communicent, perscribantque quid nobis faciendum cen:seant, si contra voluntatem uram vos venire ausi fueritis, neque schedas istas affixeritis. Quod vos tamen minime facturos confidimus, edictoque nostro parituros, Sed si spes et expectatio ura nos fefellerit, futurum est ut vos eius rei paeniteat. Quod Scaphas attinet, non satis intellecta videntur à vobis quae sunt ea de re per nos scripta, Non enim Cives tenuiores fortunae, sed Equestrem ordinem Regni nostri, et eos qui frumentum isthuc advehunt premi graviter tulimus, quod advecto frumento non eis vendendi potestas permittitur, Propterea quod edixisse ferunt, ne ex finitimis locis cum Scaphis venire quisquam audeat ad frumentum deportandum, Atqui non semper aptum est, tem:pus, onerariis manibus utendi, hoc est itaque quod f. vris mandamus, ut liberam vicinis omnibus potestatem faciant, cum Scaphis appellendi, et quantum velint frumenti numerum tempore

quocunque deportandi velint, pro gratia nostra aliter non facturi. Literas quas petierunt f. vestrae, ad Generosum Stanislaum Costka terrarum nostrarum Prussie Thesaurarium dari iussimus, ut quoad poterit absque nostro incomodo f. vestris adsit. Is nostram voluntatem uberius explicabit. Datum Vilnae XXiiij mensis Maii Anno 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie Paulo Pape Tercio

Beatissime pater. Pro ea cura et vigilantia qua prospectum Regno ditionibusque meis cupio, ne quid in illis Hereseon et Scismatum existat, cum esset ad me nomen cuiusdam Alexandri Sculteti Canonici Varmiensis, de heresi delatum, quoniam is in fide anthoritatique Episcopi sui esse recusabat, diem illi coram me dici iussi. Quem cum ut est audax et temerarius minime obivisset, multorumque incatorum hominum, quorum gravis est existimatio testimoniis edoctus essem, quod cum annum iam vigesimum et eo amplius sacerdos sit, sacris operatus non sit, atque aliis rem divinam facientibus saepe illuserit, neque obscura signa dederit, se unum esse, ex detestandis illis haereticis, quos sacramentarios vocant, quodque mulierem alat, ex qua complures liberos susceperit, quae communi fama, atque omnium opinione uxor eius sit, quae et ipsa, unacum liberis, nullum sacrosanctae Eucharistiae, ita a marito suo instituta honorem habeat, eum tanquam rebellem condemnari, ac etiam e finibus Regni et ditionum

nearum pestem istam eijciendam atque exterminandam curavi, atque ei tanquam proscripto aqua et igni interdixi. Tametsi vero dubitanter id faciebam, ut contra Sacerdotem pronunciarem. qui, quatenus Sacerdos est, Jurisditioni meae minime subiectus est, tamen addebat mihi ad eam rem animum, cum communis Ecclesiae authoritas, qua cunctis Regibus et Principibus Christianis haereticos spoliandi, bonis omnibus evertendi et quibuis de eis statuendi potestas permittitur, tum diploma Leonis decimi antecessoris S. vrae. quo et ipse potestatem facit omnibus Regibus et Principibus Christianis in Lutheranos aliosque haereticos animadvertendi, et summum etiam de eis supplicium sumendi. Bona itaque spe fui, non modo non reprehensum, verum etiam vehementer probatum iri factum hoc meum a S. vra, ex summo studio meo et observantia erga sanctam Christi sponsam Ecclesiam profectum, quae contagione pestilentis hominis huius infici non esse ferendum existimabam. Maluissem quidem ab Epo eum suo iudicari viro cum docto, tum pio, Sed cum eius Judicium subterfugeret, quid aliud mihi faciendum restabat, quam ut eorum ferociam iure meo potestateque Regia comprimerem, qui contra Jusiurandum suum Epis suis dicto esse audientes recusant.
Jactare fertur se Privilegium quoddam exemptionis habere, quod si protulisset coram me, etiam atque etiam deliberassem, neque mihi hoc sumpsissem, ut eum decreto meo condemnarem. Nunc ille non modo non produxit literas hoc genus aliquas coram me, sed neque per se neque per Procurem diem sibi per Instigatorem officii mei dictum obiuit, quem ego tantum Mtis meae contemptum nequaquam ferre potui, deque anda

ci homine, meritas pœnas sumpsi. Cum præsertim hoc ipum
quod neq per se neq per procuratorem ad Judicium
venit, non dubiam mihi fidem faceret esse eum omnium
eorum criminum affinem de quibus fuit accusatus. neq
Privilegium vllum exemptionis habere. Quod concedi
cuiquam à Sancta sede, in hoc. vt maiore cum impuni=
tate, omnes in se impuritates suscipere, atq vt hæreticus
esse possit, mihi verisimile non fit, Quid enim hoc
esset aliud, quam ludum quendam improbitatis aperiri
ab ea Sede, à qua punita maximè opporteret cuncta
eiusmodi flagitia? Annus iam intercessit, cum de
hoc ipso impuro homine ad Sanctitatem vram scripsi atq
vt eum pro potestate sua coerceret rogam. sed nihil
profici videbam neq minimi modo, sed augeri etiam
eius insolentiam, vt qui interea temporis magno cum
omnium offendiculo, filias suas in matrimonium daret,
Domum Canonicalem doti diceret, atq ita se gereret,
vt propter eius turpitudinem inuisum est totum colle=
gium Varmiense omnibus, neq longè à magno
periculo et discrimine abesset, nisi maturè ex eo
Collegio exterminaretur, Quibus ego causis adductus
sum, vt nulla mora interposita, citari eum ex officio
iuberem, et cum citatus venire nolet, me à contem
ptu eius Ecclesiam verò à contagione et periculo
liberarem, sententia contra eum lata, quam vt ap=
probet S. vrá. et eam authoritate sua Apostolica
confirmet, atq eius sacerdotia omia vacare decer=
nat maiorem in modum peto. Magno me, magno
Ecclesiam Varmiensem S. vrá beneficio affecerit.
Neq quidquam erit Sede ista dignius, quam si pla=
num cunctis fecerit, non modo non esse improbo
cuiquam et hæretico vllum apud eam refugium

sed eos isthic debitas poenas nequaquam euolare.
Quare etiam atque etiam S. vram peto, ut ratum ha-
beat quod à me factum est atque una secum reputet
salua dignitate mea Regia, me ferre non posse ut
à quoquam decreta mea rescindantur. quod ea firma
esse meae dignitatis atque authoritatis plurimum interesit.
Cuius rationem habitam iri à S. vrà. mihi certo per-
suadeo. Datum Vilnae ij Junij. Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Antonio Cardinali Protectori

Annus iam intercessit, cum Scripsimus ad S. dom.
nostrum, et una ad vram R. P. de impuro quodam
homine Alexandro Sculteti Canco Varmien. nonnulla-
que studio contendimus, ut potestas fieret Epo in
vitam eius et mores inquirendi, atque animaduerten-
di, si eius modi compertus esset, ut conniuere ad eius
scelera non posset, Sed in hunc usque diem nihil profe-
ci scriptis nostris vidimus. Quin potius animosior
factus ex eo tempore videtur, ad quaevis facinora
patranda. Nuper enim in Oppido Varmien. filiam
quandam suam marito collocauit. nuptias fecit ingen-
ti sumptu et apparatu, domum Canonicalem doti
dixit, atque eo rem perduxit audacia sua, atque impu-
dentia, ut magni sint facti animorum motus: in
summam inuidiam, neque mediocre periculum propter
unius hominis impuritatem. Varmiense Capitulum
sit adductum, Itaque cum tardius isthinc adferri
remedia videremus, officii nostri esse putauimus.

si negligentius alibi res agretur ut ipsi tamen provide-
remus, ne quid Respublica Ecclesiastica unius obnoxam
detrimenti caperet. Quoniam vero celeritatis res indi-
gebat, cum diuturna ista cunctatio multum periculi ad-
ferret, diem illi coram nobis ab Instigatore officii
nostri dici iussimus, atque una testimonia summi cu-
ravimus. Dixerunt pro testimonio iurati homines
viri graves et incorrupti, praeterquam quod mercatu-
ram faceret, quod publica fama coniugatus esset
quodque filiae domum Canonicalem doti dixisset, esse
eum insuper Sacramentarium, viginti annos et eo
amplius sacris operatum non esse, eis vero qui sacris
operarentur illudere, neque ullum Sacrosanctae Eucha-
ristiae honorem habere, eadem in causa esse et
coniugem et liberos, haec cum esset ad nos delata
testimonia, cumque ipse Alexander in Jus vocatus
non venisset, fecimus pro Christiani Principis offi-
cio, ut pestem eiusmodi, ne manaret longius, neve
plures ea inficerentur e Regno ditionibusque nostris
omnibus exterminaremus, sententiaque nostra Regia pro-
scriberemus. Atque id tanto minus dubitanter feci-
mus, quod et Jura Ecclesiae Principibus et Regibus
Christianis facultatem hanc dant, haereticos spoliandi,
bonis omnibus evertendi et proscribendi, et Leo decimus
Pontifex Maximus, hanc ipsam potestatem omnibus
permisit, qui cum potestate sunt, Lutheranos et quos-
vis alios haereticos persequendi, et quodvis de eis
supplicium sumendi, Quamvis itaque non iure magis
quam iuste fecerimus, quod contra haereticum ho-
minem hanc sententiam tulimus: Quoniam ta-
men libenter hunc honorem habemus Sanctae
Sedi Apostolicae, Scripsimus ad S. do: nostrum

et ei supplicavimus, ut sententiam nram confirma:
ret, Non quod id magnopere necessarium existima:
remus, sed ut studium nostrum, et observantiam, erga
S. eius testatum faceremus, Nam cum a nobis
nulla sit provocatio fas non esse putamus, senten:
tias nras a quoquam rescindi, sed honoris tamen
magis quam necessitatis causa fecimus, ut a S. do:
nro peteremus, quod a nobis factum est, id et ratum
gratum habere vellet, Atque haeretici huius sa:
cerdotia omia vacare decerneret. Nunc a Rxma
P. vra petimus, ut authoritate sua petitionem no:
stram adiuvet, Sententieque nostre confirmationem
isthic obtinere curet, Postquam vero vacare
decrevit Alexandri Sacerdotia, S. D. noster
magnopere postullamus a R. P. vra, ut de Ca:
nonicatu Varmiensi providen curet, Generoso
Nicolao Loca, iuveni honesto loco nato, et lris et
bonis moribus ornato, Rem nobis valde gratam
et Ecclesie Varmiensi cum primis utilem factura.
Quam et bene et foelr valeat. Datum Vilne secunda
Junij Anno domini 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Stao de rzeczicza poenitenciario Rodo

Venerabilis devote dilecte, Cum testimoniis iura:
torum hominum edocti simus Alexandrum Scul:
teti, Canonicum Varmiensem et communi hominum
fama uxorem habere, et esse praeterea sacramen:

tarium, multaq̃z flagitia designasse, Quamobrem eo / in quo fuit Canonicorum collegio indignus esset. Quom is Episcopi sui anthoritatem defugiebat, diem illi coram nobis dici iussimus, ad quem cum citatus non venisset, neq̃z per procurem absentie causam dixisset, eum sen: tentia nostra condemnavimus et ipsum proscripsimus, bona, vero eius confiscanda decrevimus. Idq̃z vel q̃d commune Jus Ecclesie permittit potestatem Regibus et Principibus Christianis hæreticoz spoliandi et quibusuis pœnis afficiendi, vel quod ex Bulla Leonis decimi Pon: tificis Maximi, hæc ipsa facultas nobis conceditur. Jactat autem Alexander hic priuilegium se quodam Exemptionis habere, de quo nobis non constat, neq̃z id coram nobis produxit, neq̃z habere eum credimus. Sed utcunq̃z sit, quod sententia nr̃a semel decrevimus, id ratum esse et firmum volumus. Supplicamus ni: hilominus Sanct^mo^ Do: nr̃o, ut nostram hanc sententiam anthoritate apostolica confirmet sua. Libenter enim Sanctæ Sedi honorem hunc habe: mus, Sed quod semel per noz est pronunciatum, id fi: xum et stabile permanere Regie nostre dignitatis interest, Quam ut tueatur Do^ne^ tua, mandamus, Nam, etiam si, quod non opinamur confirmatio isthic ob: tenta non sit, nihilominus sententiam nram nemo rescindet, cum nulla sit à decreto nr̃o provocatio, Jllud autem curæ esse volumus D. tuæ. ut cum de: cretum fuerit Alexandri Sacerdotia vacare Ca: nonicatus et prebende varmien provisionem obtineat, pro Nobili Nicolao Locca scriba Cancellarie nostre, pro gratia nr̃a Do: tua, aliter non factura. Dat Vilne secunda Junij, Anno domini 1540

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni Dantisco Epo Varmiensi

Rnde in Chro pater. In Alexandrum Scultteti documentum statuimus eiusmodi, vt facile alios a simili audatia deterritos iri existimemus. Neqz dubitamus quin facturus sit S. D. noster vt sententiam per nos latam confirmet. Gratum nobis est, quod cure sint P. vre mandata nra de moneta, deqz libera frumenti euectione. Aliquid in Comitijs istis profectum esse speramus. optamus quidem certi Mandati nri interpretationem, quod a nobis P. vra exigit, ita vt scriptum est illud intelligi volumus, vt nemo cuiuscumqz sit ordinis, ad loca de hæresi suspecta, proficisci discendi causa audeat, aut Libros Lutheranos siue quorumcumqz aliorum hæreticorum legere domique sue habere. Atqz adicto hoc nro teneri volumus nos omnes Opifices, omnes Mercatores, Omnes etiam Scholasticos, deniqz cuiuscumqz status et conditiones homines, qui in Regno ditioneqz nra sunt. Nam quod Monachum attinet, cure futurum est. Rndo in Chro patri domino Luce Wladislauiensi Episcopo vt rationem inueniat, qua insolentia illius reprimatur. Ludimagistri vero, quod monuit P. vra quem significet non satis scimus. Sed Elbingi, quæ nostra Ciuitas, ad Diocesim P. vestræ pertinet esse quendam accepimus non iam Lutheranum, sed quod magis est detestandum Sacramentarium et Anabaptistam. magnumqz esse ad eum Scholasticorum concursum

est hoc officium R. vrae prouidere, ne sit locus tali ho:
mini in Dioecesi illius, Quod si parum authoritate
sua profecerit significet nobis, Nos in Ciuitate nostra
talem pestem laturi non sumus. Quod stipendia Lipsen
Academiae attinet, si alterutrius rei, iactura sit fa:
cienda, satius est ea perdi, quam perdi animas dum
prauis opinionibus inficiuntur, ipsi alios iisdem infe:
cturi. Sed ratio tamen excogitari potest, qua et sti:
pendia salua sint, sin et nri tamen homines Lipsiam
non proficiscantur, Lues ista longo tempore gras:
sari nequit, vno atque altero anno si Lipsiam profe:
ctus nemo fuerit, non ideo statim peribunt stipendia
Dat. tercia Junij Anno, Domini 1540.

Samuel Maczieiowski Epus Chelmen
regni Vicecancell. Ioanni Dantisco Epo
Varmien

Rme, Alexander, ita vt postulauit R. vra pro:
scriptus iam est, Quanquam id de facto magis quam
Jure fecit. S. Mtas. Regia, Quae non prius habere
posse videbatur proscribendi illius potestatem, quam
esset ab Ecclesiastico Judice haereseos condemnatus,
et postea brachio seculari traditus, sed sententiam
tamen S. M. Regiae. a Sanctissimo Dno nro confir:
matam iri speramus. Qui postquam vt spes est va:
care decreuerit Alexandri Sacerdotia, Scribit
S. Mtas Regia, vt prouideatur de Canonicatu et
prebenda Varmien, Nobili Nicolao Lzca, qui est
in fide in clientela mea, cui vt suum quoque praestet
fauorem R. D. vra. si quid Juris ad Canonicat:

tum istum nactus erit, magnopere quaeso, Est enim Adolescens et literis et bonis moribus excultus, Qui se ita apud me gerit vt ab omnibus probetur. De domino Capitaneo Grandincensi, quae scribit R. D. vrã facile fero, atque ei pro opera quam nauauit gratiam habeo, Vtcumque res cecidit, mihi tamen non ideo minus grata est, tam propensa voluntas ista R. D. v. et mihi et meis comodandi. Congredi cum S. M. Regia, Illmo do: Duci Prussiae hoc tempore satis comodum non fuit, Egi de ea re cum S. M. Regia, sed ei non est visum, vt nunc veniret, habitura enim est Comitia in magno Ducatu hoc, quae aduentu eius impediri nollet, Praecipue cum hic multae dignitates multa nunc vacent officia, Nollet Principem talem adesse, vt quae hic agerentur cognosceret, Si non arduum est negotium, nisi magnae celeritatis indiget. vellet S. Mtas Regia aduentum Illmi do: Ducis in aliud tempus reijci. Nihilominus poterit R. Do: vrã saepe illi in memoriam reducere, fortasse in sequenti hyeme licebit Illmo Do: Duci venire, aut si res moram non patitur, Suadebit R. Do: vrã. vt Legatum aliquem ex eis, quos intimos habet mittat, qui ad S. Mtem Regiam quae necessaria visa erunt perferat, Do: Chelmensis Epus, voti sui factus est compos. De Monachis fore puto vt minus irascatur Mtas Reginalis, quandoquidem abest is qui hac in causa animum illius contra R. D. vram incitabat, mihi per morbum meum adire ad eam non licuit, In alterius literis, quod se mihi lintea curaturam R. Do: vrã. promittit. habeo gratiam, Relaturus, quando per occasionem licebit, Nobili quem

comendat R. D. vra, libenter adfuissem, si ipse sibi deesse noluisset, Sed cum nulli obtemperare, sed suo consilio facere vellet omnia non ego illi, sed ipse sibi defuisse videtur. Datz tercia Junij, Anno 1540

Sigismundus primus Rex Polonie,
Alexandro Sculteti Can^co Varmien

Venerabilis grate dilecte, Meminimus nos dare tibi salvum Conductum ad festum usque proximum S. Michaelis duraturum, ut qua de re coram nobis amicitia tui questi sunt per te non stetisse quominus Judicio te sisteres, sed Nunctium tuum detentum fuisse, cum ipse per morbum venire non posses id coram certis Comissariis nostris ita esse probares. Quoniam vero prafertur ad nos te salvo isto conductu abuti, neque hoc agere et vera esse doceas ea, que ad nos detulisti, sed cogitare potius quemadmodum interea temporis quam plurimis negotium pro more tuo exhibere possis, id quod appellatio tua interposita duodecimo die, quam per nos sententia proscriptionis lata est indicat, unde etiam coniecturam facere licet, nunquam te eo animo fuisse, ut causam cora nobis dicere velles, de iis de quibus eras cora nobis accusatus, Ideo detrahendum tibi aliquid de Salvi conductus tempore duximus, Mandamusque ut ante festum Assumptionis beatissime Virginis Marie coram Comissariis nostris te sistas atque ostendas, et te egrum fuisse et Nunctium tuum detentum esse, Quod nisi ante id tempus cognita causa fuerit, atque id per te stetisse constiterit, tum te pro pro

scripto haberi neq3 diutius Saluo conductu per nos gaudere volumus. Nisi forte quod intendis id probaveris, et te morbo laborasse et Nuncium tuum detentum fuisse, tum vero proscriptionis nostrae decretum scissuri, teq3 in integrum restitutum ad causam coram nobis dicendam essemus Admissuri, Vilnae xxij Julii Anno domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Alberto Duci in Prussia

Illustris Princeps nepos noster charissime, Quod in hunc usq3 diem non est abrogata proscriptio Camerae Imperialis, id non nostra culpa accidisse, recte scribit Illustritas vestra. a qua nos admonitos esse meminimus. ut si quando Legatum aliquem nostrum ad Caesaream Maiestatem misissemus ei mandata, daremus de proscriptione abroganda, Caeterum per literas id a Maiestate eius ne postullaremus, Cum itaq3 nondum aliquis per nos Orator sit missus, nihil ea de re nos egisse fatemur, Sed quando ita vrget Illustritas vestra quando prouincia istius rationes id tantopere postullare videmus, missuri breui sumus volucrem nuncium cum literis nostris ad Caesaream Maiestatem, et una negotiorum apud illam Serenissimae coniugis nostrae gestori mandabimus, ut instet diligenter quo ex sententia res ista conficiatur, et primo quoq3 tempore responsum ad nos perferendum curet, Quare bono sit animo Illustritas vestra, facile enim nos quod volumus obtenturos apud Maiestatem Caesaream speramus, eruntq3 nobis haec Illustritatis vestrae

postulata, ita ut esse debent, curé maximé, Nam et
quid Illti vrã debeamus memoria tenemus, et nihil
ei separatim à nobis accidere posse intelligimus, Quare
de propensa nrã voluntate omnibus in rebus, Illti vre
comodandi nihil dubitet, Non fallemus proculdubio
illius de nobis opinionem, neqz vsquam ei sumus de-
futuri. De rebus nouis quas ad nos Illtas vra
perscripsit agimus illi grãs, Conuenisse de pace Cae-
saream Mtem, cum Sermo Danié Rege gaudemus,
vt qui nihil magis cupimus, quam vt toto orbe Chri-
stiano tranquilla sint et pacata omia. Datũ quinta
Junij Anno Domini. 1540. Regni nri. xxxiiijo.

Sigismundus primus rex Polonie Consiliariis terre Prussie

R. ndi. Magnifici, Aequum nobis. S. vré. et F.
petere visae sunt, quam enim nobis operam naua-
uerunt, minoris Insulé homines, cum Insula nostra
maior eadem esset incomoda passa, eam pensari nuc
par est, vt si quid etiam, quod Omen Deus auertat,
nostris hominibus aduersi euenerit, non desint eis
vicinorum subsidia. Quamobrem fecimus libenter, vt
Generoso Stanislao Costka, terrarum nostrarum
Prussie Thesaurario mandaremus, quo homines
nostros ita vt postularunt S. et F. vré, ad feren-
dam opem Ciuibus nostris Gedanensibus adigeret,
Est quidem anni hoc tempus ad alios labores ma-
gis comodum, Sed valent apud nos preces S. et F.
vestrarum, libenterqz de nostris comodis decedimus

dum rationibus illarum consulamus. De fori trãslatione quas causas nobis S. et F. vrã suggestas esse scribunt, eas ne existiment à vanis hominibus nos accepisse. Dixerunt ii, qui, cum fidem nobis suam semper probarint, non possumus eorum dictis non credere, Sed fuit alia praeterea causa. Quamobrem ex Solda Mlauam forum est translatum, quod dum agerentur boues ex Podolia, saepe fraudabantur nrã vectigalia, dum pro Masouitis haberi vellent, qui tamen erant ex Podolia, Caeterum scribimus ea de re, ad Magnificum Spitykonem de Tarnow Castellanum. Radomien. Regni nostri Thesaurarium, qui vobis translati fori rationes omnes vberius exponet, Cui etiam ediximus vt omi cura prouideret, ne vel à bobus, vel à Coriis vel à quocunque tandem alio nomine indebitum vectigal aliquod exigeretur Quod illi curae futurum nõ dubitamus, Quod omni generi nauigiorum certum aliquod per nos vectigal imponi S. et F. vrã, petierunt, vt ex ea pecunia refici possent damna, si quae aliquando Vistula dedisset, id nobis statuere non licet, nisi maioribus in Comitiis de omnium ordinum Regni nri sententia et voluntate. Deinde vero non videmus quo Jure per nos omnes hoc aliis imponi possit, praeterquam Ciuibus nostris ipsis Gedanensibus, ad quos, quicunque frumentum, vel quicquid tandem aliud vehunt, ii suo id periculo faciunt, Nam si subuertatur nauis si quid aliud incomodi accidit, omne id sustinere ipsi coguntur, Neque raro id euenit vt cum saluis rebus omnibus Gedanum appulerint, minoris frumentum vendere cogantur, quam quanti domi sua vendidissent, Cum contra Gedanenses nihil

cuiusmodi incommodi sentiant, sed ad se frumentum adu:
ctum nimio saepe emant, magnoque cum lucro suo vendat,
absque ullo periculo. Quamobrem, si quod esset vectigal
constituendum ita ita, demum constitui liceret, ut qui:
cumque in Civitate Gedanensi frumentum ex navi, aut
quidquid aliud emisset, is navis illius vectigal solue:
ret. Qua de re S. et F. vrae in proximis Comitiis con:
sultationem habebunt. Quibus si id expedire visum erit
libenter hoc genus vectigal, in eos qui in Civitate Ge:
danensi aliquid emerint, constituemus, Quod si in Co:
mitiis Regni nri aliquid praeterea constitui poterit
dum ordinum consensus adsit, nostra voluntas non
abhorrebit. Modo ut in memoriam nobis S. et F. vestrae
reducant. Dat. Vilnae. quinta Junij Anno domini
. 1540 .

Sigismundus primus rex Polonie
Carolo Romanorũ Coesari

Qui sit amor noster, quae benevolentia, quod studium
erga Mtem vram, testatius id illi esse existimamus,
quam ut lris nris planum facere necessarium putemus.
Cum praesertim eo simus animo, ut animi nostri pro:
pensionem, re quam verbis declarare malimus, Sed
cum tantus sit ardor noster erga Mtem vram, accidit
interea nobis permolestum, quod sororis nostrae filius,
qui nec a vra quidem Mte alienus esse debet, Illris
do: Albertus Prussie Dux Juditio Camerae Mtis
vrae Imperialis proscriptus est. Qua de re cum ex:
postulasset nostro nomine Cum Mte vra Legatus

noster Mag:cus Petrus Opalensky Castellanus Gnesnensis, Ser:mi filii nostri Curiæ Magister, hoc illi responsum dare meminimus Al:tem vram, cum et ab Imperio et à Ser:mo frē suo Do: Ferdinando Ro: Rege disiuncta sit, nihil se posse de proscriptionis huius inductione abrogationeq statuere, Sed cum in Imperio cum Ser:mo frē congredi licitum foret, tum se voluntatis nostræ rationem habituram, Nunc quod optamus, id accidit, vt et in terris Imperii sui sit Al:tas vra, et Ser:m frēm suum adiunctum sibi habeat. Quare petimus ab illa, vt promissi sui memor, voluntatis vræ rationem habeat, ac Ill:trem Do: Albertum Saxoniæ nostræ filium, atq homines eius omnes, ab hac proscriptionis sententia liberos pronunciet, Nam cum, præterquam q tam arcta nos attingit necessitudine, Dux etiam noster est feudalis, duplici nomine propugnationem illi debere videmur, neq nobis vlla ratione fortunis eius deesse licet, Nunquam neq Regnum nrum, neq ditiones nostræ in alterius cuiusquam, præter nos, authoritate fuere, Neq sibi quisq hoc sumpsit post hominum memoriam, vt aliquid sibi iuris et potestatis sumeret, in eos qui nostræ neq alterius ditionis sunt, Quo magis autem perspecta nobis est æquitas Mtis vræ. hoc spe sumus meliore, neq illam facturam, vt in Ducem nostrum feudalem aliquid sibi Juris vendicet, Cui nisi ope nostra præsto semper adessemus, contra officium nostrum facere videremur,
Sed nobis omnino persuademus. habituram Al:tem voluntatis nostræ commendationis rationem, atq decretum hoc proscriptionis à non suis Judicibus latum antiquaturam. Quod vt faciat maiorem in modum petimus. Pertinebit hoc et ad æquitatem illius ac

iusticiae laudem, et ad constitutam inter nos, necessitu:
dinem mutuam non modo conseruandam, verum etiam
magnis accessionibus augendam. Quod si Serm dñi frem
disiungi à Mte vrá contigerit, petimus vt nihilomi:
nus Sororis nostrae filium, atqz homines illius omes
à proscriptione liberos promúlget, Nam quin accessurus
sit ad eam rem Serm Do: Romanorum Regis con:
sensus nobis dubium nõ est. Datae Vilnae sexta Men:
sis Junij. Anno domi. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Carolo Romanorum imperatori

Perfertur ad nos in ijs Comitijs quae proxime sunt
habita, in Maritima Ciuitate Mts vrá, Lubecka
decretum esse de communi sententia Ciuitatum, quas Anse
vocat, vt ne Selandis omnibus aditus pateat ad
eas Ciuitates maritimas, vnde frumentum compara:
re possint, sed certus eorum nũerus constituatur, qui:
bus vehere frumẽtum liceat, huic decreto quo plus
ponderis et authoritatis accedat, missos iri nũctios, qui
id à Mte vrá confirmari petant, Quod si obtineant
magnum quidem, ad Regnum nrum, sed multo maius
ad terras Mts vrá inferioris Germaniae incomodum
esset peruenturum, Nostri enim pecuniae detrimentum
caperent, praecisa vendendi quibus vellent frumenta
sua, potestate, at, qui sunt in Ditionibus Mts vrá ij
cum Annonae, tum earum rerum omnium, quae ex
Regno nró solent exportari, magna penuria la:
boraturi essent: vtrius autem populi tollerabilior

esset futura conditio, Mti vrae indicium facimus, hoc certum est ingentem apud nos vilitatem, isthic vero magnam frumenti caritatem, Cum itaque perspi: ciat Mtas vra consilium hoc Anse Ciuitatum, non nostris magis, quam suis ipsius terris plurimum detrimenti adferre posse, Admonendam Mtem vram putauimus, vt etiam atque etiam diligenter prouideret ne quid eiusmodi apud eam obtineri possit, Est hoc prudentiae, est et aequitatis Mtis vrae, publicae multorum vtilitatis quam priuatae quorundam cupiditatis haberi rationem Quod si (quod futurum non arbitramur) suis id Ciuita: tibus Mtas vra negare non posset, quin Decretum hoc earum confirmaret, saltem Gedanensem nram Ciuitatem, quae et ipsa vna est, quam ex iis quas Ansae vocant excipi nominatim petimus, neque in de: cretum hoc includi. Rem nobis gratam, neque suis minus quam nostris hominibus vtilem (+ factura) Datae Vilnae septima Junij Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae, Alberto Marchioni Brandeburgen Duci Prussiae

Queruntur subinde homines nostri ex ordine Equestri multos Colonos suos in terras Illtis vrae profugere, neque restitui dominis fugitiuos, quoties ab illis ad quos profugerunt repetuntur, Quod cum contra pacta fieri videatur, quae cum Illte vra nobis inter: cedunt, postulamus ab illa, vt memor pactorum, edicat suis ne quibus fugitiuis colonis receptum det, neue eos apud se retineant, sed simul vt admoniti

fuerint iis à quibus profugerunt eos reddant. Quoniã
vero et de Vicinorum iniuriis magnę sunt nostrorum
hominũ querimonię, eorum qui terris Illtis vestrę
Prussię sunt finitimi, ad tollendas controversias istas
et querimonias, operę pręcium esse putamus, limites
constituere, vt quid suum sit quisq₃ cognoscat, neq₃ vltra
septa quod aiunt transiliat. Quare cupimus ab Illtte vrã
vt Judices comissarios nominari et diem constitui ad
fines regundos, vt nos quoq₃ ad eundem modum no:
stros designemus, etsi aptum ab ea nobisq₃ comodum
tempus prefinitum viderimus, ad id eos vt fines
terminent mittamus. Fecerit Illtas vrã rem no:
bis gratam neque suis minus quam nostris hominibus vsui
futuram. Datꝫ vilnę. xxviijª Junij Anno 1540

Sigismundus primus rex Polonię
Petro Kmita Palatino Cracovień

Magce sincere nobis dilecte. gratum nobis fecit S. tua
quod nos tempori certiores reddidit, de iniuriis quibus
homines nostri ~~et~~ in terra nra Scepusiew afficiuntur.
Probatur nobis plurimũ ista S. tuę vigillantia, qũ tan:
to studio nrorum comodis prospicere ac importunitatem
quorundam propulsare conatur. Pergat S. tua ita vt
cępit, nostrorumq₃ rationibus pro officio suo diligent
providere nũquam intermittat. Vellemus quidem, vt
servitor S. tuę paulo maturius venisset, quo prę:
sente Nuntio Sermi Romanorum Regis, ea quę
contra nostros parum in Scepusio amice geruntur,
nobis renũciare potuisset. Sed nihilominus prescripsi:

mus ea om̄ia, ad. Nunctium illum graviterq́ꝫ cum eo de iniuriis istis expostulavimus, ac facturum eum putamus, vt lr̃as has nostras Sermo do: Ro: Regi ostendat, ad cuius Mtem, ita vt velle visa est S. tua, ipsi quoq́ꝫ copiose de rebus iis scripsimus, atq́ꝫ vt lr̃e nobis oblate restituerentur, vtq́ꝫ Stephanus à Caulio, ne fideiussoria liber pronunciaretur postulavimus. Quidquid responsi tulerimus de eo S. tuam non celabimus. sumus autem optima spe apud Sem Ro: Regem postulationum nostrarum æquitati locum datum iri, Interea temporis om̄i cura provideat S. tua. ne quid homines nostri in terra Scepusiensi detrimenti capiant. Quod si quem aliquid moliri intellexerit, om̄i cunctatione semota, nos de rebus omnibus faciat certiores Dat. vilne. xviij Junij, Anno. 1540

Sigismundus primus rex Polonie
Ferdinando Regi Romanorum

SErenissime Princeps, etc. Cum Legatus Mtis. vr̃e. Generosus Georgius Farkacz, proximis superioribus diebus à nobis postulasset, vt ne in animum nostrum induceremus secus aliquid suspicari de Magnifico Hyeronimo à Lasko Palatino Syradiensi neue nostram erga illum voluntatem immutaremus. sed eum gr̃a nostra et favore prosequeremur, atq́ꝫ vna Com̄issarios designaremus, qui que sunt in Comitatu Scepusiensi de finibus deq́ꝫ iniuriis quibusdam controversie eas disceptarent, Quod Mtas vr̃a eandem ad rem suos quoq́ꝫ Judices Com̄issa:

rios esset datura, Nos pro perpetuo nro erga Mtem ve:
stram studio facturos nos omia libenter recepimus, quo
sublatis litibus sedatisq3 controuersiis, quę sunt, inter Mts
vrę. et nostros homines, amor inter eos, et beneuolentia
mutua coalesceret, hoc quoq3 nostro erga Mtem vestram amori
nos esse daturos, vt quem esse apud illam in gratia ac:
cepissemus eum ipsi quoq3 nostri fauoris aura prose:
queremur, Comodum autem discesserat Legatus Mts
vrę. cum venit à Præfecto terrę nostrę Scepusien
Nuncius qui grauiter quereretur de magna vi, mul:
tisq3 ac grauibus iniuriis quibus homines nostri af:
ficerentur. Nam ad priores illas post nrum é Regno
discessum non mediocrem cumulum accessisse minas iacta:
ri, pericula intendi, formidines opponi, vt metuendum
sit ne scintillę istę, magnum pariant incendium, Ac cæte:
ras quidem iniurias comemorare longum esset, hanc
vnam silentio præterire non possumus, quę ad nos ma:
xime pertinere videtur, Quod cum falso falsi esset in:
simulatus homo noster Stephanus, atq3 præter meri:
tum suum, primum in custodiam traditus, deinde cau:
tione fideiussoria obstrictus, quoniam graue fuit ho:
mini innocenti, cum ab omi crimine longissime abes:
set, suspitione criminis non carere, vtq3 iterum id facere minime
fuit obligatus, non potuiße tamen eum se tenere
quin veniret sub conspectum Comissarii Mtis. vrę.
Francisci Riuaij, quem tum ibi esse acceperat, Seq3
de crimine in cuius suspitionem erat vocatus purga:
ret, coram quo, cum lrās Belensium produxisset,
ex quibus liquido constaret, eas Capituli lrās, quas
adulteratas per eum nonulli affirmabant, veras esse,
atq3 integras, neq3 vlla ex parte corruptas, lrę sut
per vim detentę, quę vel sufficere videbantur ad

terminandas eas, quae sunt de finibus controuersias, quod in ijs diluuide perscripta essent omnia, quae ad fines regundos pertinerent, Praeterea ij sunt Stephano terrores denunciati, vt si saluti suae prospectum vellet, e patria sua fugere necesse haberet, Quae res quam sit mutua nostra coniunctione digna, Maiestas vestra viderit, non sunt contenti hominem nrum in custodiam tradidisse, cum neque Juris in eum aliquid haberent, neque commeritus quicquam esset, et cum cautione postea fideiussoria obstrinxisse, nisi nostras insuper litras, quibus ad constituendos vel discernendos potius, terminos opus habebamus, per vim apud se detinerent, Quod si haec illo authore fiunt, quem in gratia positum apud nos cupiebat. Maiestas vestra facile coniecturam capere potest, qui nr erga illum animus esse queat, Hoc quoque proculdubio perspiciat, quam nullo negotio conatus eius refutare, et documentum in eum statuere possimus eiusmodi, quo a simili audacia caeteri deterreantur, sed aliud nobis suadet amor noster erga Maiestatem vestram, cuius causa multa ferimus, sed ne/ inuitis nobis etiam accidat aliquid, quod Maiestatem vram offendat metuimus, furor enim fit lesa sepius patientia. Perfertur ad nos non deesse, qui in terram nostram Scepusiem nobis a Regno nro absentibus irruptionem facere cogitent, hii si quid eiusmodi tentauerint, dabitur a nobis opera, vt eos suae temeritatis poeniteat, Est autem officii Maiestatis vestrae, est eius necessitudinis, quae nobis cum illa summa intercedit, prouidere ne quid tale existat, quod mutuam nostram coniunctionem dirimere posset. Quod si qui sunt qui ferre non possunt, nos eo inter nos esse animo quo sumus, et qui Christo opitulante futuri sumus ff.

Decet Mtem. vrām. id genus hominum consiliis locū ni;
hil tribuere et augende potius, quam minuende mutue
nostre amicitie studere. Qua quantum in nobis situ
erit, sarta tecta quod aiunt semper manebit, modo vt
pari nobiscum in eam rem studio Mtas vra incumbat.
Quod vero causam hanc attinet à Mte vra. postulamus,
primum vt lras nobis nras Ciuitatis nostre Belensis re;
stitui iubeat, ac literas, quibus id Francisco Rijvaij
mandet per hunc nrum nobis mittat. Deinde vt man;
det Prefecto Arcis sue Scepusien, vt Stephanum hominē
nostrum, à cautione fideiussoria liberum eße velit.
Pro quo nos ipsi promittimus, quod se competenti Judi;
cio sistet, ac de omnibus de quibus fuerit accusatus cau;
sam dicet. De literis quoq fidei publice, quem saluum
Conductum vocant ei prouideri cupimus, Quas ipsas
literas per hunc nrum Nunctium nobis mitti postulamus.
Que cum postulata nra summa sint cum equitate con;
iuncta, quin ea sit Mtas vra factura non dubitamus.
Quam foelicissime valere optamus Datū Vilne
xviij Julij Anno. 1540

Sigismundus primus Rex Polonie
Antonio Cardniali S. Quatuor

Rme, Nobilis Nicolaus Klopozki complures iam Annos
in fide fuit et clientela Rmi do: Joannis Archiepi Gnesn
cui fidem suam industriam, diligentiam, solertiam, cum
plurimum probasset, Atriensem primum siue Curie
Magistrum suum eum constituit, deinde vt se laborum
eius et meritorum memorem praestaret, atq is fructum

tamen aliquem tribueret villam ei quandam Jesiorko quo:
ad vita suppeditaret donavit. Ad Arcem Lovicensem, sive
Mensam suam Archiepiscopalem spectantem, ita ut qui:
cunque ex eius Villæ Prædio censibus, colonis, agris,
pratis, campis, piscinis, et Molendino haberi proven:
tus possent, eos ipse perciperet cuius etiam realem et
actualem possessionem ei concessit. Quoniam vero do:
natio hæc quasi quædam videtur esse ab Ecclesia bo:
norum alienatio ad quam Venerabile Capitulum Gne:
snen, etsi causa Nicolai cupit, consensum tamen suum
prebere non potest, quod per constitutionem de non alie:
nandis bonis Ecclesiasticis, in quam iuravit, id ei fa:
cere non liceat, à Rma P. vrá petimus ut operam
suam interponat. apud S. do: nostrum, quo et dona:
tionem hanc Rmi do: Archiepi confirmet, et vene:
rabile Capitulum à Juramento absolvat, potestatemque
faciat ad hoc donationis genus consentiendi, Quod
quidem tanto minore negotio à R. P. vrá. impetrari
posse confidimus, quod alienationem, hanc in non sem:
piternum tempus sed quoad vixerit modo Nicolaus,
fieri velimus. Cuius meritorum quæ nimie sunt, vol:
garia à R. D. Archiepo rationem haberi æquum
esse censemus. Quo maiore studio fuerit R. P. vra
in causa, hoc sibi voluntatem nrám magis devincie:
bitur. Datum xxvj Mensis Julii Anno 1540

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ciuitati Cykauiensi.

Famati grate dilecti. Redditae sunt nobis lrae vestrae. quibus querimini de Jure pignorationis siue repressaliarum per nos homini nro Paulo concesso; his verbis scriptae vt modestiam in vobis et ciuilitatem desideremus, Nam si vestri decori obliti estis, nostrae tamen personae et dignitatis esse vos memores oportebat, neqz scribendis ad nos literis tanta vti verborum leuitate, Querimini fieri vobis iniuriam quod Jus pignorationis siue repressaliorum, Paulo subdito nro concesserimus, interea tamen ipsi fatemini, quo die Judicem adiit homo nr. ab illoqz petiit vt vocato ad se Osterlando, ad soluendam creditam pecuniam eum cogeret, Judicem comperendinasse negotium atqz in posterum diem reiecisse, Osterlandum interea sibi fuga consuluisse. Quibus verbis an non palam ipsi ostenditis, vestra culpa factum esse vt Osterlandus e Ciuitate vra profugerit? an non, tanquam sorices vestro ipsi Judicio peritis? Quae cum ita res habeat, nihil est quod querimini de Jure pignorationis homini nro per nos dato, Illud vobis potius curae sit, vt ei satisfieri possit, Tum vero non inuiti faciemus vt quod ei concessimus pignorationis Jus, id induci et antiquari renocarique faciamus. Datis Vilnae XXij Julij Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ, Alberto Marchioni Brandeburgeñ Duci Prussiȩ

Illtris Princeps et domine, nepos nr charissime, Stan:
nifusores Vratislaueñ facti sunt offensiores, iis qui
sunt eiusdem Artificii in Ciuitate nostra Cracovieñ,
atqȝ ideo omnes qui ab eis proficiscerentur pro reprobis
haberi, neqȝ in collegium Stannifusorum recipi vo:
luerunt, Eius rei causam cum cognoscere voluimus,
leuem admodum et nullius esse momenti comperimus.
Itaqȝ interminati sumus Senatui Wratislaueñ nē per:
mitterent Stannifusores suoȝ, eos qui Cracoviȩ sunt
eiusdem artificii, damno aliquo aut ignominia af:
fici, Nam si quid essent ab eis detrimenti acceptuei, fo:
re vt ipsi Wratislaueñ prȩstare nobis id omne coge:
rentur, Qui se postulata nostra facturos responderunt,
neqȝ prohibituros quominus eodem loco sint Stannifuso:
res nostri Cracovieñ, qui sunt omnes alii qui eandem
artem in aliis Ciuitatibus exercent, Ecce autem cum
Vilnam venissemus, nē à nostris quidem Ciuitatis hu:
ius Vilneñ Stannifusoribus recipi eoȝ vidimus, qui
ex Ciuitate nrā Cracovieñ, vt artem exercerent,
huc venerant, Quod cum molesto animo tulissemus,
edixissemusqȝ serio, vt eos in societatem suam admitte:
rent, fecerunt illi quidem imperata, sed sibi eam rem
fraudi futuram querebantur, Nam qui ab eis profecti
essent, eis in aliis Ciuitatibus locum non fore, nē in
Prussia quidem, sed quocunqȝ venissent, inde tanquam
reproboȝ eiectos et exploso ȝ iri. Quod cum accepis:

semus. Mandavimus Civitatibus terrarum Prussie, ne vllos qui sunt in Regno nostro Stannifusores tali affectos velint ignominia, vt eos e cetu suo Eyciant, a Vra quoqz Illte postulamus, vt suis Civitatibus horipsu pitium imperet. Rem nobis gratam et mutua nostra coniunctione dignam factura. Dats Vilne vigesima tercia mensis Julii. Anno 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Palatinis Capitaneis et iudicibus
terre Prussie

Quo tempore Gedani fuimus ante annos aliquot, sancite sunt per nos terrarum Prussie constitutiones: que cum essent per Consiliarios earundem terrarum in Comitiis Thornnensibus concordate a nobis non ita pridem confirmate ad eum Conventum misse sunt, qui proxime Mariemburgi habitus est vbi a cunctis ordinibus gratissimis animis sunt suscepte, Petitumqz est a nobis diligenter, vt eas in vniversorum noticiam perducendas curaremus. Quod cum aequum esse et iustum intelligamus, ita vt aliis Arcium nrarum, et Civitatum Prafectis tue quoqz F mandamus, vt constitutionum istarum exemplum apud se habeat, eas manu teneat cum effectu, atqz vbi rei causus et exigentia ita postulaverit exequatur. Juxta earum vim et tenorem Judicia sua cum privata tum publica dirigat. pro gra nostra aliter F tua non factura. Dats vilne Vltima Junii. Anno 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Prussie

Rndi in Chro pres et domi, Magnifici etc. Quod S tibus & F vestris grate acciderunt constitutiones quas manu nostra subscriptas illis misimus lubenti animo accepimus, neqz inuiti fecimus quod à nobis petierunt, vt omnium Arcium nostrarum et Ciuitatum Praefectis atqz omnibus quorum interest scriptis ad vnum quenqz seorsum literis, mandaremus, quo quisqz exemplum constitutionum istarum domi sue haberet, illis uteretur, illas exequeretur, neqz vel vnguem latum siue iudicando siue quiduis aliud agendo ab illis discederet.

Caeterum quod petunt S. et F. vre, vt quasi vicarium aliquem et locum tenentem demus Magco Joani à Lusianis Palatino Culmen, quod is propter et etatem et Valetudinem suam affectam prohibere non potest, quae patrantur in terra Culmen latrocinia, Id cum nondum à nobis cuiquam concessum sit, toto hoc tempore quo ad Regni nri gubernacula sedemus, non visum est nobis in hac ingrauescente nra aetate, noui aliquid constituere, Cum praesertim non defuturos sciremus in Regno nro qui hoc exemplo idem sibi à nobis concedi peterent, Cuius vel solius rei causa legitimam vacationem expectare satius duximus, quam eadem de re aliis quoqz nos rogandi ansam dare. Poterit Palatinus rationem aliam inuenire qua cedes id genus et latrocinia re:

primatur, nos quoqꝫ & etate et valetudine sumus affecta, neqꝫ tamen officium nostrum Regium à quoqꝫ desidera ri putamus. Quod sumptum attinet ad Instau randum Jus Culmen à S. et F. vris certiores reddi cupimus, quanta in eam rem pecunia opus fore existi ment. Quod vero comissionem dari petunt contra Nobilem Sigismundum Grudzienski, id nobis prestare non licet, Jta enim Regni constitutionibus nobis cautum est, vt coram suo quenqꝫ Judice conuenire op portet, Neqꝫ nobis fas est processus istos iudiciarios non obseruare.

De Parroli Elbingen quod petunt S. et F. vre, nos ea in re prioris donationis nostre literas, si is cui date sunt abilis est manutenebimus, et ab aliis manuteneri volumus.

Ad monasteriorum Prefectos scripsimus ita vt petut S. et F. vra facturosqꝫ eos confidimus vt pro viri li sua, ad Scholarum restaurationem subsidium aliquot dent pecuniarum. Dat. Vilne. octaua Ju lii Anno. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Abbatibus Prussie

VEntis et religiose nobis dilecti, Quandoquidem ea nunc sunt tempora vt refrixerit charitas, abun det multorum iniquitas, et per quam pauci reperiantur, qui relicto seculo vite se tradere velint monastice, nihilominus Abbatiarum et monasteriorum prouen tus satis sint uberes cum pauci admodum in eis alan

tur. petinerunt à nobis Consiliarii terrarum nostrarum Prussiae, vt cum Do: tuam, tum alios Abbates, et monasteriorum praefectos in terris nostris Prussiae hortaremur, quo ex prouentibus aliquid impertire velint, Ad ludum literarium instaurandum bonasque artes in terris Prussiae prouehendas. quae cum aequa nobis visa sit eorum petitio, neque aliam in rem honestiorem prouentus Monasteriorum expendi possint quam in literarum studia promouenda, Hortamur D. tuam vt quod erat impensura in alendos religiosos fratres, si aeque nunc multi essent atque fuerunt, bonis illis temporibus, id conuertat in excitanda et promouenda literarum studia, iuxta Consiliariorum nostrorum voluntatem, quam proculdubio literis suis Dom. tua declararunt. factura pro gratia nostra, et officio. Datum Vilnae, octaua mensis Iulii Anno Domini 1540

Sigismundus primus rex Poloniae
Ioanni Dantisco Epo Varmiensi

Reverende in Christo pater Sincere nobis dilecte, Quae scribit ad nos P. vestra. de stipendiis quae Lipsiae debentur iis qui ex terris nostris Prussiae propter ingenii cultum capiendum eo proficiscantur, atque à nobis petit vt rationem ineamus, qua prouideri queat, vt ne stipendia ista intereant, si nemo ex terris Prussiae Lipsiam fuerit profectus, ea abunde intelleximus, Caeterum quod petit à nobis P. vestra. id ipsi potius eam vt faciat hortamur, rationemque nobis commostret, qua stipendia ista conseruari possent. Nam si alia non est, quam vt libera sit

hominibus nostris Lipsiam profectio etiam atque etiam videat P. vra, ne dum capiti mederi debeat redivia curasse videatur, nobis certe minor esse stipendiorum quam animarum iactura videtur. De caeteris rebus ex lrīs Rndi in Chro P. Do: Samuelis Epi Chelmen Regni nostri Procancellarii P. vra cognoscet. Datis Vilnae vigesima quarta Iulii. Anno 1540.

Sigismundus primus, Rex Poloniae
Ioanni Dantisco Epo Varmiensi

Rnde, Quod attinet ad aditum nostrum de non ferendis in Regno nro iis, qui sunt pravis haereticorum opinionibus imbuti, deque revocandis, qui in locis de haeresi suspectis commorantur, de eo non est necesse P. vram omnia ad nos referre, plerisque in rebus suo Iudicio utatur licebit, Scholas Lutheranas vitari volumus ab omnibus, qui sunt ditionis nostrae, libros itidem haereticorum a quoquam legi prohibemus: neque passuri sumus, ut eorum dogmata, quis in terris nostris spargat, Quominus autem liceat alicui aut mercaturam facere, aut artem aliquam exercere in vicinis locis, difficile caveri potest, propius haec res ad P. vram, quam ad nos pertinere videtur, nam illa, in animas Dioecesis suae, nos in corpora tantum imperium habemus, Illius itaque proprium est munus providere, ne qua labe mentes hominum inficiantur, Nos nostram ad ea rem authoritatem libenter P. vrae accommodabimus.

De Elbingensibus gratum nobis est, quod officii sui memores Ptis vestrae dicto se audientes fore pollicentur,

erit autem gratius, cum quod verbis promittunt, id eos re ipsa praestitisse cognouerimus. De Stipendiis Lipsiensibus vestra R. Judicium facimus, ea ne satius putet interire, an vt pereant, tot animae, quas pretioso sanguine Christus redemit, pestillentissimis de fide et religione opinionibus infectae, sed si ratio tamen aliqua reperiri queat, qua salua esse possint stipendia, etiam vt nemo Lipsiam proficiscatur, quam diu haec ibi tam saeua animorum pestis grassatur, modo vt eam nobis ostendat R. vra. libenter eam amplectemur, vt ne intereant stipendia pro virili nostra prouidere conabimur, Sed si alterius sit rei iactura facienda nobis quidem stipendiorum quam animarum iactura minor esse videretur.

De moneta scripsimus, ad Illustrem Do: Ducem Prussie vt ab ea cudenda supersedeat, omni etiam cura prouidebimus, vt qui eam adulterant, hii deprehensi debitas poenas luant. Datt. Vilnae quarta Julii. Anno Do: 1540.

Ioannes Comes a Tarnow Castellanus Craconien. exercituum regni Poloniae ductor generalis, Bonae reginae Poloniae.

Retulerunt mihi Judei Craconien. se a quodam Judeo ex Turcia transfuga, apud S. M. Regiam delatos esse, quod Christianos clam religionem, et sectam docerent suam, Caeterum affirmant, et se plane hoc crimine non esse obnoxios, et illum eos accusasse, non quod illi de hac re constaret, sed odio adductum, Nam cum se ad illos contulisset, et vt more illorum sumptibus

cum innarent ac in alias Ciuitates victus petendi gratia pro:
fiasq cum paterentur, eos rogassent, negauerunt esse se fa:
cturos, propterea q repudiata illorum religionis forma, ma:
chomaticam induisset. hic desperatis rebus, cōmunicato
consilio cum Judeis illis qui baptismo recepti sunt in nu:
merum Christianorum, vlciscendi studio profectus ad
S. Mtem. Regiam erat, finxit eam accusandi causam,
ac S. Mti. Regię. persuasit vt mandauerit nonnullos
ex primoribus Judeis conijci in carcerem, Qui cum mihi
narrarent se maliuolentia hominis ita accusatos esse, pe:
tierunt à me, vt apud S. Mtem Regiam intercederem,
ne incognita causa aliquid in eos hoc nomine grauius sta:
tuere dignaretur, se enim causam suam probaturos esse,
Quod quidem dixi me esse facturum, tantum quantum
iusticia illorum requireret. Semper enim et Mtás. vra.
et omēs homines testatus sum summópere me cupisse, vt
in sceleratos animaduerteretur, et Judeos, si competeretur
erit eius criminis obnoxios esse, vellem pœnas dare.
Sed quia preter culpam hæc in se conferri dicunt, et ro:
gauerunt me vt intercessione mea ad purgandum se ad:
mitterétur S. Mtem. vrám. rogo benigno patrocinio,
et intercessione sua efficere dignetur apud S. Mtém. Re:
giam, né sua Mtás aduersario illorum prius fidem
adhiberet, quam causam vtriusq3 partis cognouerit.
Nam etsi ex Chriánorum cœtu eiecti sunt, tamen Jus
suum illis reddi debet, nec oportet eos praeter æquum vio:
lare, Sunt enim perinde, ac nos homines, fert eos resp:ta
deinde sunt cómodo Cameré. Mtis suę. Quod si fortas:
sis aduersarius cum apud S. Mtem. Regiam eos in
crimen vocaret, adhibuerat alicuius auctoritatem
qua fidem accusationi faceret suæ, nihil minus ta:
men iudicari deberet, priusquam de causa inquireretur,

eos causa sua iure cadere debere, Nam ut nemini detra: ham, solebant nonulli eorum Praefecti ut eos exhau: rirent, cum ipsi pecunia egerent, fingere causas illos apud S. Mtem suam ~~accusa~~ insimulandi. Quid mirum si istorum nuc apud S. Mtem. suam accusandorum ea: dem sit causa, Ego de illis hoc maxime nomine apud S. Mtem Vram intercedo, Quod mihi videtur aequum postulare. Postremo comendo plurimum me meaq; para: tissima obsequia gratiae S. Mtis vrae, Et Do: Deum precor ut eam diutissime foelicissimeq; incolumem esse conservet. Datum Sandomirie. 25. Julii Anno Domi, 1540

Petrus Kmitha de Visnicze Palati: nus et Capitaneus Crac. regni Mar: shalcus Bone Regine Polonie

Reddite sunt mihi S. Mtis. Regie lre à Vicecapitaneo meo Cracovien, absenti mihi in Russiam transmisse ex quibus cum magna admiratione intellexi ea, quae de Judeis Cracoviensibus, tanquam horrenda et ima: nia, ad Regiam Mtem nescio vero ne an falso rumo: re delata sunt, quod scilicet ex Judeorum, quadam quasi occulta conspiratione partim fides religioq; Christia: na, partim vero ipsum vestrarum Mtum Regnum periclitari debeat, quod mihi hercle non est veri: simile, Nam Judei nondum eo potestatis authoritatisq; pervenerunt, ut vel Rempublicam turbare vel tantis et tam magnis viribus contraire, ac negotium facessere possint, Verum potius auguror eas res à quoquam sic esse confictas, et ex subordinatione alicuius divi:

natas. Mtiq Regiæ ita di marratas, vt si eis fides
adhibeatur in perniciossissimam internicionemq ipsorum
Iudeorum, redundare possit. Qui quidem Iudei cum
nihil designauerint ac patrauerint mali, ob quod meri:
to iusteq castigari et puniri debeant, Tamen à S.
Mte Regia mihi satis seuere mandatum est, vt ipsos
seuere castigarem, captiuitatiq iniicerem, Ego vero
inter omnes suæ Mtis seruitores, nemini secundus esse
cupiens in exequendis iustis suæ Mtis mandatis, mul:
tum diuq mecum cogitabam quid cum præfatis Iu:
deis facere debeam? cum hoc toto tempore post dis:
cessum vrarum Mtum ex Regno nulla hactenus
à Iudeis sunt profecta æditaq tanta facinora et scæ:
lera pro quibus Iudei si fuerint conuicti, dignas ac
meritas dare luereq pœnas debeant? Nam in nullo
repertos conuictos malo non solum religiosum puni:
re est? Verum etiam horrendum ac imane, Ego aut
cum videam æque iudeo atq Christiano vnam et
eandem prestari debere iusticiam, suadente id atq
monente diuina pariter ac humana lege, indagandum
esset, certe cominus ac eminus diligenter, vt aliquid
tandem hac dignum suspitione in lucem erumpere
possit, Cum vero certi quippiam super hac re emer:
serit, tum demum ipsi Iudei haud impune id auferri,
sed secundum iustum iudicium et scelera eorum iu:
dicari puniriq debebunt. Ac certe Serma Regina
ego plane satis scire inuestigareq non possum, cuius:
modi hæc res sit, et vnde talis suspicio alicui na:
ta sit, Quæue nam sit, fictane an vera. hæc Iu:
deorum coniuratio, à qua vt nunc cnignam metue:
dum est, ita propemodum mihi satis persuadere non
possum, vt ad simplicem et nullis rationibus subni:

xam delationem, Ipsi Iudei imerito debeant tantam su:
bire ultionem pœnamq́z. Quoz quidem ego ob solam
hanc suspitionem ad S. Mts Regię mandatum ad
carceres conijcere mandaui, reliquoz vero vt pote
absentes, et quosdam etiam infirmoz sub graui fidei:
iussoria cautione. Postquam conualuerint in loco cer:
to, cæteri Iudei constituere sunt astricti, Idcirco etiā
Serma Mtas vra Reginalis animaduertere id atq́z
iusta apud se ratione expendere dignetur iniquum
esse, aliqua animaduersione in eoz utendum, quorum
nulla errata, etiam leuia in propatulum prodierunt.
Quamobrem Mtem vrām Reginalem rogo, dignetur ad
S. Mtem Regiam gratiose interpellare vti ipsi Iudei har.
captiuitatem libere euadant, et in fideiussoria cautione
maneant, donec vel ea suspitione purgati, vel de aliqui:
bus sceleribus conuicti fuerint, Nam satius est eoz ali:
quid operis agere, et sub fideiussoria cautione esse, quā
in ipsis carceribus otiosoz, tempus sine fruge transi:
gere, Qui tamen si in culpa reperti conuictiq́z fuerint,
haud impune, id auferre, sed secundum iustum iudicium, et
scelera eorum iudicari puniriq́z debebunt

Sigismundus primus Rex Poloniē
Petro Kmitha de Visnicze Palatino
et Capitaneo Crac. regni Marshalco

Magce sincere dilecte. Accepimus lras Stis tuę, quibus
magnis precibus à nobis contendit, vt ne quid in
Iudeoz grauius consulamus: ni dicta causa, neue suppli:
cio aliquo afficiamus nisi conuictos criminum in
quorum suspicionem apud nos sunt vocati, Quod

quidem tanto studio à nobis petere S. tuam nónihil
sumus admirati, Cum sciat natura nos magis ad miseri-
ricordiam propensos, quàm ad seueritatem esse implica-
tos, Quãdo enim nos condemnauimus aliquem, non cõ-
uictum aut in manifesto scelere deprehensum, aut
quũ maior est de nobis querimonia, quàm quod clemẽ-
tia peccare nimium videremur, Quare nihil attinebat
hoc genus obtestatione apud nos vti, cum neqꝫ ferat
natura nr̃a, neqꝫ fuerit vnqꝫ moris nostri, seueritate
vti erga innoxios aut non conuictos, Nam quod nũc
Judeos in custodiam tradi iussimus, non ea rõne fe-
cimus, quod supplicium de õibus sumptum vellemus,
sed cum essent ad nos eorum nomĩa delata, nosqꝫ
exploratum misissemus, verone an falso insimulati
essent, Ideo illos in custodiam tradi iussimus, ne vul-
gata refuga sibi consulerent, Quod si Chriano sepe
fit, ob non grauissimam suspitionem, cur indignum
videri debet, si idem Judeo accidat quem certe meliore
conditione quã Christianũ esse non oportet, vt ante
cognoscat S. tua grauia esse scelera, de quibus apud
nos Judei sunt insimulati ita rem accipiat, Anno supe-
riori proximo iuratorum hominũ testimoniis sumus
edocti, complures Chrianos à Judeis esse circumci-
sos, Fuit eo ipso anno Nandoralbe Judeus quidam, qui
statim à foelici nr̃o in hanc Ciuitatem nr̃am ingres-
su nobis narrauit se vidisse tunc plures centum cir-
cumcisos, qui ex Regno nostro Nandoralbam pulsi
essent. Quorum plures cum Coniugum liberorumqꝫ
suorum desyderio tenerentur esse in reditu à Judeis
in Sinagogis crudeliter interfectos. Praeterea mi-
sisse Judeos ad Turcarum Caesarem petiisseqꝫ, vt
scriberet nobis quo potestatem eis faceremus ex

Regno nostro in Turciam migrandi, posse se illi non, fore
parno usui, Respondisse Caesarem nihil opus l[i]ris esse,
venturum se ipsum aliquando, et quemadmodum fecit
in Ungaria, se non Judeos modo, sed ipsos etiam Chri-
stianos ex Regno nostro exacturum, haec cum essent
ad nos delata contemni certe a nobis non oportuit,
Cum delationem hanc magis etiam confirmaret, in-
terpres noster Turcicus Armenus, qui vidisse se apud
apud Thelsjina aiebat Judeorum, quindecim currus
rebus onustos qui ex Regno n[ost]ro in Turciam vehe-
bantur, Huc accessit fuga Cantoris et aliorum no-
nullorum qui ut primum tractari de iis eorum scele-
ribus cognouerunt, in pedes se coniecerunt, Quod
procul dubio alii quoque fecissent nisi mature a nobis
ut caperentur promissum esset. Ea itaque fuit causa,
quaobrem capita in custodiam tradi iussimus, ac mi-
simus certa in loca, qui omnia, omnibus vestigiis in-
dagata ad nos adferant, Ex quibus cum certi ali-
quid cognouerimus, communicato cum S. tua, et aliis
Consiliariis n[ost]ris consilio, quid de Judeis statuendum
sit videbimus, Interim vero, ut S[anctita]tis tuae accedamus
consilio Judeos detentos dimitti ad fideiussoriam cau-
tionem permittimus, ea tamen conditione, ut fide-
iubebant omnes Judei Crac[ovienses], quod detenti se statuet
et Judicio sistent, ubi mandauerimus, fideiussio autem
sit ad viginti millia flor[enorum] ungaricalium. Sic factu-
ra tua S. Dat[um] Vilnae nona Julii, Anno Do-
mini 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni de Tarnow Castellano Crac
Exercituum regni Polonie Duci
generali

Magnifice sincere dilecte. Non ignorat S. vra, quam sit clemens et benigna natura nra, vt vnum hoc sit quod nobis vitio dari consueuerit, q leniores simus quam oportet, multosqz nra hac lenitas deteriores reddat, Quominus soliciatam esse oportet Stem tuam, ne quid seuerius in Judeos statuamus neue sontem cum insonte vna plectamus, Non est hoc moris nostri, non fert natura nra, omibus remissiores potius in poena contra illos decernenda, quam satis seueri fuisse videbimur, Nam si vera sunt que ad nos perferuntur nullo non digni sunt suplicio qui talia patrasse dicuntur, Que quidem S. tuam celare nolumus, Jta enim se res habet. Anno superiore fuimus edocti iuratorum hominum testimoniis complures Christianos à Judeis esse circumcisos [+] etc. Huic Judei delationi quo plus fidei habeamus, facit fuga Cantoris et nonnullorum in Russia capitum, Retulit enim nobis interpres noster Armenus, plus quindecim currus esse se vidisse oneratos in Thebina qui ex Regno nro vehebantur, Neqz satis credibile est, quantos ex terris nostris thesauros exportauerint, Sed nos tamen nihil in eos grauius consulemus nisi conuictos: neqz praeter scientiam Stis tuae quicquam faciemus, Cuius vt aliis in rebus, ita in hac quoqz consilio libenter vtemur. Nunc quoqz dedimus hoc precibus Stis tue, vt eos liberos e custodia dimitti iuberemus, sub cautione tamen fideius-

[+] atqz vt supra

soria viginti millium Ducatorum in auro, postquam ex iis quos in Russiam misimus certiora nobis fuerint allata, Cum Ste. tua communicabimus, vt ipsa quoque suam nobis sententiam perscribat,

De Tartaris quae S. tua scribit minime vana esse, ex Nuntio eorum qui huc venit cognouimus, Is enim moleste ferre dicit Dominum suum, quod quae promissa sunt à nobis tardius praestantur, atque eum omnino statuisse Moschorum potius quàm nostrum donatiuum accipere: Quod serio ne dicat, aut vt hoc terrore plus à nobis aliquid abradat, certum non habemus. Sed S. tamen tuam hortamur, vt pro officio suo prouidere velit, ne quid Regnum nostrum detrimenti accipiat.

Molestum nobis est quod tardius isthic pecunia colligi accepimus, quae in Conciliis est decreta, veremur ne ista cunctatio impediat, quominus mature possit prouideri. Nihilominus quantum potest S. tua, tantum det operam, vt si quae manus hostium aduenerit, ne eos offendat imparatos. Nos interea Thesaurario Regni nostri mandabimus, vt quam celerrime pecuniam curet coaceruandam. Datum Vilnae. xx Julii Anno domini 1540.

Sigismundus primus rex Polonie,
Iannussio Latalski Palatino Posn.

Magnifice sincere dilecte. Detulit ad nos Judeus quidam se cum anno superiori proximo Nanderalbe fuisset, vidisse plures centum Judeos ex Regno nro pulsos, qui à fide nra Christiana ad Judeorum perfidiam cum essent prolapsi, circumcisi se ab illis passi erant, hii quoniam et Coniuges suas, et liberos et facultates in Regno reliquerant, tanto earum rerum desiderio tenebantur vt facere nequaquam potuerint, quin reditum Judeis inuitis pararent, A quibus postea crudeliter sunt in Synagogis interfecti. Narrauit idem, quod à Caesare Turcarum petierunt, vt scriptis ad nos literis, à nobis postularet, quo potestatem faceremus Judeis omnibus qui sunt in Regno ditionibusque nostris in Turciam migrandi. Caesar autem responderit, nihil opus esse literis, venturum semetipsum, atque ita vt in Vngaria fecisset, non Judeos modo, sed ipsos etiam vna Christianos è Regno nro exacturum. Multa preterea dixit alia quae longum esset omnia scribere. Etsi vero concurrunt plurima, quam ea quae per Judeum sunt ad nos delata minime esse vana existimemus. pro more tamen nro, nihil agendum praecipitanter putauimus, Sed in Russiam quosdam exploratum misimus, qui Architectos istorum scelerum diligenter inuestigarent et comprehendendi curarent. Quoniam vero verebamur ne re volgata, in pedes se Judei conijcerent, quod etiam nonnulli fecerunt, atque vna cum suis facultatibus,

è Regno profugerent, Capita eorum, cum Cracoviae tum aliis locis capi iussimus et in Custodiam tradi quae tamen ipsa postea dimisimus sub cautione fideiussoria viginti millium aureorum, quam Iudei omnes praestiterunt, q(uo)d eos in Iudicium nostrum vocatos sistere velint, Idem à S. tua Posnaniae fieri volumus, ut vocatis ad se Iudeis, Bisko, Iacobo, Schemifert, Iacobo Pathyka cum genero Meier, Rabbi, Samuel, aut eos in custodiam tradat aut fideiubere pro eis caeteros Iudeos cogat ad summam decem millium aureorum quod eos inditio sistent, cum à nobis vocati fuerint quodque sint iudicatum facturi Datum Vilnae nona Iulii Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Severino Boner Castellano Zarnovien. Zuppario Crac.

Generose. Gratum est nobis, quod S. tua mandata de Iudeis nostra ita diligenter exhausit, vellemus Cantorem non effugisse, qui cum aliorum scelerum multorum fuit patrator tum infoelicem illam mulierem ad eam in qua mortua est Dementiam adegit, Quoniam vero primi Regni nostri Consiliarii magno à nobis studio contenderunt, ut eos liberos è custodia dimitti iuberemus sub cautione fideiussoria, fecimus id in eorum gratiam. Caverunt(que) pro eis Iudei omnes viginti millibus Ducatorum, fore ut simul atque iusserimus, eos ipsos, qui capti sunt iudicio sistent, ut autem sciat tua quoque S. quae nos causa impulerit ut Iudeos capi iuberemus ita rem accipiat, Anno superiori proximo etc. Delationem hanc ut non fictam putamus

vide in Epistola praecedenti ad Palatinum Crac.

facit et Cantoris fuga et aliorum in Russia multorum qui magnos e Regno nro Thesauros in Turciam exportarunt, Misimus in Russiam nonullos qui omia omnibus ad nos vestigiis indagata adferant, ex iis vbi certiora cognouerimus tum quid sit nobis de Judeis statuendum, videbimus. Datis vilne' x. Julii Anno Domi. 1540.

Scheda in lris Castelani Palatini et Supparii Cracouien inclusa.

Preterea perlatum est ad nos, magnos ad nos a Judeis Thesauros ex Regno nro in Turciam exportari, ita non sua modo verum et Christianorum bona, si qui eis aut crediderunt aut oppignorarunt aliquid efferant. Qua ex re S. tua intelligit magnum ad Regnum nostrum incomodum peruenire. Quamobrem prouideri ab illa cupimus, vt ne deinceps aliquid exportent pecunie, sed vbi eam consequuti sunt ibi ea vtantur.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ioanni à Tharnow Comiti Castellano
Crac. exercituum regni Ductori
vniuersali

Magce sincere dilecte. Etsi nos hic suma cura prouide: mus si qua fiat repentina hostium incursio, vt ne quid magnus Ducatus nr detrimenti accipiat, non minor tamen nos angit sollicitudo de Regno nro: cuius ra: tionibus maxime prospectum cupimus, perfertur enim ad nos deliberatum esse omino Tartaris in terras no: stras impetum facere, atq; eas ferro et igne populari, vtinam autem falsum id sit quod perfertur, neq; enim vt ita rem habere credamus adduci possumus. Sed nos nihilominus omia facere atq; omi cura prouidere oportet, vt ne quid de improuiso accidat rationesq; Regni nostri in tuto collocentur. Cum præsertim qui Cracouiam missus erat à nobis ad Tartaros Nun: cius, is nondum redierit, Cum autem à Regno nos longius absimus S. tua autem Principem ist: hic inter Consiliarios locum teneat, et Regni no: stri Exercituu Imperatorem agat, eius esse officium videtur vt prouideat: si quid insperato eueniat, ne nos imparatos hostis offendat. Odoretur preterea diligenter S. tua quid apud hostes agatur, quid consilij capiant, atq; omia ad nos omibus vestigijs indagata perscribat. Nos Regni nostri Thesaura: rio mandauimus, vt pecuniam primo quoq; tempore cogi faciat, et ex ea milites conscribat.

In magno Ducatu hoc nro, quatuor iam territoria in procinctu sunt, quorum homines à Judicijs libe:

beros fecimus, atq3 ea in diem Simonis et Jude reica:
mus, habentq3 in mandatis si maiores hostium copia in
Regnu[m] inuadant, quam vt par eis esse possit exercitus
Regni n[ost]ri, vt se cum eo coniungat, hoc ipsum facere tene:
bitur exercitus Regni nostri, si se hostes in magnum
Ducatum iniserint, In quo et omnes, etiam si necessi:
tas foret viritim insurgerent mandauimus, Nunc
S. tua dabit operam vt ex ista parte ne quid desit,
quod ad reprimendum hostium impetum pertinuerit.
Factura pro fide atq3 officio suo et gratia nostra
Dat[um] Viln[ae]. vigesima secunda mensis Julii Anno
Domini 1540.
Territoria ex quibus in procinctu sunt homines,
sunt haec Bijelscew. Drohicew. Camienecew. Brzesten.
et Mielnicew.

Scheda in l[itte]ris Castellani Craco:
uiensis inclusa

Post scriptas l[itte]ras nostras, venit ad nos a Palatino
Kiouiew Nunctius, qui narrat redire iam eos Nunctios
qui Cracouia missi a nobis ad Tartharos fuerunt,
ex quibus cum esset Palatinus percuntatus quid rerum
adferrent respondere noluerunt, quod per se ipsos po:
tius quam per alium quempiam quae attulissent nos
cognoscere velle dicerent, Itaq3 bona spe sumus
optatum eos nobis Nunctium allaturos, Nam qui ad:
uenit ex Kiouia negat auditum esse ibi quidquam
de Thartarorum incursione

Sigismundus primus Rex Polonie
Ioanni de Tharnow Castellano Crac.
Exercituum regni Poloniae Capit. gnali

Mag.ce sincere dilecte Mirari satis non possumus quo an: thore rumor hic de Tarthororum exercitu isthuc peruenerit, Nam ad nos non modo nihil eiusmodi, verum etiam pacata omnia adferuntur. Dedimus negotium Capitaneis nostris qui sunt in finibus, vt diligenter si quid molirentur Thartari explorarent, ac nulla mora interposita, nobis renunciari curarent. Hactenus praeter id, quod S. tuae scripsimus, nihil est nobis significatum, Quin etiam rediit nunctius a Legato Thartarorum qui hic est missus, is a Caesare literas induciis quidem nonnullis tectas attulit, Sed quas tamen Legatus in eam sententiam interpretatur, vt eum omnino pactis stare velle affirmet, se ipsum nobis in obsidem dat, ac si verum sit istud quod spargitur inuasisse Thartaros aut inuasuros hoc anno in Ditiones nostras causam se dicturum negat, quin vltimum di(ci)tse suplicium summanus, Itaque panicus iste, nobis terror videtur. Mittimus autem S. tuae lras Caesaris Thartarorum, quae quoniam nos fato concessisse falso fuit, ad Thartaros allatum, ad Serenum filium nostrum scriptae sunt: et nonnulla secus in eis habentur, quam in pactis praescripta fuerunt, Id Legatus imperitia eius qui scripsit factum affirmat, Quod vero quindecim millium fit mentio id ita intelligi vult, vt ea quae secundum pacta Caesari dabuntur, perinde sit accepturus, ac si quindecim milia

data essent. Sed nos tamen nostrum adhuc volucrem
Nunctium de sententia consilioq Senatorum hic no:
strorum ad Caesarem mittemus, quo planiora omnia ad
nos ab eo referat, iterea temporis. et pannum et reli:
qua secundum pacta Legato curari iussimus, vt ne mo:
ra nostra Caesar Thartarorum ad donatiuum à
Moschis potius accipiendum adducatur, neq cauere no:
stris hominibus intermittemus, ne quid detrimenti acci:
piant, probatur nobis S. tuae consilium de petendis
a valacho suppetiis, Sed venerunt nunc ab eo ipso Nun:
cii qui inter caetera petierunt à nobis si qua fieret
in Valachiam Thartarorum incursio, vt ei suppetias
ferremus, Nam si se ii potius in ditiones nostras imi:
sissent facturum Vaiuodam quoq, vt socia nobiscum
arma iungat, atq omnibus viribus suis nostro militi
succurrat, Nobis autem integrum non est de tanta
re quicquam absq consilio Regni nri. Senatorum,
statuere, Neq videmur ei posse auxilia vlla promitte:
re nisi maioribus in Comitiis Regni hoc sit decretum,
Qua de re tua quoq S.tis sententiam, expectamus.
Datum Vilnae secunda Augusti. Anno. 1540.



Sigismundus primus Rex Polonie,
Ioanni de Tarnow Castellano Cracovien
Exercituum regni supremo Duci

Probatur nobis id plurimum, quod S. tua Nuncium Vaijvode
præsidia poscentem ita à se dimiserit, vt neque pollicita
ei quicquam sit, neque tamen de spe prorsus eum deiecerit,
Quod vero nram ea de re sententiam requirit, ne nos qui:
dem aliquid certi statuere possumus absque Senatorum
Regni nri consilio, Ac quemadmodum S. tua non
ausa est tantum ingenio suo fidere, vt in alterutram
partem certi quidpiam responderet, eadem est nra quoque
ratio, Etsi enim tres hic nobiscum sint Regni nostri
Consiliarii, cum tamen multo plures absint, absque eorum
scientia et consensu fas nobis non esse videtur, deliberati
aliquid statuere, tanta de re præsertim, quam summa cura
expendi plurimum Regni nostri interest, memoria teni:
mus, quo tempore capita fœderum sunt perscripta, inter
Regnum nrum et terram Valachiam, fuisse hac de re
agitatum, vtrum id quoque inseri oporteret de ferendis
mutuo auxiliis, Sed omnes Regni nri Senatores et
Consiliarios reclamasse plurimum. Nunc nos illis ab:
sentibus contrarium decernere ipsa S. tua perspiciat, quam
minime conueniat, Quod si contra solos Thartaros res
esset, facilius inducere animum possemus, ad præsidia
Valachis ferenda, Nunc qui venerunt ad nos eorum
Legati, aperte nobis dixerunt ex mandato Cæsaris
Turcarum, eos in procinctu esse, neque tamen satis consta:
re, quorsum vires suas conuertere velint. ex hiis ver:
bis facile coniecturam facere licet, si se in Valachiam

miserint, non eos id nisi mādato Caesaris Turcarum fa-
cturos. Cum praesertim hoc eis obscurum esse non possit,
eam provinciam totam in fide esse Caesaris. Quod si nos
interea auxiliū aliquid tulissemus, interpretaturus id
esset Caesar Turcarum, quasi foedera per nos violata
essent: Cum praesertim occasione tantum opus sit impro-
bitati, atq[ue] ita ingens discrimen effugere vix possemus,
sed nihilominus ~~vix~~ interest Regni nr̄i ut suspensus
potius teneatur Vaijvoda, quam ut praecisa auxilia
ei negentur. Cum itaq[ue] redierit Nuncius, poterit
ei S. tua respondere, quod ad nos ea de re retulerit,
nos vero non aliud responsi dederimus, quàm quod eaq[ue]
de re missi sunt ad nos huc Legati Vaijvode, per q[uo]s
nostram sumus voluntatem declaraturi, Ita res eo
usq[ue] ducetur, dum certo constare queat, in quam ter-
ram Thartari sint irrupturi. Qui si in Moschoviam
invaserit, quod eos facturos Legati eorum Thartaro-
rum pollicentur, et Vaijvodam retinebimus, et nihil ta-
men interea statuemus, quod cum aliquo esset pericu-
lo coniūctum. Nos hic bona spe sumus pacata fore om[n]ia
hoc anno, Tartaris, ut antea scripsimus S. tuae,
donativum mittimus. Datum Vilnae, nona Augusti
Anno 1540.

Saibkierei Coesar thartarorum
Sigismundo primo Poloniæ regi

Wyelkiey Ordi, vielkiego Czarza Sahibkyerceia slowo,
Poczinaniey imienem vyelkiego Boga ktori szczeszie
rozdaie, Ja Czarz Sahibkiercy, Poczylem wedle sta:
radawnego obiczayu prawdziwe braczstwo dzierzecz, y
slowo prawdziwie pelnich bes omilenia sprawe° serza, za
laskæ Boskæ, na Oyczowskim stolczu Cessarem
zostal, Oicza mego Meligherceia Czarza, slowo bra:
tha moiego Machmeth kierceia Czarza slowo, y moie
Czarza Sahibkiercia, slowo, vielkiey wssi prawa
strona, lyewa strona, Temniky, Tyssyæczniky, Setni:
ki, Dziessiæthniky, vlani Knyazy, y Murzy, y
wszye possilstwo, takze i Ruskim knyasziom, Horo:
dom, i Miastom, Metropolitam, y Wladikom, Czerngom,
y Belzom, Boiarom y Mieszczanom y wsszemu pospol:
stwu, iawno niech bendzie, Isch mi tim naschim listem
iawno zimiem, ysch Przotkowie naschy Czary, Oyiecz
nasch Mentkiercy Czarz, Brath nasch Machmeth:
kierei Czarz, Dziad nasch Azghyrei Czarz, kiedy
kon podnim biwal do vielkiego Xyædza vitholta,
y do vielkiego Cazimierza, do vielkiego Panstwa,
vielkiego Xyæstwa Lithewskiego wgostinie prżi:
iezdzaly, y vielkie czczy y laski vidali, Thakze we:
dle stara dawnego obiczaia Ruskiey ziemie, Zamki
y miasta, y Woloszi ziemiami, y zewsszimi dochody
Zapissali niziego niemieskayæcz wedle tich listow,
ktore od Przothkow naschich Czarzow bily napis:

sane, tak ze pierwei y od nas, gdi laska Boza bela, na Stolczu Oyczowskim Czarzemenszmi zostali, y obacze: lem Oiczowskie Sprawy, y dziela stare y minieysze, y przissiegi dawne y mineische, y Listhy dokonczo: ne dawne y mineische, vedlug tego y mi daiem list swoy dokonczali, iako Oiciecz moy Meilikherey dal Bratu swoiemu, vielkiemu xyedzu Cazimiczo: vy, takze pierwei z Bratem swym wielkim krolem, y vielkim Xyedzem Sigmunthem, vedle stara da: wnego obizaia, wbrastwo y wpzyiasn zasli, y mi tesch tee Brazke przyiassn ponawiayecz, vedla stara dawneo obizaia, y swoy listhy dalismi, y da: iem pod zlotee pieczeciee naschee, Brathu naschemu vielkiemu krolu y vielkiemu xyedzee Zigmun thowi y Sinu Jeo M. Mlodemu vielkiemu krolovy y vielkiemu Xyezdzu Zigmunthovy Augustovy y ych Pothomkom dziecziecz wpokoyee, napzod Kijow, Czessarsky, y zzyemiamy y z wodamy, ze wssemi dochodi. Luczko vielkie zezmiee, y zzyemiami y zwodamy, y zewsschemi dochodi. Zmolensk zezniee, y zzyemiami y zwodamy y zewsschemi dochodami, Polocz zezmiee, y zzye: miamy, y zwodamy, y ze wsschemi dochody. So: kal zezma, y ziemiami y zwodami, y zewsszemy dochodi, Zwinihorod y ziemiami y zwodamy, Brazlaw zezmee, y ziemiami y zwodami y zewschemy dochody, Ostr Czlinsko, y zludzmy, Zolwasch, Bothula y zzyemiamy y zwodamy, Bernu, Siniacz, Chocziecz, Luczizen, Choczimi: slie, Oskule, y zzyemiamy y zwodami, Czozielsko zezmiee, Saraiovicz, Jahaltai zezmyee Brata naschego vielkiego Crolia Sigmuntha, y sina iego

M. vielkiego Crolia Sigmuntha Augusta, ktore zam:
ki sa wszich rękach, y v ludzi ijch, lassi y pu:
szcze, y ziemie y wodi, y wßie dochodi zapißali, zo
poziecsz y vkanie kv vielkiemu stolzu, vielkiego
Xięstwa Lithewskiego. otim poradziwschi ßye y
Synmi mogimi Czarzomici y Zulami, kniazi, y z Mu:
rzami, y thwarda natosmi przyßięgę vczinili y
zwielkim Crolem, y zwielkim kniazem Zigmunthem,
y s synem iego mlodim vielkim Crolem, y vielkim
Kniazem Sigmunthem Augustem, prawdziwie w
Braczthwie y wprziasni mami bicz, znaschimi dziecmi
y Zpothomkami ijch Braztwo prawdziwe pelnicz y
za iedno bicz, A ktore Zamki Voloszi, y zziemie
y vodi, Vielki Xiądz Moskiewski niesprawiedlivie,
zdradlivie za przißięgami v Oicza twego Caßimie:
rza Crolia, à v Bratha thwego Alexandra Crolia,
y w ijnschich Croliow, y vzießie Bratha naschego
Crolia pobral, Ja Czarz Sahibkierey, wszijwschi
Boga napomocz. Moskiewska ziemie smogimi
voiski swogimi, powoiowawschi, y zaßie odiskaw:
schi, ziemie y vodi Brathu naschemu vielkiemu
Krolevi y Sinu ijch M. y ijch pothomkom mami
oddavacz, y tesch na nieprzyjaciela iego Moskiew:
skiego, y na ijnschich nieprzyjaciol ich. Ja Czarz
Sahibkijerey, y S Synmi mogimi, y Zwoiskami swo:
gimi vielkimi, y malimi, pomoczen mam bicz, y ben:
dę à inaczi tego niemam czinicz, y nievczinię.
A ktore zle vczinki beli y biwali za Oijcza naschego
y zabratha naschego, y za wielkiego Crolia Ca:
ßimiercza, y Za braczię w. M. Olbrachta Krolia,
y za Alexandra Crolia wten czaß iako panstwam
naschim, iak Coronie Polskiey, tak y wielkiemu

Xiąsthwu Lithewskiemu oth Mahmethkiereja Czara ij od Przotkow naschich, ij od Vlanow, ij Xiąząnth, ij Murz slug naschich, te wsszitkie zle vczinki, ij ten zli vmisl z umislu swego wirzuczili smij, i teras Brath nasch tesch, vielki krol Sigmunt na Oijcza swego miejscze vielkiego Krola Cazimierza, ktore zle vczinki biwali za krola Olbrachta, ij za Krola Alexandra k nam, A tak te zle vczinkj ij ten vmisl tij Brath nasch vielki Crol wirzuczie, ij zebij to schli: schącz nieprzijaciele naschj, bali ssije, a przijaciele radowali ssije, Cdziez ia Czarz Sahibkierej Brathu naschemu Sahibkier Sigmunthowj Crolowj, prawdzi: wie braczka przijasn okazuijącz, dozwolilismj wielkiego Xiąstwa Lithewskiego ij Coronij polskiej kupczom dobrowolnie przicz, ij dobrowolnie odicz, do Cazibowa Soli bracz, wedle stara dawnego obiczaia, do Kijowa, do Luczka ij do ijnschich Zamkow soli przipravwiacz, za strozą naschich ludzj, Ziesli wkazibiewie naschim ludziem ktora szkoda od ludzi naschich ssije stala, Mi im chczem thim wschem kupczom iako Coronij polskiej, tak vielkiego Xiąstwa Lithewskiego bogatim ij vbogiem, dobrowolnie prijscz do Przikopa, i do Caffi, ze wsselakimi rzeczamj kupieczkimj, ij stargowawszj mito wedlie staradawnego obiczaia oddawsschj dobrowolnie odicz, iako wtim naschim liscie vischej ijst otim oznaijmiono, ijsch zawszdj te slowa nasche bendziem pelnicz, niczego z nich niewistepuijącz, ij Sinow swogich, ij vielikie woiska swoije, na Moskiewskiego ij na ijnschich nieprzijaciol twogich, ij gdzie kolwiek tobie potrzeba vkazij, bendziem slacz. Ku panstwam Bratha naschego wielkiego Crolija Zigmunta

iak do Coroni Polskiei, tak y kw wielkiemu Xiestwu Lithewskiemu Voijska swoie, y wielkie y male nie: bendziem slacz. Ja sam Czarz Sahibkierei y moij Sinowie Czaronicij, y Vlani, Knijasij, y Murzij, niema: yu possilacz. Mi chczemi thego strzecz, y mami bronich abi thim Dwum Panstwam waschim Zadney zkodi niebelo od nas y od naschich ludzij, A ieslibi ktorzij lu: dzie naschij vielcij albo mali Zwiedzenim naschim, y bes viedzenia wkradkij wpanstwa wasche wschod: schij, ktore zkodi vczinili, tedi mi taludzie nasche, ktorzij bi to mieli vczinicz mami karacz, y plon ieslibi przivielij Spanstw wasschich vnich mami odiimacz, y dobrata naschego Crolia Jo M. sthare go y mlodego, ku Pan: stwam ich M. odssilacij, A iesli bich ia Czarz Sa: hibkierey thich wsszitkich slow swoich niespraviel y niepopelniel, y ot thakowich vczij ludzij swich nie: vinoval, iak Synow swoijch Czaronizow, thak y Vlanow, y Knijaschij, y Murzow, y wsschech ludzij swich vielkich y malich, J tim bi dwam Panst: wam, iak Caronie Polskiey, tak y vielkiemu Xiesi: twu Lithewskiemu, ktora zkoda sziesstala od nas y od ludzij naschich, tedi ty Brath nasch vielki Crol Zigmunth y Sin V. m. vieliki Krol Zig: munth Augusth, tego roku niemazie nam vpomin: ku Zlotich, y ssukien przislacz, ktorech vpominkij opissane sz wtim naschim lisczie, Jesli ty Brat nasch Krol vielki Zigmunth, y Sin W. M. Crol viel: ki Zigmunth Augusth do sziebie prawdziwu po nas brazku przijasn obaczizie, Mazie bratha naschswoiego kosdego Roku, timi vpominki vpomi: nacz Za tczinasczie tyssziucz Zlotich suknami, to iest Skoronij Polskiey dwije szie postawow lunskich

bes trzech a z wielkiego Xiÿęsthwa Lithewskiego
dwÿe ÿiu postawow bes trzech, A mi koszi postaw mami
przÿjmowacz po trzidzieszi i potrzi zlotich czrwonich,
a ktorim dwa Tÿsszÿącza zlotich wie sloze, to wssi:
tissiącz sthko pÿęmaszie zlotich vczini, J ma Brath nasch
knam thi wsszitkie vpominki Szmana ÿ zlote na
dzien Swÿętego Jerzego wiesnego poszilacz vodnę
drogę, A gonzow ÿ poslow swogich mi do vas Bra:
ta swoÿego mnohÿcz niebędziem possilacz, ÿedno we:
dle dawnego obiczaÿa, napierwÿ od nas Possel, a od
Czarzicz od zon naschich, ÿ od Dziewek naschich, ÿ
od zon Sinow naschich, ÿ od Czarzonicza starsego,
ktori iest na mieÿszu naschim ÿ ot thich Czarzonigow
ktorzi podnim są, ÿ od cztrzech Panow wielkich, ÿ
ot thich Murz, ktorzi podnim szÿedzą po dwa Murzi,
wieczi tego ÿch niebędziem slacz ÿ nieposlem. A kto:
rzi tiech Gonzowie, ÿ Poslowie od ziebie Bratha na:
schego, ÿ od Sina twoiego mlodego Krolia Bratha
naschego do nas będą przÿeszdzicz, mi ÿch bes wsche:
lakiego omieskania bendziem odprawowacz ÿ odpuszczacz,
ÿ zadnich trudnoszi ÿ lekkoszi ÿm samim ÿ slugam
ÿch. mi sami ÿ naschi Sÿnowie Czarzowiczi, ÿ vla:
ni, Knÿazi. ÿ Murzi. niebendziem ÿm wirządzacz,
ale dobrowolnie ÿ spokoinie ich mami odpuszczacz, Jakosz
ia naprzod sam Czarz Sahibkierej, ÿ Sÿnowie mogi:
mi Czarowiczi, ÿ z vlani, Knÿaszi. ÿ z murza:
mi, ÿ zewssitkimi ludzmi mogimi ÿ wssiem Possol:
stwem, Prawdziwie nato Przissiegami, ÿ przisie:
galismi przed stworzizielem naschim ÿ nieba ÿ
zÿemie na naschim Jlkoranie, vam Brathu na:
schemu, ÿ Sinu .W. M. mlodemu Crolowi Zigmun:
thowi Augustowi, prawdę swoÿę dal, ÿ dzieciom

naſchim, Braczkę przijaſn prawdziwie trzimacz, ij na:
ſchim pothomkom, po tennſch ſchię ſprawowacz, ij thwo:
gim dwam panſtwom, iako Coronie Poſkie, tak ij viel:
kiemu Xięſtwu Lithewſkiemu, Zamkom ij Mijastom,
ij wſſiam, ij woloſcziam, ij wſſem ludziem thwogim
od naſ ſamich ij od Sinow naſchich vielkich ij malich
przeſ to zadni zkodi, ij zlich vczinkow niebendzie ij to:
bie Brathu naſchemu Brathu Zigmunthovi vielkiemu
Krolevij, ij Sijnovi thvoiemu mlodemu vielkiemu Crolovij
Zigmunthovi Augusthovij, ij oboijgu Panſtwa waſche:
mu przijaſn Braczkę prawdziwie mamij, takiako
uſt viobraſchono wtim prawdziwim naſchim dokon:
czeniju, Zwami bratem naſchim na teij prawdzie ij S:
Sijnem thwogim mozno ſtacz ij ſlow naſchich nie:
bendziem ~~rozdwoiacz~~ roſdwoiacz.
Braczie naſch vielki Krolu, miedzi nami przijſſię:
ga tim zawijązana, ij natim ſlovie ſtoiem, ijſ bich
ia ſam ſmogimi voiſkij wpanſtwa vaſche voijovacz
niechodzil, ij Sijnom ſvoijm Czarzowigow, ij vlanom,
Knijaſſom, ij Murzam, ij wſſem ludziem mogim,
ij vielkim ij malim niedopuſczal, ij ijch nieposſilal,
A ieſli bi ktori Sijn moij, albo vlan, albo kniaſch,
ij Murza, ij ktoriſſkolviek zlowiek zludzij naſchich,
beſ viedzenia naſchego, v kradkę w Panſtwa va:
ſche wſſedſſij voijowal, ij plon przivodl, à tego biſmi
ſſię dovied zieczmogli, tedi mi takonego chczem gar:
dlem karacz, à czeladz ij wſſchelakie rzeczij v niech
odięwſchij kv panſtwam vaſchim na zad poſſilacz.
Niſſij za Oczakow za Bialogrod, à za Ozow niezego
niemowiję, bo to ſſę zamki niemoie, ij tam ſſę kozaci
ktorzij voijnuję, ale niewmogij mozij ſſę, v Czarza
Tureczkiego, za tich ij tij Brathę naſch Krlu przijſſię;

dze naß nieprziwodzi, ÿ ÿa zatich kozakow wam nieprzißßiegam, bo iest ten Swiath wdni Tureczkiego Czarza ludzie kv mnie ÿdą, a mogi kniemu ÿdą, Mogi ludzie iesli bendą tam wÿnni, maÿą za to tam karani bicz, A iego ludzie ÿesli wmnie winni bendą maÿą tu karani bicz, ÿ dlategom kv przÿßßiedze swogi thich kozakow niemieschal, ÿsch sią ludzie Czarza Thureczkiego à niemogi, ÿ mnie ssią niepostu: ßnÿ, Ja czeladz v nich odÿąwßßi tesch wroczicz tobie na zadnie niego, ÿ tego od nas niebendziecie miecz, A iesli bendzie wola vascha wedle naschego slowa, mÿ przißßiegi niedawßy zadnim obiczaiem, niebendziem zwami walczicz, J przißßiegami we: dle naschego zakonu sto tißßÿączmi ÿ dwadziesczia tißßÿączami Prorokom, ÿ naschemu prawdziwemu prorokovi Mahometowi, Mustuffie, wallahlilah, tallah, Swijethi Boze, Swijenti mogi, Swijety bes: smiertnÿ, raczi bicz przi naschej tej przÿßßiedze, ÿ postalismi ten nasch list dokonczoni pod naschą zlotą pieczęcią. Pissan W Kijerkÿlije od Mahometha proroka naschego. Roku Dzÿewijęcz: ssetnego, Czterzidziesczi ÿ Sijodmego. Mijesßią: za Aprilis. XXV.

Sigismundus primus Rex Polonie
Solimano Thurcarum Coesari

SErenissime etc. Rediens à Mte vrá Legatus nr grata nobis oīa retulit, Quo noīe Mti vrá grás agimus, quod postulationū nrarum tantam rōnem habuerit, Coeterum illud Mtem vrám celari noluimus, quē promissa per illam sunt Legato nró ea nondum esse prēstita. Nam neqȝ ad loca vbi greges pascuntr prater voluntatem nram quisquam venit à Mte vrá. neqȝ captiui sunt nobis restituti, Cuius rei causam ex interprete hoc nro Mtas vrá cognoscet, À qua petimus quod semel est pollicita, vt id primo quoqȝ tempore confectum dare velit. Rem nobis gratam et oīa vicissim officio nró compensandam factura. Datū Vilne decima Julii Anno Domi. Mo Do Xlo

Sigismundus primus rex Polonie Hieronimo Rorario Pauli tercii Pape Oratori a nobis Romam reuerso

Magnifice etc. Non est nobis dubium quin teneat memoria S. tua, que se isthic de Annatis in rem nostram acturam nobis receperit ac iam aliquid ab ea profectum esse confidimus, Ita enim nobis de studio in nos Stis tue persuademus, nihil eam cure, diligentie, et laboris pretermississe, in dimidia saltem annatuam reliquarum pecunie que a recens factis Epis isthuc transmitti solet: pro Regni nri necessitatibus impetranda, Nunc accidit vt mortuis aliquot in Regno nro Epis, alii sint nobis in eorum locum nominandi, Quare hortamur S. tuam atque ab ea postulamus, det operam, vt quam illi pecuniam e Regno isthuc exportare tenentur, eius dimidiam partem pro necessitate Regni nostri relinquere hic possint, Nam si antea periculum nobis nobis impendebat Valachia per Thurcas occupata, nunc multo maiore versari videmus in discrimine, cum et Vngarie Regnum alterum non nostrarum modo ditionum, Sed et totius Christiani orbis propugnaculum in ancipiti esse videtur, periculumque ingens, ne vtraque ex parte, vicinos Turcas habeamus, Quare quantum potest, tantum contendat et elaboret S. tua, vt S. D. noster, perspectis iis in quibus versamur periculis, et eius que nunc, et que postea erit eadem de causa pecunia efferenda, dimidiam partem perpetuo nobis donet, Nos vero et Sanctitati eius hoc nomine multum debebimus et erga Stem tuam gratos nos et memores prestabimus Vilne. 16. Nouembris Anno. 1540.

Sigismundus primus rex Poloniæ
Antonio S. Quatuor Coronatorum
Protectori

Est in magno Ducatu nr̃o Lithwaniæ, vir, et moribus & doctrina præstans, venerabilis Joannes à Domanow præpositus Ecclesiæ Cathedralis vilnen:, Ei, quominus altius ascenderet, non alia res fuit impedimento, quàm quod duobus dextræ manus digitis, indice et medio, absq3 quibus per Canones nemini licet esse sacerdoti, caret. Nihilominus authe apostolica cum eo est dispensatum, ac omnibus sacerdotis officiis decenter fungitur, Ita vt non intelligamus quominus dispensari quoq3 cum eo possit, vt qui sacerdos est, Epus esse queat cum quæ benediat et consecrat Sacerdos, non sint minoris estimáda, quàm, quæ ab Epó benedicuntur et consecrantur, Neq3 tam fortassis corporis et membrorum, quàm animi et morum integritas in Epo sit requirenda, fecerit itaq3 nobis pergratum R. P. vrá, si breue S. D. nři obtinuerit, quo cum eo dispensetur, vt si quæ vacatio contingat, liceat ei in Epum consecrari, Non fugit nos per supplicationes signatas hoc ipsum eum consequi posse, Sed quo maior accederet authoritas, per breue potius dispensationem hanc eum obtinere cuperemus. Dat: Vilnæ, decima octaua Nouembris. Anno Dom̃i. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Palatino Calissien

Magnifice etc. Perfertur ad nos esse quasdam simultates inter Nobiles nonnullos terre Calissiensis, atque eas ita exarsisse ut si nominandorum Notariorum terrestrium causa conventum egerit hoc tempore S. tua, praestari vix possit quin magnum illis in tumultum exeat. Cui rei cum nos pro officio nostro providere oporteat, ne cedes alique fiat, neve tumultus existat, admonendam ea de re S. tuam putamimus. Quam hortamur ut si quid impendere periculi viderit, differat potius in aliud tempus Conventum hunc dum odia ista restinguatur, aut saltem rationem reperiat eamque nobis perscribat, qua sine cede et tumulto Notarius eligi possit, Nos Juribus et consuetudinibus Regni refragari nolumus, Sed nostri tamen muneris est porro prospicere, ne tumultus aliquis oriatur, Quod si prorogare satius visum erit, licebit S^ti tue constituere, Interim aliquem qui Notarii vice fungatur, Sin autem eo iam res adducta est, ut nullus prorogationi sit locus, omni cura provideat S. tua, ut quiete et tranquille Conventus iste transigatur, factura pro fide atque officio suo et gratia nostra. Datum in Mazicio: vigesima quarta Maii, Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie,
Palatino et Castellano Calissien

Magnifici sincere nobis dilecti. Accepimus lras S. vestrarum, quibus qui sint nominati isthic Notarii terre Calissien, nos certiores reddiderunt, Quoniam vero Senatorum et Consiliariorum Regni nostri sententias variare videbamus, qui scriptis ad nos lris diversos nobis comendabat, atq alii hunc alii alium à nobis Notarium renunciari petebant, Nos nolen quemq contristare, si alterius potius quam suam apud nos comendationem valuisse cognovisset, Notarium designavimus Generosum Bartholomeum Zebrzidowski Aulicum et servitorem nostrum, de nobis benè meritum, Qui ea est fide et integritate, ut ei munus hoc rectè per nos mandatum videatur, Cum praesertim aetatem suam teneriorem in lris consumpserit, atq in his tantum profecerit, ut satis ad hanc provinciam sustinendam, aptus et idoneus existimetur, Huic itaq cuius et fidem et profectum in lris exploratum habemus, Mandare munus Notarii maluimus, quàm alicui ex his qui nobis qui nobis prorsus ignoti comendabatur, Neq dubitamus quin et Stes vre, et reliqui Senatores et Consiliarii nri, quod factum per nos est, id boni sint consulturi.
Dat. vilne, prima Septembris. Anno Dom. 1540.

Sigismundus primus rex Poloniae
Petro Gamrato Epo Cracovien

Rnde in Chro pater sincere nobis dilecte, agimus gra:
tias P. vestrae, q non per literas modo verum etiam per
Nunctium nos suum viserit, neq hanc tantum re singula
ri studium erga nos suum et observantiam ostenderit, sed
multo magis etiam id declaravit, ea cura et sollicitudine,
qua non mediocri afficitur de Serm(a)e filiae nostrae Reginae
Vngariae rationibus, Probatur nobis consilium P. vestrae
quod cum nostra quoq et Senatorum hic nrorum sen:
tentia plurimum congruit, Nam et nobis et illis idem iam
ante fuit visum, Itaq misimus volucrem Nuncium
ad Magcum Petrum Cmitha Palatinum Cracoviensem,
atq eum lris nris hortati sumus, ut hanc provinciam
susciperet, quod eum non gravatim facturum confidi:
mus. Cui collegam quidem nullum adiunximus, sed
eadem tamen prope mandata dedimus, quae visum est
P. vestrae. Nam si, quod vehementer optamus Serm
Do: Vngariae Reginam salvam et incolumem invenerit, ni:
hil aliud, quam gratulabitur natum filium Sermae
filiae nostrae, festos dies unacum Mte eius aget,
atq una cerimoniis omnibus nostro nomine intererit,
cum sacro fonte puer levabitur, Si vero, quod
Deus omen obruat, factum esse aliquid de Sermo Re:
ge cognoverit, tum et privatim et publice Senatores
et Consiliarios Regni Vngariae admonebit, quo et
Sermae filiae et Sermi Nepotis nostri, eam quam par
est rationem habeant, ac quibuscumq poterit rationibus

eorum animos conciliabit. Si vero Serm Vngarie Re:
gem repererit, viventem quidem, sed morti proximum:
atqz ea valetudine, vt nulla spes sit vite longioris. exitum
expectabit, neqz prius ad nos revertetur, quam vel acciderit
ei aliquid humanitus, vel quod malumus plane
fuerit confirmatus.

Ad Serm Regem Ro: nulla ei mádata dedimus sed ob:
servare tamen diligenter iussimus, quicquid aut ipse, aut
Oratores ipsius fuerint machinati, nosqz tempori de rebus
omnibus facere certiores. Misimus duos volucres Nun:
cios ad Serm Do: Ro: Regem, iam inde ab aliquot men:
sibus, eorum neuter adhuc rediit, in horas tamen reditu:
ros speramus, ex hiis quid agatur ibi cognoscemus: atqz
é re nata consilium capiemus, De nostro quoqz isthuc
reditu certi aliquid statuere poterimus.

Quod Thartaros attinet, Speramus nihil hoc anno ab
illis fore periculi, nam donativum illis per nos mittitur,
quo eos adduci posse speramus: vt in Moschos potius ar:
ma sua convertant, Vrá tamen Ptas studium hoc in
propulsandis à Regno nró periculis plurimu comenda:
mus, Futurum est, vt eam tali erga nos Regnumqz no:
strum animo fuisse minime pæniteat, Illorum tamen offi:
cium non est nobis gratum, qui sparsis istis vanis et mer:
tis de hoste rumoribus, trepidationi hominu causam
prabuerunt, et vt rerum suarum iacturam non medio:
crem facerent impulerunt.

Nos Deo sit gratia melius iam valemus, quam ante
aliquot dies valuimus, et fiduciam in eo habemus, qui
nunquam fallit, quod brevi pristinam valetudinem re:
cuperabimus. Bene valeat P. vrá. Vilne vnde:
cima mensis. Augusti. Anno domini Millesimo
Quingentesimo Quadragesimo,

Sigismundo primo Regi Polonie
Georgius Epus Varadien thesaura:
rius regni Vngarie

SErme Princeps domine domine clementissime obsequij mei fidelissimi sinceram perpetuamque oblationem. Anno praeterito delegatus eram à Sermo Do: Joanne Vngarie Rege, Domino meo clementissimo. Serme Rex summo omnium ordinum consensu ad Legationem Turcicam, in causa negotiorum huius Regni Vngarie, undequaque afflictissimi, ad excellentissimum Imperatorem Thurcarum, Que legatio tametsi plena laboris ac difficultatis existebat, nihilominus pro comodo Mtis Do: mei clementissimi, et Regni emolumento, eam non detrectabam, neque invitus capessebam, Nihil sanctius arbitratus: quam si vel Principi bene merito, vel patrie ac Reipub: Christiane pro exigui ingenii mei facultate, studium atque operam navare possem. Cum dum totis viribus incumbo, omnesque de conditionibus consultatur, dum munera conquiruntur (attrite enim huius Regni opes sunt) dum necessaria ex dignitate tanti Principis paratur, Annus elabitur, his tandem comparatas, diversae ac ingentes ille quidem difficultates, quae foelicitatem Mtis Regiae domini mei clementissimi semper secute sunt, novarumque rerum ac factionum studia, quibus hoc Regnum ab initio redundavit, emerserunt, quae non solum Legationem meam sunt remorate, verum etiam sollicitam Mtis quoque Regie diligentiam fecerint, effectumque est, ut tam necessarie legationis progressus nullus hactenus (sine id Dei iudicio

sine nra calamitate contigerit) datus est, atq3 vsq3 adhuc præsentia tempora prouectus, Nunc enim toto pectore illam pro conseruatione rerum Vngaricarum per:agere instituissem, obtentaq3 grã Mtis domi mei cle:mentissimi itineri ac functioni officii mei me comisis:sem, spatiumq3 terrarum emensus, subito Nunctium acce:pi, qui Mtem Regiam dom meum clementissimu alio:qui valetudinariam, morbo acriter ingrauescente nun:ciaret, me ex itinere eius Mts nomine reuocaret. Quo cum (neq3 enim aliter facere audebam, neq3 tanti res momenti aliud suadebat) reuersus fuissem, inueni eius Mtem vti erat grauiter afflictam, non destiti illico pro euocãdo Medico Budam mittere, quem Mtas Regia D M C percepto partu Sermæ dominæ nostræ Reginæ, filiæ Mts vræ. ne in eo quoq3 casu illi dees:set, pro cura eo transmittendum priuata valetudine ne:glecta, non dubitauerat. Qui cum celerius opinione ve:nisset, homo in ea arte vsu et consuetudine propter ætatem et doctrinam insignis, Joannes Maria nomen est, instituimus omnem omnes operam et diligentia opitulandæ valetudinis causa præstare, Ibiq3 quinde:cim dies integros in dolore comoratus sum, quem ex duplici malo, valetudine vrãt regia, et susceptæ ad:modumq3 necessariæ Legationis meæ mora ingentem, ca:piebam, verũm cum aliquanto conualuisset, ipseq3 Me:dicus salutis spem indubitatam faceret, recepto iterum à Mte D M C commeatu itineris continuãdæ Legatio:nis meæ cursum peragebam, dumq3 longius quam prio:re itinere fuissem preteruectus, insperato et præter omnium opinionem ac expectatiõem, lrã dominorum Consiliariorum Mts D M C me consequuta sunt, quæ Mtem Regiam in vltimo vitæ discrimine versari

significaret, meq3 summis obtestationibus cogerent, vt institutum iter absoluerem, Ego vero neglectis, vt fit in tali re omibus aliis dies et noctes ad Mtem D. M. C. accurri et reuersus sum, quo dum veni, offendi iam exanimem, et fere animam agentem Hausfala: nitatem non solum Regno Vngariae, sed Principibus quoq3 ac Reip: Christianae exitiosam arbitramur, Qui dum viueret e manibus tam potentissimi Impe: ratoris Regnum Vngariae sua pruden^a eliberauit, magnarumq3 rerum gerendarum in Christianum or: bem occasionem Turco frequenter ademit, Quare cum animo diligenter recenserem, quae beneficia quamq3 cumulatam benignitatem in omi rerum ac statuum euentu Mts D. M. C. receperim, quantas fi: dulitate animi mei contra obsequutus fuerim viuo, comittere non potui, vt ea sublata, studium meum integritas, constantia, et fides suis decesset, Maxi: me vero memor verborum illorum, quibus in Vi: schegrad arrepta manu me sinistra, Dextra vero Serenissimam dominam Reginam Mts vestrae filiam tenens, conceptis verbis contestatus est, Si quid sibi humanitus contingeret, fidei meae eius curam et liberorum suorum comendaret, et traderet, Ac dedit ad hoc singulare vocis extremae morientis testimonium, quo Mtem Reginalem cum filio suo noviter nato, ac à Deo dato, in fidem et curam tutelae ac educationis Spectabilis & Magnifici

Zapolia Domini Petri Petrouicz à Zapolia Comitis Themi: ssiensis fris sui ac meam deligauit, Cum aliqui quoq3 tot Arcium cura Budensis, et Vissegradiensis, aliarumq3 Regiarum et Ciuitatis Cassouiensis, et illa: rum quoq3 quae in Transsiluania sunt, officio meo

incumbat, atque ex his Principatus Sermae Reginae eiusque filii pendere videtur, a Legatione supersedi ne Sermae Reginae nostrae perinde e Regno esset excedere necessarium, ac nonnullis aetate nra Regibus huius Regni contigisse vidimus: quod ut oculis ne cernamus: maluissemus honestam mortem oppetere quam turpem rerum exitum videre, Igitur habito consilio cum his qui Mts R. D. M. C. praesentes erant Consiliarii, Decretum est Rxm Do: Joannem Czeky Epum quinque Ecclesiarum Mts D. M. C. a summis consiliis amanuensem, qui alias quoque simili legationi interfuit iisdem muneribus, eadem instructione, ad Imperatorem Turcarum mittere, qui iam recta eo proficiscitur, per quam diligenter ac summis precibus supplicamus, ut ad reliqua immortalia beneficia sua, quibus Principem nrum Regemque Ungariae prosecutus est hoc quoque cumuli adjiciat, ut filio Regium confirmet, eumque pro haerede instituat, Ego enim cum parenti (qui utinam nunquam decessisset) vivo integra fide obsequutus sum, eo nobis a Deo adempto, omnia studia, officia fidei meae pro debito rostrani et gratitudinis meae exhibere ac praestare Dei Opt. Max. ope, charitatiua Voto meo conabor, Quapropter Mti vrae tanquam Domino meo clementissimo, in cuius gratia summam spei meae collocavi atque fixi, supplico, dignetur omnem curam adhibere, qua Serma Domina Regina nra et filius suus Nepos Mtis vrae ab omni iniuria et periculo conservari possit, Nos quantum facultates nostrae suppetunt nullo tempore deerimus, sed absque consilio, ope, et auxilio Mts vrae tantae rei non sufficimus: quae ut suis charissimis praestet Mtem vram pro mea fide et Mts vrae pietate ingentibus quibus possum extremis precibus oro obtestorque Caeterum ad rem pertinere videtur (salvo tamen Mtis vrae prudentissimo consilio) ut Mtas vestra

sollennem Oratorem suum mox ad Imperatorem Thur:
carum expediret, qui vna cum nostro, communi con:
silio et studio laboraret, operam darent, intercederet,
vt Imperator Thurcarum auvat praedicto domino petro
Petrovicz Comiti, etc. Mtis Regiae D. M. C. fratri,
Nepotem Mtis vrae fris filium educare, tutelamque
pueri, illi committere: vtque Serme Reginae curam
habeat, qui homo singulari in frem fide, tum in Serm
dominam Reginam obseruantia et integritate est,
Neque vlla ratio conseruandi Regni et haeredis Mts.
Do: m. C. alia iniri posse videtur, Nouit enim Mtas
vra praesentium temporum ac hominum perfidiam, quo:
rum proditionibus Mtas. D. M. C ad extremum
vsque exagitata est, id vt ne eueniat haec summa est
ratio et vnica, tum Mts vrae auxilium et praesidium,
Illud quoque non ab re foret ad Serm Galliarum Re:
gem per postas celeriori quo possit cursu mittere, quo
pro fraterna coniunctione: quae illi cum Principe nro
intercessit, cum Mte vra manet, Oratori suo in
porta Imperatoris Turcarum existenti mandaret,
nouamque informationem ijsdem de rebus daret,
Arbitramur fore, vt Nepos Mts vrae ad intercessionem
tantorum Principum, qua est Imperatoris Turcarum
benignitas et clementia non reijceretur
Neque hoc omittendum agere per Oratorem apud Sa:
cratissimam Catholicam Caesaream Mtem, vt Se:
renissimum Ro: Regem cohibeat, ne in Regnum
Vngariae quicquam tentet, neue solito more irrumpat
et bello calamitates infligat, quoadvsque nos Conuentu
indicto, quid Regno conseruationique eius conueniat
statuemus. Nam testamur, filium Do: mei clemen:
tissimi pro haerede Regni, et defensione omnibus

omnibus modis: viis et rationibus, quecunque humano inge-
nio excogitari poterint, auxilio Dei Opt: Maximi et
Mtis vestre totis viribus nostris defensuros. Mtem ve-
stram foelr faustèque cum suis charissimis valere opto,
cui fidelia obsequia mea iterum iterumque humiliime ac
confidentissime offero. Datis ex Ciuitate Zassebews
Transsiluanie Decima octaua mensis Julii Anno do-
mini 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Alexandro Sculteti

est supra

Venerabilis grate dilecte. Meminimus nos dare tibi saluum
conductum ad festum vsque proximum S. Michaelis du-
raturum, vt qua de re coram nobis amici tui questi sunt,
per te non stetisse, quominus Judicio te sisteres, sed Nu-
cium tuum detentum fuisse: cum ipse per morbum ve-
nire non posses, id coram certis Comissariis nostris ita
esse probares. Quoniam vero perfertur ad nos te Sal-
uo isto Conductu abuti neque hoc agere et vera esse
doceas, ea que ad nos detulisti: sed cogitare potius
quemadmodum interea temporis quamplurimis negotia
pro more tuo exhibere possis, id quod appellatio tua
interposita duodecimo die, antequam per nos senten-
tia proscriptionis lata est indicat, Unde etiam conie-
cturam facere licet, nunquam te eo animo fuisse, vt
causam coram nobis dicere velles de hijs de qui-
bus eras coram nobis accusatus, Ideo detrahendum
tibi aliquid de Saluoconductu tempore duximus
Mandamus vt ante festum Assumptionis beatissime

Virginis Mariae coram Commissariis tuis nostris sistas, atque ostendas et te aegrum esse, et Nunctium tuum detentum esse, Quod nisi ante id tempus cognita causa fuerit, atque id per te stetisse constiterit, tum te pro proscripto haberi, neque diutius Salvo conductu per nos dato gaudere volumus, nisi forte quod intendis id probaveris, teque morbo laborasse, et Nunctium tuum detentum fuisse, tum vero decretum proscriptionis nostrae rescissuri, teque in integrum restitutum ad causam coram nobis dicendum essemus admissuri. Datum Vilnae XXIJ Julii. Anno Domini. 1540. Regni nostri XXXIIIJ

Sigismundus primus rex Poloniae
Ioanni Dantisco Episcopo Varmiensi

est supra

Quae scribit ad nos Paternitas vestra de stipendiis quae Lipsiae debentur hiis qui ex terris nostris Prussiae propter ingenii cultum capiendum eo proficiscuntur, atque a nobis petit, ut rationem ineamus: qua provideri queat, ut ne stipendia ista intereant, si nemo ex terris Prussiae Lipsiam fuerit profectus, ea abunde intelleximus. Caeterum quod petit a nobis Paternitas vestra id ipsi potius eam ut faciat hortamur: rationemque nobis comostret: qua stipendia ista conservari possent, Nam si alia non est quam ut libera sit hominibus nostris Lipsiam profectio, etiam atque etiam videat Paternitas vestra ne dum capiti medeij debeat vulnus curasse videatur, nobis certe minor esse stipendiorum quam animarum iactura videtur. De caeteris rebus ex literis Reverendi domini Samuelis Episcopi Chelmensis et Regni nostri Vicecancellarii vestra Paternitas cognoscat, Vilnae 24. Julii. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Dantisco Epo Varmiensi

est supra

Quod attinet ad edictum nostrum de non ferendis his in Regno nro qui pravis haereticorum opinionibus imbuti sunt; deqz revocandis qui in locis de haeresi suspectis commorantur, de eo non est necesse P. vram omnia ad nos referre: plerisqz in rebus suo iudicio utatur licebit, Scholas Lutheranas vitari volumus ab omnibus qui sunt ditionis nostrae, Libros itidem haereticorum a quoqz legi prohibemus neqz passuri sumus: ut eorum dogmata qui in terris nostris spargat, Quominus autem liceat alicui, aut mercaturam facere, aut artem aliqz exercere, in vicinis locis difficile caveri potest. Propius haec res ad P. vram qz ad nos pertinere videtur, nam illa in animas Dioecesis suae, nos in corpora tantum imperium habemus, Illius itaqz proprium est munus providere, ne qua labe mentes hominum inficiantur, Nos nram ad eam rem autem libenter Pti vrae accomodabimus. De Elbingensibus, gratum nobis est: quod officii sui memores P. vra dicto se audientes fore pollicentur, Erit autem gratius, cum quod verbis promittunt, id eos re ipsa praestitisse cognoverimus: De stipendiis Lipsiensibus vra P. iudicium facimus, ea ne satius putet interire, an ut pereant, tot animae, quas Chrs suo sanguine pretioso redemit: pestilentissimis de fide et religione opinionibus infectae, Sed si ratio tamen aliqua reperiri queat qua salva esse possent

stipendia, etiam ut nemo Lipsiam proficiscatur quàm
diu hæc ibi tam seva animorum pestis grassatur, modo
ut eam nobis ostendat P. vrã. libenter eam amplectemur,
et ne intereant stipendia pro virili nrã providere cu-
rabimus. Sed si alterius sit rei iactura facienda, nobis
quidem stipendiorum quàm animarum iactura minor
esse videtur.
De moneta scripsimus ad Illm do: Ducem Prussię
ut ab ea cudenda supersedeat, omi etiam cura promi-
debimus, ut qui eam adulterant, hii deprehensi debi-
tas pænas dent.
De Alexandro quæ petiit P. vrã ea concessimus, quem-
admodum ex hiis quæ mittimus P. vrã. cognoscet
Dat. Vilne. 25. Julii. Anno. 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape Tercio

est supra

SAnctissime, cum ex l[itte]ris Sanctitatis v[est]rae, tum ex ipso Reverendo in Chr[ist]o d[omi]no: Joanne Camenecen[si] Ep[iscop]o abunde intellexi: quam illustri cum gratia S[anctitas] v[est]ra exceperit, quamq[ue] alacrem se praestiterit in ijs omnibus de quibus non privatae meae sed publicae utilitatis causa S[anctita]ti vestrae supplicavi, quo nomine ingentes illi ago gratias, Ac quo maius in mora esse periculum video hoc peto vehementius, ut quavis cunctatione semota, semel editum toties autem prorogatum Concilium istud, ita ut se facturam recepit, habere tandem aliquando incipiat, Nihil mihi longius est, quam diem illum videre quo congregabitur, multum enim positum esse in celeritate video, cum maior indies fiat sociorum defectio. Quare quanti me facit S[anctitas] v[est]ra, vel potius quanti suam ipsius et reipublicae Christianae salutem facit, tantum quaeso contendat et elaboret, ut non meo magis quam piorum omnium pio desiderio satisfaciat, quam de se nobis expectationem concitavit, ei respondeat, ac quod verbo toties, hoc re tandem tam exoptatum Concilium omnibus cunctisq[ue] morae causis praecisis nobis exhibeat, et piorum omnium animos reddet ea re sibi devinctissimos, et nomen suum ad immortalitatem consecrabit, et Deo Opt: maximo nullam offerre poterit victimam gratiorem, ac si quid aliud, hoc illi ad misericordiam eius consequendam maxime pertinebit.

Sed & privatis meis petitionibus p[ro] locum dederit S[anctita]s

vestra, ago illi gras. Illud miror, neq satis æquo ani:
mo ferre possum, esse quosdam, qui quæ mihi à Stë. vra
liberaliter sunt concessa, de hijs delibare aliquid non
dubitent, Ita enim ad me perfertur, quas in breui suo
concesserat S. vrá. facultates, de his, Legati mei
discessu nonihil esse detractum, quas ego non esse
concessas ferrem facilius, quã postea commutatas, qd
quorum opera factum est, ij non meæ magis quãm
vrá. Stis. personæ et dignitatis obliti videntur, Quid
enim est Sti vrá dignius, quãm vt quæ semel ab ea
:et: data sunt, ea perpetuo firma sint: rata, Quid autem
Regibus minus ferendum, quã si ita cum eis per ipsos
agatur iocalariter, vt quæ fuerunt paulo ante con:
cessa liberaliter, ea non ita multo post negentur inde:
core, Quod superest opto Sanctitati. vrá. sanitatem
diutissimam. Datis Vilnæ. XXva die Mensis Julij
Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali S. Quatuor Coronatorum regni Protectori

est supra

Rme. Gratum nobis fuit ex Sanctissimi do: nostri l(itte)ris cognoscere: quam illustri gratia Legationem nostram exceperit, quamque se promptum et alacrem praestiterit in his quae nostro nomine sunt à S(anctita)te eius petita, sed nobis omnis mora longa videtur qua Concilium istud non congregatur, neque enim sine magno Reipublicae Christianae periculo rem in longum extrahi videmus. Quamobrem à R(everendissi)ma P(aternitate) v(est)ra petimus ut pro ea qua valet apud Sanct(issimu)m do: n(ost)rum authoritate omni studio contendat et elaboret: quo semel indictum toties prorogatum Concilium istud tandem aliquando omni cunctatione semota haberi incipiat. Nihil nobis gratius, nihil toto orbi Christiano conducibilius R(everendissi)ma P(aternitas) v(est)ra praestare poterit, et nos sibi devinctos habitura, et apud homines laudem et gloriam, apud Deum vero gratiam et misericordiam consecutura.

Quod privatas nostras petitiones attinet, renunciatur nobis aliter nunc esse Breve perscriptum quam fuit ante Legati nostri discessum, atque esse nonnulla de facultatibus absenti detracta, quae fuerunt liberaliter praesenti concessa. Miramur et molestè ferimus tam parum consideratos esse quosdam, ut non modo nostrae sed ipsius tamen Sanct(issi)mi domini nostri personae et dignitatis prorsus obliti videantur, Etsi enim nobis indignum est quae semel concessa sunt ea adimi postea et commutari. / multo tamen id nobis minus dignum videtur. S(anctissi)mi.

Do: nri, cuius Chri in terris vicegerentis, constans esse debet et perpetua voluntas. Rogamus Rxmam P. vram, ut velit providere, quo maior isthic ratio nostre dignitatis habeatur, cui cum consultum fuerit, eadem opera ipsius quoque sancte sedis dignitati consultum fuerit, ~~eadem opera~~, que male audit eo nomine, quod non aeque ~~tam~~ tenax in eo quod semel concesserit, firmum et ratum semper conservando, atque facilis est in concedendo. quod nos, absit, ut aliqua Sctmi Do: nostri culpa fieri putemus, sed esse quosdam suspicamur, qui maiorem sui comodi. quam illius dignitatis rationem ducunt, quorum cupiditatem his praesertim difficillimis temporibus reprimi oportere indicamus Datis Vilne XXV a Julii Anno. 1540.

Sigismundus primus rex Poloniae
Ioanni de Tarnow Castellano Crac.
Campiductori

est supra

Mirari satis non possumus: Quo authore rumor hic de Thartarorum Exercitu isthuc peruenerit. Nam ad nos non modo nihil eiusmodi verum etiam pacata omnia affe-runtur. Dedimus negotium Capitaneis nostris, qui sunt in finibus nostris, vt diligenter si quid molirentur Thar-tari explorent, ac nulla mora interposita nobis renunciare curarent. Hactenus praeter id quod S. tuae scripsimus nihil nobis est significatum. quin etiam rediit Legatus a Nuncio Thartarorum, qui hic est missus, is a Caesa-re lras, inuolucris quidem nonnullis tectas attulit, sed quas tamen Legatus in eam sententiam interpretatur, vt eum omnino pactis stare velle affirmet: se ipsum no-bis in obsidem dat. Ac si verum sit istud quod spar-gitur inuasisse Thartaros aut inuasuros hoc anno in ditiones nostras, causam se dicturum negat, quin vltimum de se supplicium sumamus, itaque panicus iste nobis terror videtur, Itaque panicus iste nobis terror videtur, Mittimus autem S. tuae lras Caesaris Thar-tarorum, Quae quoniam nos fato concessisse falso fuit ad Thartaros allatum, ad Serenissimum filium nostrum scriptae sunt, et nonnulla secus in eis habentur, quam in pactis perscripta fuerunt, id Legatus imperitia eius qui scripsit factum affirmat. Quod vero xi Millium fit mentio, id ita intelligi vult, vt ea quae secundum pacta Caesari dabuntur, perinde sit accepturus, ac si quindecim millia data essent, Sed nos tamen nostra

adhuc volucrem Nunctium, de sententia Consilioque Senatorum hic nostrorum ad Cæsarem mittemus, quo planiora omnia ad nos ab eo referat, Interea temporis et pannum et reliqua secundum pacta Legato curari iussimus, ut ne mora nra Cæsar Thartarorum ad donatiom à Moschis potius accipiendum adducatur. Neque cavere hominibus nostris intermittemus, ne quid detrimenti accipiat.

Probatur nobis S. tue. consilium de petendis à valacho suppetiis, Sed venerunt nunc ab eo ipso Nunctij, qui inter cætera petierunt à nobis, si qua fieret in Valachiam Thartarorum incursio, ut ei suppetias ferremus, Nam si si hi potius in ditiones nostras immisissent, facturum quoque Voievodam, ut socia nobiscum iungat arma, atque omnibus viribus suis nostro Militi succurrat, Nobis autem integrum non est de tanta re, quidquam absque consilio Regni nostri Senatorum statuere, neque videmur posse auxilia ei ulla promittere: nisi maioribus in Comitiis Regni hoc sit decretum. Datum Vilne secunda Augusti, Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae Consiliariis regni primoribus

Rⁿᵈᵉ in Chro pater Sincere nobis dilecte.
Magnifice. Tristem Nuncium de adversa valetudine Serⁿⁱ domⁿⁱ Joannis Ungariae Regis, tristior de morte subsequutus est, Nos qui et corpore sumus parum firmo, et animo valde perturbato, quid consilii capiamus certum non habemus, Revera Sermae filiae, Nepotique nostro nos deesse minime decet, quin potius omnia facere convenit, quae ad illorum rones in tuto collocandas pertinet. Sed ut liceat nobis id facere metuimus, salva amicitia, quae nobis cum Serssis fratribus, Imperatore et Romanorum Rege intercedit, Itaque inter sacrum quod aiunt et saxum stamus, si toto viribus nris Nepotem nostrum non adiuverimus erunt fortasse: qui et pietatem et animi magnitudinem in nobis desiderent, Quid enim esse possit a pietate magis alienum, quam si desit Avus Nepoti, atque ei pupillo, quod quidem tanto videri queat turpius. Si quis id animo pusillo factum existimet. Si vero fecerimus omnia, quae ad amatem Nepotis Avum pertinebunt, verendum ne pietas ista, ne animi nostri magnitudo nimis magno nobis constet. ne et Ungariae et Regnum nostrum perditum eamus: sapiens ille fuit qui dixit diu delibera, cito fac, Non nos fugit in eiusmodi casibus multum esse in celeritate momenti, sed illud quoque nobis rectum videtur, Sat cito, si sat bene. De tanta re absque P. V. vrae Consilio, nihil nobis statuere visum est, Cum

in hac ætate nostra quamuis prouecta nunquam æque no:
bis anceps et difficilius deliberatio contigerit, Serenissimos
fr[atr]es arctissima nobis necessitudine coniunctos, disiunctos
esse à nobis nollemus, Ser[enissi]mo filio. Nepotiq[ue] n[ost]ro pro
paterno officio nostro non deesse vellemus: aut pater:
nus nobis animus abiiciendus, aut cum Ser[enissi]mis fratri:
bus constituta amicitia dirimenda est, vtrumq[ue] nobis
non potest non molestissimum accidere, neq[ue] statuere
possumus vtrum molestius. Quamobrem mittimus P[aternita]ti
vestræ. carum literarum exemplum quas scripserunt ad nos Specta:
bilis et Magnificus Petrus Piotrowicz à Zapolia Co:
mes Themessien[sis]: et R[everen]d[issim]us in Chr[ist]o p[ate]r D[omi]n[u]s Georgius
E[pisco]pus Varadiensis Thesaurarius et Consiliarius M[aiesta]tis
Regiæ Vngariæ. quæ vt diligenter secum expendat hor:
tamur, atq[ue] re bene deliberata consilium nobis det
eiusmodi, quod et cum dignitate n[ost]ra coniunctum, et à
Regni nostri comodis ne sit disiunctum, Factura
pro fide atq[ue] officio suo et gratia n[ost]ra. Datum Vilnæ
xxvia Mensis Augusti, Anno Domini. 1540.
Regni vero nostri xxxiiij°

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando regi Ro: vng. Bohemiæ

Serenissime etc. Mittimus ad Mtem vram. Oratorem nostrum de ijs quæ præsens Regni Vngariæ status postulat, cum ea tractatum, Quoniam vero eum ipsum Oratorem nostrum, cum erit à Mte vrâ absolutus, ad consolandam Serenam filiam nostram in Vngariam proficisci iussimus, præmittendum hunc Cubicularium nostrum iussimus. Qui et vram Mtem de Legati nostri aduentu certiorem redderet, et ab illa ad Serenam filiam nostram, proficiscens illi quoqz hoc ipsum significaret, Ne se animi augat quod opinione illius tardius Orator ad eam nr veniat, Rogamus Mtem vram vt prouidere velit Cubiculario huic nostro quo tuto in Vngariam proficisci possit. Interim Mtem. vram bene ac fodr valere optamus. Datæ vilnæ. prima die mensis Septembris. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo

Petrus Petrouicz comes de Zapolia,
Georgius Monachus Epus Varadien

Serenissime Princeps et domine dne nobis clementissime. fidelis seruitutis nostri humilem commendationem, Lras Mtis vre acceptimus, ex quibus cognouimus, vt Mtas vra erga Sermam Reginalem Mtem dominam nram clementissimam, filiam, et Nepotem suum, qua promptitudine animj, vereque paterna pietate afficiatur, Simul etiam ad Regni huius afflicti tutelam, et conseruationem, nostrorumque omnium defensionem, quantopere Mtas vra inclinetur, ex ipsis lris liquido intelleximus, nos vicissim pro tam immensa Mtis vre clementia, fidelissima obsequia nra, quibus filie nostre ac Nepotis Mtis vre astringimur, ex animo offerimus, Scripseramus antea, suppetiis Mtis vre nobis cumprimis opus esse, quibus adiuti filium Mtis Do: nostri clementissimi in Regni huius regimine conseruaremus, ad hec Mtas vestra clementer respondit se amplius super inde deliberaturam, ne si continuo quicquam armis attentaret, et alij eos Jure hoc ipsum sibi de nobis persuadere nostram petitionem non eo spectasse, vt subsidium Mtis vestre intempestiue et sine iusta ratione conferri postularemus, aut vero vt Mtas vestra inutiles intempestiuosque sumptus faceret, verum quod tum fere diuinabamus, nunc ipsa re de eo admonemur, proinde vt status rerum nostrarum agatur, Mti vre apertius detegere statuimus, Cum enim Mtas Domi nri clementissimi adhuc viuus suo testamento vnigenitum filium suum in Regni

licere perpenderet Mtas vra dignetur scribi

hæredem constituebat, vt eum pro viribus nostris in Re:
gni Regimine conseruaremus, nobis demandauerat,
Nos vero sicut bonos fideles decet eius M.tis vltimæ vo:
luntati obtemperare volentes, neqꝫ bonis neqꝫ sumptibus
parcen, cum capitis nostri discrimine totis viribus in hoc
incumbemus vt Dei auxilio filium M.tis D: nostri cle:
mentissimi M.ti vrȃ coadiuuante in Regni regimine
conseruemus. Thurcas siquidem et eorum impetum
non adeo formidaremus: propterea quod Domini Oratores
fr̃s nostri, iam ad fœlicem portam potentis.mi Cesa:
reæ M.tis summo desiderio expectati descesserunt, fir:
maqꝫ fiducia speramus: filium M.tis domini nostri ad
Regni huius gubernationem per M.tem Caesaream co:
stitui, hoc ipsum à finitimis Sandzakis et Officiali:
bus Turcis comperimus, vt nisi ipsi à vicinis Ger:
manis prouocentur quiescent, Regnum hoc anteactis
temporibus in simili tranquillitate fuisse, atqꝫ in po:
sterum erit, in, vt diximus prouocentur.
Rex vero Ferdinandus et omnis factio eius nunc sicut
pro certo nobis renunciatum est, dies et noctes pro contra:
hendis viribus circumquaqꝫ laborat, omnisqꝫ conatus
eius is est, vt collectis vndecunqꝫ viribus Budam obsi:
deat, et quod Deus auertat, expugnet, hinc iam est
quod nos summopere metuimus. hicqꝫ M.tis vrȃ auxilia
auxilium impensius desyderamus. Thurca proculdubio
e diuerso irrumpet, sicqꝫ nos in medio conterremur pe:
nitusqꝫ opprimemur, Quare vt extremum hoc deuitetur
periculum, tempestiuo M.tis vestrę subsidio nobis opus
est, Nam si M.tas vrȃ tum demum feret nobis auxi:
lium, cum hostis intra Regni viscera penetrabunt,
periculum erit in mora, Jam aduersarii et potissimum
hij qui nouiter factioni Germanicę adhæserunt, omnia.

hostilia exercent munitiones quasdam expugnarunt, domus subditorum filii M^tis Do: nostri succenderunt, multorum bona et possessiones violenter occuparunt: plerosque depredarunt: novas exactiones fecerunt, et quod detestabilius est M^ti Reginali domina nostra clementissime ausi sunt iniuriare, ut nisi quandam munitiunculam demoliri faceret, adherentia bona, que iam ab initio sacram Coronam concernunt: pro seipsis occuparent. In summa igitur ferroque omnia devastare instituerunt. Quorum insultus nisi vires Germanice nobis imminerent reprimere possemus. Si vero Germani incurrerint nos succumbemus forsan, et sic Thurce haud quaquam quiescent, fietque nisi M^tas vestra nobis in tempore succurrat, ut filius M^tis Domini nostri cum sua genitrice charissima (Deus avertere dignetur) nosque in simul pereamus, inter Thurcam enim et Germanos interpositi comprimemur. Nos quidem in instanti Budam ad M^tem Reginalem Do: nram clementissimam, filiumque M^tis Domini nostri clementissimi convenimus, cum suis M^tibus vivere et mori parati sumus, licet nos auxilio Dei freti confidimus, et si M^tas vra nos a superius scriptis istis hostibus protegere dignabitur, salvi superabimus. Nepotemque M^tis vra in Regno conservare poterimus. Quamobrem vram M^tem impensius obsecramus, ne differat rebus nris prospicere, ne in extremum corruamus periculum, Gratiosam expectamus a M^te vra relationem. Dignetur Deus Optimus M^tem vestram longevam ac incolumem cum omni foelicitate conservare. Datum ex Challia quinta die mensis Septembris Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Polonie
Iacobo de Buczacz Epo Plocensi

Ioannes Lasky Presbiter Luteranus hereticus vxorem duxit beneficia eius uaccant.

Rde in Chro pr sincere nobis dilecte Perlatum est ad nos Ioannem a Lasko nescimus quo spiritu ductum vite genus commutasse atqz ad vxorem animum adpulisse qua ratione cum vacent sacerdotia eius que sunt Iurispatronatus nostri, quod aliis non concessisse meminimus si quis vigore Iurispatronatus per nos alicui donati innestiri se a Pte vra voluerit ad Custodiam Plocen hortamur illam vt ne prius eum innestiat quam a nobis informationem acceperit, cum enim nos Iurispatronatus concesserimus per cessum vel decessum Ioannis a Lasko ipse aute in hoc casu neqz cesserit neqz decesserit videtur sacerdotium hoc ad nostram dispositionem rediisse Nos tamen nihil nisi de intelligentium sententia statuemus Interea autem temporis dum deliberamus neminem a Pte vra investiri volumus Interim eam bene valere optamus Datt. Quarta Mensis Augusti Anno domini M°. D°. XL°.

Ioanni Comiti de Tar/now Castello Cracovien(si)

Sigismundus I. Rex Polonie

Probatur nobis plurimum quod Sinceritas tua nuntium Palatini Va/lachie presidia petentem ita a se dimiserit ut neque ei polli/cita quicquam sit, neque tamen de spe prorsus eum deiecerit. *est supra*
Quod vero nostram ea de re sententiam requirit ne nos ipsi quidem certi aliquid statuere possimus absque Senatorum Regni nostri consilio ac quemadmodum S. tua non ausa est tantum ingenio suo fidere ut in alterutram partem cer/ti quidpiam responderet eadem est nostra quoque ratio Etsi enim tres hic nobiscum sint Regni nostri Consiliarii cum tamen multo plures absint, absque eorum sententia et con/sensu fas nobis non esse videtur deliberati aliquid sta/tuere tanta de re presertim quam summa cura expen/di plurimum Regni nostri interest. Memoria tenemus quo tempore federum capita sunt perscripta inter Regnum nostrum et terram Valachie fuisse hac de re agitatum utrum id quoque inseri oporteret defendendis mutuo au/xiliis, sed omnes Regni nostri Senatores et Consiliarios reclamasse plurimum, nunc nos illis absentibus con/trarium decernere, ipsa S. tua perspicit quam minime con/veniat. Quod si contra solos Tartaros res esset facilius inducere animum possemus ad presidia Valachis fe/renda. Nunc qui venerunt ad nos eorum Legati aper/te nobis dixerunt ex mandato Cesaris Turcarum eos in procinctu esse neque tamen satis constare, quor/sum vires suas convertere velint. Ex his verbis

facile coniecturam facere licet, si hi in Valachiam irrui-
berint nec eos id nisi mandato Cesaris Turcorum factu-
ros cum presertim hoc eis obscurum esse non possit eam pro
uinciam totam in fide esse Cesaris. Quod si nos interea
auxilii aliquid tulibemus interpretaturus id esset Ce-
sar Turcorum quasi federa per nos violata essent cum
presertim occasione tantum opus sit improbitati.
Atque ita ingens discrimen effugere vix possemus sed
nihilominus interest Regni nri, ut suspensus potius
teneatur Vayvoda quam ut precibus ei auxilia negentur. Cum
itaque redierit nuntius poterit ei S. tua respondere quod
ad nos eadem retulerit. Nos vero non aliud responsi
dederimus. Quam quod eadem de re missi sunt huc ad
nos legati Vayvode. per quos nram sumus voluntatem
declaraturi. Ita res eo usque ducetur, dum certo con-
stare queat in quam terram Tartari sunt irrupturi.
Qui si in Moscoviam inuaserint quod eos facturos
Legati eorum Tartarorum pollicentur et Vayvodam
retinebimus et nihil tamen interea statuemus quod
cum aliquo periculo esset coniunctum. Nos hic bona
spe sumus parata fore hoc anno omnia, Tartaris ut
antea scripsimus. Sti tue. donatiuum mittimus.
Dat. Vilne. IX. Augusti Anno M° D° XL°.
Regni nri XXXiiij°.

Petrus Petrouicz Comes de Zapolia,
Georgius Monachus Epus Varadien

Sigismundo primo regi Poloniae.

Serenissime Princeps et domine domine clementissime obse:
quiorum nostrorum fidelissimorum sinceram perpetuamque
oblationem, Quamuis libenter pro nostra in Mtem vestram
obseruantia iucundiora scriberemus, tamen quoniam diuina
potestates humana deludunt ac regunt, arbitremurque ad
Mtem vram Principem Christianum ac Regni istius no:
stri quasi parentem pertinere de erumnis suorum cogno:
scere, non dubitamus ea, qualiacunque sint pro officii nri
munere Mti vestrae perscribere, Mtas itaque Regia
dominus noster clementissimus suscepta in Transsiluania:
indies: niam contra factiosos expeditione, dum grauius ~~in~~ morbo
per plures dies affligitur, Vigesima secunda Mensis
Julii circa horam septimam diei e viuis excessit, no:
bisque extrema voce quoque et frequenter in ipsa vale:
tudine curam defensionis Sermi Domini filii Mtis
vrae ac filii sui nouissimis diebus nati, tutelam
mihi, tanquam fratri delegauit. Scimus autem vestram
Mtem optime callere, et quis sit status Regni Vnga:
riae, et quae conditio gentis huius, quamque sint rerum
nouarum appetentes, Qui adeo sunt studiis fa:
ctionum deditissimi, ut notissimum sit Mtem domini
nostri clementissimi ad extremum usque fuisse exagita:
tam, Neque fugit Mtem vram quantum periculi
immineat huic Regno ab ipsis Thurcis, quique a Ger:
manis conatus intendatur. Quare Mti vestrae sup:
plicamus Cum et Mtas D.n.c. Sermam Do:

Reginam Mtis vrae filiam, et filium suum Mtis vestrae Nepotem, tum Regnum istud in patrocinium et protectionem Mtis vrae tradidit, dignetur nos ope, consilio, auxilio et viribus adiuuare. Nam nos contra tanta incommoda interna et externa succumbamus necesse est, nisi Mtis vrae manu protecti aduersariorum conatus repellamus, cuius non solum auxilium praesentaneum, sed authoritas quoque Mtis vrae pro praesidio non exiguo nobis futura est

Et quoniam Buda quae Regni caput ac Sedes est vndique et Cassouia Ciuitates tot habeant impeditiones, dignetur nos Gentibus prouidere, ut ea loca Sermae Reginae et filio suo ac Regno istud conseruare valeamus. Nos quantum in nobis erit, quantumque vires nostrae suppetunt, cum iactura quoque fortunarum nrarum operam dabimus, ut salua tam a Thurcis quam Germanis posteris D. n. c. conseruetur. Pro qua re misimus ad excellentissimum Imperatorem Thurcarum communi omnium ordinum consensu et voto: Spectabilem et Magcum Do: Stephanum de Verbecz summum et Secretarium D. n. c. et Regni Vngariae Cancellarium, tum Rmum Do: Joannem Ezeki Epum quinque Ecclesiarum a summis Dm. n. c. consiliis, per quos de successione Regni filio D. n. c. totis viribus nomine Vngarico agimus, qui iam profecti sunt. Dignetur quoque Mtas vra pro sua in Regnum ac Sermam Reginam et Nepotem pietate et amore Christiano Oratorem suum ad Imperatorem Thurcarum expedire, ut pari consilio et communibus studiis hanc rem capessant. Sermum quoque Galliarum Regem admonere, ut ex sua in Mtis vras necessitudine ac affectu Christiano Oratori suo in porta Caesarea

existenti demádare velit, vt nomie suo idem suus
Orator huic intercessioni sanctissime operam suam
praestet, Spes nos tenet fore vt tot et tam insignibus
intercessionibus Imperator Thurcarum pro sua in
Mtes vrás beneuolenᵃ morem gerat illisq subscribat,

Apud catholicam Caesaream Mtem, neq̃uaq Mtas
vrá obmittat efficere, ne Serenus Ro: Rex, Regnu
Vngarie armis inuadat, Nam nos omibus rombus et
viis quibus fieri poterit operam dabimus (Deo iuáte)
vt Regnum filio Mts D. n. c. conseruetur.

* Etsi Illmus: Do: Ro: Rex perrexerit inuadendi
totius Regni Thurcorum, Vngaris magna perpessis
et omibus calamitatibus penе destructis deficienti ad
Thurcam maximam praebebit occasionem, de qui:
bus omibus á Mti. vestra. responsum expectamus, vt
spe et fiducia Mts vrá suffulti fideliores, esse nunq
sed animosiores esse valeamus, Mtem vram cum
suis omibus et defensione Regnorum suorum ac pa:
trocinio et protectione nrá. longa per tempora foelr
valere optamus, Cui nrá perpetua obsequia sinceris:
sima ac plena fidei iterum offerimus. Datl ex
Zassebews XXiij Iulii Anno Domi. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Isabelle regine Vngarie

Maiorem quam dici queat animo voluptatem coepimus, ex letissimo Nuntio de Nepote nobis, Mts vero vestre filio nato ea nihilominus salua ac incolumi. Deo gras agimus, et acturi semper sumus, qui tanto nos gaudio cumulauerit, Quem etiam precamur, ut filio huic Mts vestre, nepotulo nro suauissimo diuturnam incolumitatem foelicitatemqz largiatur, ad singularem nram consolationem, et Reipcae Christiane vtilitatem de Statu Mts vra cupimus quam sepissime fieri certiores, quem illi prosperum semper optamus, Datm Vilne prima mensis Augusti, Anno Do: 1540.

Eidem Regine filie sue
Sigismundus Rex pater. Salutem.

Quam nos exhilarauit gratissimus de felici partu Mts vre Nuntius, tam vicissim perturbauit nonnum hoc de tam graui morbo Serni Coniugis Mts vra filii nostri charissimj, ex quo maiorem etiam quam ex nra ipsorum aduersa valitudine dolorem concepimus. Sed cum subit animum nostrum recordatio, qua lege nati sumus omes, quibusqz casibus vita sit huma obnoxia, ferimus aequo animo, quod mutare non possumus: Ac vram Mtem hortamur vt ipsa quoqz vel nostro exemplo forti ferat aio

quicquid acciderit, Quodq3 dies aliquando impetratura est, id representet ratio. Speramus quidem et optamus Serm Coniugem Mtis vrae diuina ope restitutam iri pristinae bonae valetudini, Sed si quid etiam, quod Deus omen auertat, secus eueniret, non se ideo affligat Mtas vra. neq3 voluntati Dei repugnet, qui facile quos afflixerit, eos erigere potest et consolari, Nos Mti vrae. neq3 consilio sumus defuturi, deq3 et illius et Serm filii sui nepotis nri rationibus stabiliendis erimus solliciti, Dedimus iam negotium Mag^ro Petro Cmitha a Vissniza Palatino et Capto. Cracovien. Regni nostri Marschalko, vt is ad Mtem. vram. proficiscatur si saluis rebus Serm coniugis eius venerit, vt illi filium nobis Nepotem natum gratuletur, ac festos cum Mti vra dies agat. Sin vero, quod Deus procul auertat factum iam esset aliquid de Sermo eius Coniuge, vt omni ratione et Mtis vrae. et Serm filii illius rationibus prospiciat, Eius consilio vtetur Mtas. vra. et quantum nos amat, tantum dabit operam, vt ne se animi angat, ne quid sibi maerore morbi adsciscat, Si chara est Mti vrae salus nra et incolumitas, non alio id argumento magis docebit, quam si dolori suo modum fecerit, si maerorem represserit, si hoc potius illi curae fuerit, vt firma atq3 integra valetudine esse queat, De caeteris rebus nra sit sollicitudo. semper spem nram omnem et fiduciam in Deo positam et defixam habuimus, neq3 nos ea vnquam frustrata est, nec nunc quidem frustrabitur, Erunt illo opitulante multorum opinione meliora omnia, Quam optima frui valetudine optamus, Vilnae, vj Augusti Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie,
Petro Tamirato Epo Cracouien

est supra

Rme in Chro pater sincere nobis dilecte. Agimus gratias Pti. vrae, q non per lras modo, verum etiam per Nunctium suum nos viserit, Neqz hac tantum re singulare studium erga nos suum et obseruatiam ostenderit, sed multo magis etiam id declaravit ea cura et sollicitudine, qua non mediocri afficiatur. De Serma filie nostre Vngarie Regine rationibus. Probatur nobis consilium Pti. vre. quod cum nra quoqz et Senatorum hic nrorum sententia plurimum congruit, Nam et nobis et illis idem iam antea fuit visum, Itaqz misimus volucrem Nnciu ad Magcum Petrum Kmitha Palatinum Cracouien, atqz cum lris nostris hortati sumus, vt hanc prouinciam susciperet quod eum non grauatim facturum confidimus. Cui collegam quidem nullum adiunximus, sed eadem tamen prope mandata dedimus: quae visum est Pti. vrae. Nam si quod vehementer optamus. Sermum Dm: Vngariae Regem saluum et incolumem inuenerit, nihil aliud quam gratulabitur natum filium. Sermae filie nostre, festos dies vna cum illius Mte aget, atqz vna ceremonijs omnibus nro nomine intererit, cum sacro fonte puer lauabitur, Si vero quod Deus omen obruat factum esse aliquid de Sermo Rege cognouerit, tum et priuatim et publice Senatores et Consiliarios Regni Vngariae admonebit, quo et Sermae filiae, et Sermi Nepotis nri, eam quam par est rationem habeant, ac quibuscumqz poterit rationibus, eorum

animos conciliabit. Si vero Serenissimum Vngariæ Regem reperiet viventem quidem, sed morti proximum, atque ea valetudine vt nulla sit spes vitæ longioris, exitum expectabit, neque prius ad nos revertetur quam vel acciderit, ei aliquid humanitus, vel quod malumus, plane fuerit confirmatus. Ad Serenissimum Do: Ro: Regem, nulla ei mandata dedimus: sed observare tamen diligenter iussimus: quicquid aut ipse aut Oratores ipsius fuerit machinati, nosque tempore de rebus omnibus facere certiores.

Misimus binos celeres Nuncios, ad Serenissimum Do: Ro: Regem iam inde ab aliquot mensibus, eorum neuter adhuc rediit: in horas tamen redituros speramus, ex iis quid agatur ibi cognoscemus, atque e re nata consilium capiemus. De nostro quoque isthuc reditu certi aliquid statuere poterimus.

Quod Thartaros attinet speramus nihil hoc anno ab illis fore periculi, Nam donativum illis per nos mittitur, quo eos adduci posse speramus, vt in Moschos potius arma sua convertant. Vestræ tamen Reverendissimæ Paternitatis studium, hoc, in propulsandis à Regno nostro periculis plurimum commendamus, futurum est vt eam tali erga nos Regnumque nostrum animo fuisse minime peniteat.

Illorum tamen officium non est nobis gratum, qui sparsis istis vanis et incertis de hoste rumoribus trepidationi hominum causam præbuerunt: et vt rerum suarum iacturam non mediocrem facerent impulerunt:

Nos Deo sit gratia melius iam valemus: quam ante aliquot dies valuimus: et fiduciam in eo habemus qui neminem fallit, quod brevi pristinam valetudinem recuperabimus. Bene valeat vestra R. et foelix sit foelix Vilnæ. xi Augusti. 1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Isabelle Regine Hungarie

Serenissima Princeps et domina filia nra charissima. Quod nos Mtas vestra gaudii sui de nato sibi filio, nobis vero Nepote fecerit participes, agimus illi gratias, letaqz omnia et foelicia precamur. Sed contaminauit plurimum nostram leticiam tristis Nuncius de morbo primum, mox de morte Serenissimi coniugis Mtis vre. ereptumqz enim illum nobis dolemus, et de rationibus Mts vre, ~~et de rationibus Mts vre~~, Serenimiqz filii eius multo magis angimur, tum ea nos cura vehementer sollicitat, q veremur, ne se Mtas vra nimio merore conficiat, quam aio esse cuperemus minime perturbato, fieri quidem nequit, quin tristi eiusmoi et acerbo Nuncio accepto, commoueatur initio animus hominis. sed est hoc prudentie regere motus animi rationi non obtemperantes, neqz imperium illis permittere, si quid luctu et merore profici posset, esset fortasse iusta lugendi merendiqz causa. Nunc cum non alius sit eius rei fructus quam quod sublato cuius amico, suam ipsius vitam aliquis in discrimen adducit vt pro vno duplex incommodum referat, multo satius est, fortiqz et prudentiqz Principe dignius ferre equo aio que mutari iam non possunt. Nam lachrimis modum non facere, seqz aduersis in rebus nimium afflictare, quidem aliud esse videtur, quam cum Deo quodamodo pugnare, et illius voluntati aduersari? Qui cum optimus sit summaqz prudentiaqz preditus, nihil nisi optime prudentissimeqz facit, ac sepe qua nolumus rone.

rationibus nris quoptime prospicit: cumque sint e re nostra, multo ille melius quam nos intelligat. Iudicia Dei abyssus multa. Semper nos in ipsius misericordia spem nostram omnem et fiduciam positam et defixam habuimus. neque nos ea unquam fefellit. Is procul dubio nec Altem vram deseret et quam recenti hoc moerore perturbavit, eam non ita multo post ingenti gaudio cumulabit. Ea est rerum humanarum vicissitudo: quarum nunquam idem est et aequabilis status nunc tristia letis nunc tristibus leta mutant. Ac videat Altas vra. quam benigne cum ea egerit fons ille totius bonitatis et misericordiae: non prius marito spoliatam eam voluit. quam suavissimo filio auxisset. ut habere posset Altas vestra amisso coniuge, in quo tamen acquiesceret. cuius aspectu amplexu osculo, curas omnes animi poneret. Quod si is ipse aliqua Altem vram solicitudine afficit nobis eam curam relinquat, ipsa ociosa sit animo. Non est quod vivente avo. parentem nepos desideret. non fuisset ille magis ex animo infantis rationibus consulturus quam nos ipsi facturi sumus semper. nulla erit honesta ratio qua Alti vre filioque eius nepoti nro non praesto simus afuturi. Hoc modo illam hortamur: etiam atque etiam videat, cui consilia sua credat, neve temere cuivis fidat. Audiat oes neque alicuius desit diffidentiae signa det: sed non omnibus tamen auscultet. consulant in medium proceres Regni, quae interesse illius putaverint, et quae decreta per eos fuerint exequantur. Ipsa Altas vra, nulla de re. nisi de ea prius ad nos retulerit, quicquam statuat. non deerit illi neque consilium neque auxilium nrm. Quae ad rationes Altis vrae nepotisque nostri in tuto collocandas pertinebunt, ea nobis curae sunt futura maxime.

Xime hoc aut quod dicimus ne agat quicq sine nobis, de Legationibus, de aliquibus maioris momenti approbationibus, intelligi volumus: non aut de domesticis rebus Mtis vrę. et quę pręsenti provisione indigent. Nam de his melius isthic consulere poterit Mtas vra, cum his qui pecuniam et Thesauros in manu sua habent SERmi Regis defuncti. Dat. Vilne XIIIa Augusti Anno MoDoXLo

Sigismundus primus rex Polonie
Petro Petrovicz a Zapolia Comiti
Chemesiensi et Georgio Epo Vara:
diensi Consiliariis regni Hungarie

SPectabilis et Magcr. ac Rde in Chro pater, amici sincere nobis dilecti, Ex lris S. vrarum incredibilem luctum hausimus, posteaquam ex his cognovimus Sermum filium nostrum Do: Vngarię Regem vitam cum morte commutasse. Nam et illum nobis ereptum dolemus, quem tot artissime necessitudinis vinculis nobis coniunctum charissimu habebamus, & cum Sermis filie Nepotiqz nostris charissimis, tum toti Regno vehementer metuimus: ne quod in apertum aliqd discrimen veniat. Magnam tamen ex eo consolationem capimus, qd tantam fidem et constantiam S. vrarum tantum studium atqz ardorem animi videmus, in Sermi Regis sui mandatis exhauriendis: in Serma filia, Nepoteqz nro tuendis et conservadis. Virtutem hanc S. vrarum, credibile non est quantum amemus et exoscu: lemur, Ex qua vt solidam aliquando voluptatem percipere possint, curę nobis est futurum, Vtinam vero

eodem essent animo ceteri quoque Regni Proceres, uti: nam eandem pietatem mortuo gratamque voluntatem prae: starent. hii praesertim quos ille sibi vivens multis de: vinxit beneficiis: utinam perinde se eorum memores declararent. Cius rei si certam significationem habere: mus: minus nunc anceps esset ac difficilis nostra deli: beratio. Quoniam vero quorsum inclinent aliorum ani: mi certi et explorati nihil habemus, ne ipsi quidem cer: ti aliquid statuere possumus.

Probantur nobis consilia de Legatis vestrarum S. atque iis parere in animum induximus, sed de praesidiis mit: tendis, amplius etiam deliberandum censemus, verem[2] enim, ut si quid armis a nobis tentatum fuerit, ne alii eadem quoque ratione sibi uti licere existiment.

Quod autem hoc praesertim tempore adhuc minime no: bis convenire videtur, id nos maxime decere S. vras arbitramur, ut ex hiis quas defunctus reliquit faculta: tibus militum certum conscribant numerum, qui praesidio sint Civitatibus, de quibus S. vrae meminerunt, nos in: terim quid alii consilii capiant dispiciemus. Deinde si res, ista postulabit, non erit ulla honesta ratio, qua nos Sermam filiam et Nepotem nostrum non simus pro virili nra adiuturi, Hoc sibi certo de nobis persuadeant S. vrae. nullis nos sumptibus parsuros, nulla pericula non aditu: ros, nihil intentatum relicturos, dum Sermae filiae, Nepo: tisque nostri rationes in tuto collocemus. Nunc mittimus isthuc Spectabilem ac Magcum Petrum Kmitha de Vissnicze, Palatinum et Capitaneum Cracoviensem, Regni nostri Marschalcum sincere nobis dilectum, ut is pertentet animos omnium, atque eos nobis adiungere conetur, Sermamque filiam nostram consoletur, cui nos cum res postulabit, re ipsa defuturi non sumus.

Interim D. vras hortamur, vt qua ceperunt fide et con=
stantia ea esse pergant, de nobis nec dubitent, qui et si ipsi
quoque imbecilla nunc sumus valetudine, tamen vbi melius
erimus confirmati, omnibus viribus nostris afflicto huic
Regno sumus affuturi, neque de illius, quam de nostri
huius Regni incolumitate minus solliciti sumus futurj
in Deo spem nostram positam et defixam habentes, qui causam
nostram summa cum aequitate coniunctam minime destituet,
Datum Vilne. die xiij^a mensis Augusti, Anno Domini
.1540.

Sigismundus primus rex Polonie
Petro Kmitha de Visnicze Palatino
et Capitaneo Crac. regni Marshalco

Cum esset nobis renunciatum natum esse nobis Nepotem ex
Serma filia nostra Vngaria Regina, fuimus vehementer
exhilarati, ac deliberatum omnino nobis fuerat aliqua
laetitiae signa nostra dare, nisi Deus pro sua erga nos
misericordia clementer nos corripere fuisset dignatus,
consueto nos morbo nostro nonnihil affligendo, Ecce autem
venit interea tristis admodum Nuncius, De Ser^mo
Do: Vngariae Rege filio nostro amantissimo, quod is vitam
cum morte commutarit, Qui quidem quanto nos moerore
affecerit nulla satis oratione consequi possumus, Nam et illius
causa dolemus quem semper charissimum habuimus, et
Ser^ma filiae nostrae non possumus non vehementer con=
dolere, ne in hoc tam aduerso mariti sui casu, ingens ad
ipsam incommodum perueniat, Cuius rationibus pro paterno
officio nostro prouisum diligenter cupimus, Prouidendi ~~non~~
autem non alia nobis nunc ratio suaerit, quam si S^tem

tuam ad illam mitteremus, et consolari verbis nostris
atq; adesse consiliis faceremus, Nam et de fide, et studio,
et obseruantia erga nos S^tis tuæ tantum nobis pollicemur
Vt plus de alio nemine, et Sermam filiam nrám ab illa
fieri maximi scimus. neq; alium videmus, cui status Re-
gni Vngariæ sit exploratior: quiq; et gratia et autho-
ritate apud Proceres illius magis valeat. Demiq; cum
ipsa S. tua non modo interfuerit, verum etiam præfuerit,
rebus hijs omnibus quæ ad perficiendum Serm̃æ filiæ
nostræ matrimonium pertinebant, ne licere quidem no-
bis existimauimus alium mittere præter S. tuam, quæ
cognitas habet omnes et perspectas Serm̃æ filiæ nostræ
rationes. Quare magnopere à S. tua postulamus, quāti
nos facit, tantum det operam, vt omni cunctatione semo-
ta, ad Sermam filiam nrám proficiscatur, Legationem
ibi cuius formam ei præscripsimus obitura, Pertinebit
hoc illi ad gratiam nostram vberiorem demerendam,
cum neq; præstitum sit, neq; præstari ab illa nobis possit
gratius vllum officium, quàm sit hoc, Cui quàm
plurimum à S^te tua cupimus adhiberi. Dat Vilnæ
vij^a mensis Augusti, Anno Domini 1540.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad reginam Isabellam Petro Kmita Palatino Crac. data.

Dominus Palatinus Cracov. cum hac legatione noluit ire in Vngariam ad Reginam Izabellam sed excusauit se honeste, excusatio vero h[…] est inferius.

Si Legatus noster Sermum Do: Joannem Regem Vngariæ superstitem adhuc esse ~~cognouerit~~ acceperit, dicet se missum esse à nobis ad Sermam filiam nostram, vt illi de nato Serenissimo filio gratuletur, atque vna nostrum quoque gaudium explicet, quod ex allato nobis tam læto nuntio incredibile prorsus accepimus, læta omnia et secunda precabitur.

Si baptisandus erit puer, ipse quoque solemnitati nostro nomine interesse volet, ac omnia faciet quæ decere putauerit.

Si aderit ipse Sermus Do: Joannes Vngariæ Rex, et illum verbis nostris saluere, atque ad eundem modum natum filium gratulabitur, ac lætis eum omnibus prosequetur.

Si vero quod Deus omen auertat, factum iam esse aliquid de Sermo Do: Joanne Rege cognouerit quam poterit accuratissimis verbis Sermam filiam nostram consolabitur, nostram illi opem atque operam pollicebitur, nos neque consilio, neque auxilio ei defuturos dicet, denique curabit omnia diligenter, quæ ad stabiliendas et adimandas rationes illius putauerit pertinere.

Dabit operam vt vnum in locum Senatores et Consiliarii Regni Vngariæ conueniant, ad eos nostro nomine verba faciet. Quod si conuenire noluerint, aut non potuerint tum singulos alloquetur, seorsum cuique persuadere verbis

nostris conabitur, vt adsint Sermᵐᵉ filiᵉ, Sermᵒ Nepoti nostro, quo rationes eorum in tuto collocentur.

Sicubi Comitia esse acceperit, ad ea aduolabit, Causã aget Sermᵃᵉ filiᵉ nostrᵉ: comemorabit patrui nostri fratris nostri, Nepotis nostri merita, qui nullum periculum pro Regno Vngariæ adire recusarunt, qui nẽ sanguinem quidem et vitam pro illo suam profundere dubitarunt. Atq; vna illud quoq; proferet, nẽ nos quidẽ ipsos vllos vnquam labores declinasse, aut vllis sumptibus pepercisse, quo Regnum id pro virili nrã tueri et conseruare possemus, nonmodo apud CHristianos Principes, verum apud ipsum etiam Thurcarum Cesarem, omnem nos operam nrãm interposuisse, omnem lapidem mouisse, neq; intentatum quidquam reliquisse, quo pacem ei Regno conciliare possemus, adeo, vt nẽ nostri quidem quam illius Regni conseruãdi cura nobis fuerit antiquior.

Harum rerum, vt meminisse velint: rogabit, nullum vnq; tempus accidisse dicet, quo vel nrãm sibi voluntatem plus demererj, vel magis gratos et memores erga nos necessariosq; nrõs Reges olim suos animos declarare queant, quam hoc, quo nos nihil petimus aliud quam vt quẽ pacta sunt et promissa Sermæ filiæ nostrẽ, ea seruentur. Sermiq; Nepotis nostri rationibus consulatur vt ad ea obtinenda consilium atq; auxilium suum nobis impertiant, atq; omi ratione prouideant, vt quæ Serᵐᵉ filiæ Nepotiq; nrõ debentur, ad ea absq; negotio et difficultate peruenire queant, Rem nos postulare piam, iustã et æquam, et qua cum apud homines, laudem et gratam apud nos fauorem, apud Deum vero gratiam et misericordiam consequi valeant.

Poterit etiam illis reducere in memoriam foedera, quae inter nrum et Ungariae Regnum intercedunt, quanta fuerit inter haec duo Regna animorum semper coniunctio, neutrum ut alteri periclitanti defuerit, ut vel horum recordatione Sermam filiam nram, Nepotemque nrum, ne velint auxilio et consilio suo destitutos, cum praesertim hic ipse Nepos nr, longo intervallo ex Ungaro patre Rege natus sit, ut vel hoc nomine charus eis esse debeat

Quae Arces. Civitates, Oppida, Villae Sermae filiae nostrae Doti dictae sunt, earum si tuto poterit, possessionem adire curabit

Denique pro ea qua est ingenij dexteritate, ita se geret, quemadmodum Sermae filiae. Nepotisque rationibus quam maxime conducere existimabit

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Kmite de Visnicze Palatino
Cracovien regni Poloniae Marschalco

Tristem Nunctium de morbo Sermi Joannis Regis, tristior de morte subsequutus est. Itaque quod antea S. tuam hortati sumus, id nunc maiore etiam studio hortamur. atque ab ea postulamus: ut ne quid morae sua ad Sermam filiam nram profectioni interponat. Quid consilij demus certum no habemus, dum quorsum inclinent Senatorum Regni Ungariae consilia prorsus ignoramus. Scripserunt ad nos duo: quarum literarum exempla S. tuae mittimus, Sed quo sint alij animo, nihil ad nos affertur, Quare nulla in prudentia alia tuae Sti.

mandata dare possumus quam quæ dedimus antea, Vt primum potestas illi facta fuerit alicuius ex Vngariæ Proceribus, qui quidem Sermo Joanni Regi fuerit addictus, expiscetur ex eo diligenter, quid reliqui proceres cogitent: quid consiliũ capiant. Hortetur enim nomine nostro ac roget, qua fide fuit erga mortuum dominum suũ, vt eadem esse perseueret, erga eum quem reliquit filium Nepotem nostrum, et erga Sermam Do: Reginam filiam nostram. Nos memores futuros, daturosq͡ʒ operam, vt fidei constantiæq͡ʒ suæ neminem peniteat, pro virili etiam nrã præsto adfuturos, modo quid à nobis fieri velint significent. Odoretur etiam S. tua. quid Thurcarum Cæsar, quid Romanorum Rex moliantur. atq͡ʒ vna de hijs omnibus primo quoq͡ʒ tempore nos faciat certiores, vt tanto certius quid nobis porro sit faciendum, statuere possimus, Deinde vero suum quoq͡ʒ nobis consilium perscribat, de mittendis ad Imperatorem Regemq͡ʒ Galliarum, et Thurcarum Caesarem Nunctijs, ac quantum nos amat, tantum det operam, vt omni cunctatione semota, munus sibi per nos iniũctum conficiat. Dat. Vilnæ. xiija mensis Augusti. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo. Quadragesimo,

Petrus Kmita de Visnicze Palatinus Craconien. regni Marshalcus Bone regine Polonie

Post debitam et diligentem seruitiorum meorum in grãm Sacræ Mtis vrã. comendationem. Alteris iam literis Mtas. vrã. Reginalis me co:

hortari dignatur, propositum iter ad Vngariam, ut ma-
turem eo celerius, quo rõnes Serm̃ae Reginae Vngariae
Nepotisq[3] Mtum vrarum morte Serm̃i olim Joannis
nonatae, idipsum flagitare existimatur / Serm̃a Regina
existimo Mtem vram, meis prioribus l'ris intellexisse,
quod propter eorundem temporum ratiõm et iniquitatem
in Regnum Vngariae, ciuilibus bellis exagitatum, nõ
oportet meam praecipitari legationem, nisi prius vel tem-
pus quod omnium rerum pater est, conditionem illius
Regni aperiat, vel aliquis Nuncius leuior a Mtibus
vestris illo praecurrens, et qui motus sint procerum il-
lius Regni, sagaciter peruestiget, ac si pondus Legati
maioris rões ipsius Serm̃ae Reginae Vngariae stabili-
endae exigant, subodoretur. Deinde si ab insidiis tuta
sint om̃ia perscrutetur. Etenim pace persuasioneq[3] rem
transigendam oportet. non bello. cuius inferendi, ac e
regione propulsandi nec animus esset neq[3] vis,
Ad bellum vero illic om̃ia vergere, vocariq[3] isto tem-
pore, et infensissimis animis, inuidia, dolo, periurioq[3]
de Principatu tam vehementer ipsos Proceres conten-
dere, tam certa res est, quam illorum simultas et infi-
tuta fides, laxatis habenis impune grassatur et desaeuit,
prout hoc ex meis l'ris, ad Sacram R. Mtem datis,
Mtas vra Reginalis melius animaduertere dignabi-
tur, vbi meus ingressus, vt suspicioni, ita mox insi-
diis diuersarum factionum foret obnoxius, Nec enim
vllus locus honesto, et Iuri gentium est, vbi Ciuili
bello manus confligunt, Neque autem hoc ipse videar
segniter explorare, literae meae illic ad Proceres
nonnullos Primarios datae, quarum exemplum, Mti
Regiae mitto, testatum faciunt. Conditionem tamen
Serm̃ae Reginae Vngariae et filii suae Mtis hactenus

nihil labefactatam audio. Nihilominus vero operæpræcium
videri posset, si patiantur salubria monita diservanda fide
domino hæredi suo. Atqui non posse id interea comode
fieri exitus aliquot conflictuum inditio est, vtq3 alia in:
comoda omittam, nihil hic etiam faciendo sumptus meos,
quibus faciundis priori itinere, et res familiaris mea, et equi,
deniq3 ipsa salus mea, attrita est, atterriq3 illam etiamnum
ipsosq3 sumptus in tanta charitate, omnium rerum victua:
lium illo loci, fatali quadam ariditate desæuiente, non
esset dubium, quum præsertim nullæ stationes vt vocant,
interea Legatis possint dari illo proficiscentibus, propterea
omnia carissimo foro vendi. Quamobrem id etiam atq3
etiam rogo Sacram Mtem vestram obnixe, dignetur
in præsentia hanc meam excusationem in meliorem par:
tem accipere, donec grauis res, tuta tamen transactu, mea
illuc profectionem exigeret, non enim leui apparatu mihj
ineunda foret ea prouintia, sed bona ratione, maturo
consilio, et quaquam versum prouidentia omnium rerum
exacta, sic certi consilii certus exitus sperari posset.
Quod consilium si me (quod absit) desereret in tanta
rerum confusione, et fide publica postergata, nihil
aliud possem sperare, nisi mali consultorum æque ma:
lum euentum, et Sacris Mtibus vestris dolendum, mi:
hj quoq3 discrimen vitæ meæ, quod absit, etiam subeun:
dum, vt hoc inter postrema sit meæ substantiæ, ma:
gnam futuram ibi profusionem et iacturam, quod ita
esse vestræ S. Mtes quoq3 arbitrabuntur, si totam fa:
ciem et statum Regni illius oculis animj, et prudentia
vestrarum Mtum propius contemplari dignabuntur, Ha:
bent enim vestræ Mtes perspectam meam fidem, fer:
uatam integritatem, illæsam sijnceritatem, et animum
ad morem gerendum vestris Maiestatibus promptum

et saepe occasionis demerendarum earundem Mtum ve:
strarum amidum fuisse: esseque me in tanto periculo, ut
aestimatur, filiae et Nepotis Mtum vrarum, si quomodo
honestissime et tutissime posset conferri, ac libenter om:
nem laborem subirem, neque meis sumptibus parcerem.
De caeteris quae sit animi mei sententia ex literis meis ad
S. R. Mtem dominum meum clementissimum datis, abun:
de intelligere dignabitur. Superest ut iterum atque iterum
rogem Mtem vram, dignetur existimare syncero animo,
ea me facere, traherequae cogitans, potius id ita futurum
ex re Mtum vrarum Serme Reginae Vngariae, et
e ratione meae salutis atque sumptuum compendio, quam
si inconsulto me illo geram, unde non ubi velim me
extricare possim. Cupio tandem ut Deus Opt: Mtem ve:
stram Sermam in longissima tempora, foelicem sospitem
incolumemque servare dignetur. Cuius Mtis gratiae et beni:
gnitati me comendo. Datum Przemisliae XIX die
mensis Augusti, Anno Domini 1540

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Vilamowski Epo Camenecen

Iste Vilamowski Eps non potuit per
egritudinem obire hanc legationem.
quae mox demandata erat Ioanni Sbaski
Decano Crac. Secretario. Sed et is cum
eger esset: mandata erat Andreae
Czarnkowski Canco. Secretario.
Et hic eam obivit.

Dederamus negotium Magco Petro Kmitha de Wissni:
cz Palato et Capto Crac. etc. ut consolandae atque con:
siliis suis adiuvandae Sermae filiae nrae causa in Vngariam
proficiscerentur, Is iustas affert rones, quamobrem Pro:
vinciam hanc suscipere non possit, Visum itaque nobis
est P. tuam in locum eius sufficere, quam hortamur,
ut ipsa nro nomine Legationem apud Sermam filiam
nostram obeat, neque ei rei morae quicquam interponat

ne se luctu et mærore Serma filia vra conficiat, si nemi-
nem à nobis missum habuerit, qui ei in hac rerum omniu
perturbatione præsto adsit. Quemadmodum autem se ge-
rere debeat P. tua, ex instructione, quam ei mittimus
cognoscet, Viatico quoqꝫ Regni nri Thesaurarius eam in-
struet. Quo maiore fuerit vsa celeritate, hoc à nobis gram
inibit vberiorem. Datu Vilnę XIX mensis Au-
gusti, Anno Domi 1540

Sigismundus primus Rex Polonię
Ioanni Sbaski Decano Crac: secreta-
rio Regio

Rnde Deliberatum nobis fuerat initio P. tuam recta
in Vngariam mittere, ad Sermam filiam nram, sed con-
sultius postea visum est, vt prius apud Sermum Do: Ro:
Regem. P. tua legationem obiret, quo comodius ad
Sermam filiam nram peruenire posset, Mittimus itaqꝫ
illi instructiones, quas diligenter perlegat, ac iuxta præ-
scriptum illarum Legationem exponet. Nos enim Sermo
Do: Ro: Regi Regnum Vngariæ ex aīo fauemus, neqꝫ
Nepotem in eo nrum regnare cupimus, Sed tamen si qui
sunt Vngariæ Proceres aliena à Mte eius voluntate,
eos de hoc nro instituto scire nollemus. qꝫ veremur, ne
ad Thurcam fortasse desciscerent, si nos id consiliu ce-
pisse intellexerint. Quare poterit P. tua Sermo Do:
Ro: Regi oīa de nobis polliceri, Hoc modo dabit ope-
ram, vt semotis arbitris Legationem exponat, vt
quæ inter nos aguntur, ea tecta sint tantisper, dum
pacatum sit Regnum Vngariæ, dissentientibus in se
Procerum animis in gratiam et concordiam reductis

Caetera .L. tua ex instructione cognoscet, Quae quanto celerius in viam se dederit, tanto sibi gratiam nostra uberiorem demerebitur, Jussimus ei dari ad viaticum Septingentos florenos. Datum Vilnae xvij mensis Septembris Anno Domini 1540.

Sigismundus primus rex Poloniae
Consiliariis Poloniae est supra

Rende in Christo pater. sinceriter nobis dilecte Tristem Nuncium de adversa valetudine Serenissimi Domini Joannis Ungariae Regis. tristior de morte subsequutus est, Nos qui et corpore sumus parum firmo et animo valde perturbato quid consilii capiamus certum non habemus. Re vera Serenissimae filiae. Nepotique nos deesse minime decet, quin potius omnia facere convenit, quae ad illorum rationes in tuto collocandas pertinebunt, sed ut liceat nobis id facere, metuimus, salva amicitia quae nobis cum Serenissimis fratribus Imperatore et Romanorum Rege, intercedit, Itaque inter sacrum, quod aiunt et saxum stamus si totis viribus nostris Nepotem nostrum non adiuverimus erunt fortasse, qui et pietatem et animi magnitudinem in nobis desiderent. Quid enim esse possit à pietate esse alienum, quam si desit Avus Nepoti atque ei pupillo! quod quidem tanto videri queat turpius, si quis id avo pusillo factum existimet, Si verò fecerimus omnia quae ad amantem Nepotis avum pertinebunt, verendum est, ne pietas ista, ne animi nostri magnitudo nimis magno nobis constet, ne et Ungariam et nostrum Regnum perditum eamus.
Sapiens ille fuit qui dixit, diu Delibera cito fac,

Nos non fugit in eiusmodi casibus multum esse in celerita-
te momenti. Sed nobis illud quoque rectum videtur, Sat
cito si sat bene, de tanta re absque P. tua consilio, nihil
nobis statuere visum est, Cum in hac aetate nostra quam-
uis provecta nunquam aeque anceps et difficilis delibera-
tio contigerit. Sermos fres ardissima nobis necessitudine
coniunctos disiunctos esse a nobis nollemus Sermae filiae
Nepotique nro pro paterno officio nro, non deesse vellemus,
Aut paternus nobis animus abijciendus, aut cum Sermis
fribus constituta amicitia dirimenda est, vtrumque non
posset nobis non molestissimum accidere, neque statuere
possumus vtrum molestius. Quamobrem mittimus. P. vre
earum exemplum quae scripserunt ad nos. Spectabilis et
Magcus Petrus Petrovicz a Zapola Comes Themes-
siensis. et Rdus in Chro pater frater Georgius Epus
Varadiensis. Thesaurarius, et Consiliarius Regiae Mts
Vngariae, Quae vt diligent secum expendat, hortamur,
atque re bene deliberata, consilium nobis det eiusmodi, quod
et cum dignitate nra coniunctum et a Regni nri comodis
non sit disiunctum valeat. Dats Vilnae. xva mensis
Augusti, Anno Domi · 1540 ·

Eodem exemplo ad alios
Consiliarios scriptum vt
supra

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando Romanorum regi

Allatum est ad nos Ser^m Do: Joannem Vngariæ Regem generum nrum charissimum, frem confoederatum Mts. vræ. vitam cum morte commutasse, Quo ex Nuntio tanto plus doloris accepimus, quo paulo ante mortem eius, natum ei filium, nobis vero Nepotem intellexeramus. Non possumus itaque de Serma filia nra, deque nato nobis proxime Nepote, nos anxio esse animo et sollicito. Quare à Mte vra petimus, vt memor arctæ necessitudinis, quæ cum illa nobis intercedit, viduæ, pupillique rationibus fauere velit, atque suos in Vngaria prohibeat, ne quid contra Serenissimam filiam Nepotemque nrum moliantur, quod sit à mutua nra coniunctione alienum. Factura Mtas. vra rem Christiano Rege dignam, nosque sibi plurimum hoc officio suo deuinctura. Quoniam vero mittimus in Vngariam ad consolandam Sermam filiam nram. Magnificum Petrum Kmitha Comitem à Vissnice Palatinum et Capitaneum Cracouiensem. Regni nostri Marschalkum, rogamus Mtem. vram. vt ei publicæ fidei literas, quem Saluum conductum vocant, mittere velit, quo nemo ex iis qui sunt ditionis Mtis vestræ, eum in Regnum Vngariæ ingredientem, atque inde egredientem et quod res postulauerit ibidem comorantem impedire audeat. Rem nobis gratam factura. Datum Vilnæ Decima septima die mensis Augusti, Anno Domini. 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Carolo quinto Romanorum imperatori

Non est nobis dubium, quin allatum iam sit ad Mtem vestram, de morte Sermi domi Ioannis Vngariæ Regis, cui, nos ante sesquiannum Sermam D: Isabellam Vngariæ Reginam, filiam nostram charißimam in mrimonium dederamus, quæ ex illo non ita pridem filiolo aucta est, ita vt non poßimus de Statu Sermæ filiæ Nepotisq; nostri non anxio esse animo et sollicito, Sed non minus nos ipsius Vngariæ Regni status perturbat, quod si vnquam antea, in nunc maximo certe discrimine versari videtur, Quamobrem etsi mouent nos priuatæ Serenißimæ filiæ, Nepotisq; nri raones, non minus tamen de Regni Vngariæ rationibus sumus solliciti, cui prospectum ante omia cuperemus, Neq; enim parum ex eo difficultatis et incomodi patimur, quod ex vna iam parte vicinum iam habemus potentissimum Thurcarum Tyrannum, cuius vires quin perhorrescamus, inficias ire non possumus: Nollemus vt altera quoq; in parte, hoc est in Vngariæ Regno dominantem eum videremus, atq; vt ita, Quod Deus omen obruat, vndiq; copiis eius cincti, in maiore etiam quam nunc, vel potius in extremo periculo constituti eßemus. Duo enim sunt Regni nostri contra Thurcas propugnacula, & quasi antemuralia, Valachia, quæ iam proh dolor in eorum potestatem ditionemq; peruenit, et Vngaria, quæ nullo vnquam tempore, quam hoc maius in discrimen adducta fuiße videtur, cui nos

si antea summo semper studio, omni ope nra semper subve-
nire curavimus, multo id nunc maiore studio nobis fa-
ciendum est, cum Serenissimam filiam Nepotemque nostrum
eo in Regno habeamus, Itaque Maiestatem vram rogamus,
Quandoquidem et ipsa Serenissimam fratrem habet Regem Vnga-
riae Coronatum, ut providere velit, ne quid Regnum
id, detrimenti accipiat, neve in Turcarum potestatem
perveniat, Quam ad rem nos quoque nram opem et auxi-
lium pollicemur, atque pro virili nra contendemus, ut ne
per se satis iam afflictum Vngariae Regnum magis etiam
Turcarum armis affligatur, una etiam pro officio pa-
terno maiorem in modum rogamus Maiestatem vram, Sere-
nissimae quoque filiae Nepotisque nostri rationibus favere,
neque eorum dignitati deesse dignetur, quodque ipsa de
suis liberis fieri vellet, si eodem essent in loco, id de
nostris quoque statuat, pro ea quam apud omnes summam
obtinet iustitia et aequitatis laude, Nos vero si Maiestas
vra hac in re favorem nobis non defuisse cognoverimus,
dabimus operam ut ad pristinum nrum erga se studium
non mediocrem cumulum accessisse intelligat, Cui
nos Serenissimaeque filiae Nepotisque nri rationes diligenter co-
mendamus, atque eam quam diutissime incolumem esse
et foeliciorem optamus. Datum Vilnae die xvij^a mensis
Augusti, Anno Domini . 1540 .

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Petro Petrovicz de Zapola Comiti the:
mesien̄ et Georgio Epō Varadiensi

Spectabilis ac Magci. et Rndc in chrō pr̄ Sincere
nobis dilecti, Legimus S. vrāzm̄ lr̄as. fidei ac con:
stantissimæ voluntatis in Serm̄am Reginalem Mtem
filiam nr̄am charissimam, eiusq Mtis filium, Nepotem
nostrum dulcissimum, necnon timoris ac sollicitudinis
de suarum Mtum ac com̄uni regni salute conseruāda
locupletissimas testes, vnde fidelium Consiliariorum ac
bonorum subditorum in S. vr̄is officium clarissime elu:
cescit, quod illis non solum hoc nr̄o seculo in ore bono:
rum omnium summæ laudi futurum est, Verum et po:
steris temporibus in hominum memoria im̄ortalem glo:
riam comparabit, Qua post mortem Sermā olim Re:
giā Mtis domini vestri in tanta Reipucæ: perturbatiōe
fidem et authoramentum constanter in illius Sermā
Coniuge ac filio retinendam sibi existimāt, Vltimamq
olim Domini sui ea in re voluntatem quominus tueātr
nullis periculis absterreri se posse ostendunt, in eoq
constanti instituto suo, consilium et præsidium, nrum
implorant, vt vna cum illis Sermā Rlis Mtis filiæ
nostræ, ac dulcissimi Nepotis saluti, tempori, consula:
mus, Quod quātopere pietatem paternam attinet intel:
ligimus, nec quicquām nūc animum nostrum maiore
conficiat, cura ac sollicitudine, quam vt in hiis discri:
minibus Sermam filiam nr̄am, vnacum illius Mtis filio,
ac turbatissimo hoc Regno positam, in optimo statu
constitutam videamus, in idq quantum viribus nostris

effici poterit, omnem curam ac diligentiam intendemus,
nec omnia salua dignitate M^tis nrae tentare dubitamus,
ut D. vrae postea intelligant nos nihil quod ad pietatis
et vicinitatis Ius nobis semper sanctissime cultum
pertinere arbitraremur praetermisisse.
Quod autem praesidium nrum iam tempori implorant,
magnum in mora situm periculum affirmantes, et iam
edi primordia bellorum à factione Germanica scribunt,
Etsi haec summo ut par est dolore, et animi anxietate lege-
remus, tamen etiam nunc quoad fieri potest, ne res ad atro-
cis belli magnitudinem excitetur, cauendum modis omni-
bus arbitramur, praecipue, cum nondum Legati ex Tur-
cia redierint, qui si quam spem illinc pacis et tranquilli-
tatis in Regno adferent, expectandum est, ne si forte,
Quod Deus omen auertat, bello propemodum Ciuili Re-
gnum incendatur, hanc sibi occasionem hostes, qui vestro san-
guini fortasse inhiant, oblatam gauderent, Quod etiam D.
vrae, in l̄ris suis satis prudenter prospicere se dicunt.
Interim autem sic constitutis rebus, quietis ac tranquillis
~~tutis~~ consiliis, pericula haec amouenda nobis videntur,
pacemque et dignitatem Regni vri, tractatibus ac aequis
conditionibus tentandam prius quam armis iudicamus.
Quieta enim consilia afflictis rebus, plus quam aspera
et turbulenta profuisse compertum est, Haec plane est
nra hoc tempore sententia, quae non videmus quo pacto
à D. vris possit improbari: cum dignitati et paci publicae,
quam optime prospectum esse cupimus: Quod aut nram
voluntatem attinet, prospiciendi rebus Sermae filiae, et
Nepotis nostri in ea vobis desperandum non est, communem
nobis cum vris D. hanc curam et sollicitudinem esse,
existimare omnino debetis, Angit enim nos plurimum
et excitat pietas et vicinitas: Omnem itaque rationem

tutam ac honestam tuende Sermae filiae nostrae ac illius
filii, vestrumque omnium quos ista fide ac constantia
in suas Mtes esse perspicimus à nobis expectate.
Pollicemur enim nobis de Legationibus iis quas ad con-
servationem omnium Sermae filiae, Nepotis, et regni ra-
tionum, hoc tempore ubi videbatur expediri fecimus,
pgratum aliquem sint nobis conciliaturae exitum. De
quibus tum cum nobis certi aliquid in alterutram par-
tem constiterit S. vras. certiores faciemus.
Nunc si quid quod praesidii gentis, vestris rebus consti-
tuamus, non satis reperire possumus, neque si quid sit eius-
modi tutum esse ut lris committatur arbitramur, Unum
hoc iterum iterumque vris Stibus persuasum est, nos
quantum dignitas nrá patietur, rebus illarum non de-
futuros, Ac istam Stum vrárum erga Sermam Re-
ginam Ungariae filiam nrám charissimam, et eius
filium fidem, omi gratitudinis et benevolentiae significa-
tione prosequuturos et pensaturos, Quam fidem et con-
stantiam, si uti certo nobis pollicemur, ad finem re-
tinuerits, non solum cumulatam grám vobis nram,
sed gloriam etiam et magnum decus sibi, prosperitatique
suae S. vrá comparabunt, Quanto autem celerius, vel
alter uter, vel utrque Stum vrarum, ad Sermam
Do: Reginam se contulerit, tanto id nobis gratius est futurum,
Nam expectatione adventus illarum, angi multum
Serenitatem eius accepimus, Quas cupimus, in tran-
quillitate Regni bene et foelr valere. Datis Vilnae
die prima Octobris, Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
Petro Petrowicz Comiti de Zapolia
Themesiensi

Spectabilis et Magce etc. Magnam fidem et singulare studium agnoscimus S. vrã. in Sermã filię nostrã ra:tionibus adiuuãdis, quo nomine habemus illi grãm per omnem occasionem relaturi, Videmus Mtem eius, vt aliis rebus necessariis multis destitutam ita à pecunia quoqȝ valde esse imparatam. Quam cum illi transmittere cupiamus: quem:admodum id tuto à nobis effici possit non videmus: Quam:obrem à S. vrã. petimus, vt suam illi interim nrã fide mu:tua det pecuniam Duodecim millia florenorum in moneta Vngarica, cum in sumptus necessarios, tum in Millites qui Mtem eius comittentur conducendos, Quam nusquam tutius collocare posse videtur, Quando enim volet S. vrã. persoluendam illi curabimus, et magnam ea re à nobis gratiam initura. Quinetiam si ita visum erit Sti vrã certa bona nrã in ea summã illi inscribemus atqȝ obligabi:mus, Quam hortari vt qua cepit esse fide erga Sermam filiam nostram in ea praestet superuacaneum duximus. Faciet enim procul dubio pro excellenti virtute sua, specta:ta iam satis omnibus et probata, vt extrema cum primis con:texat, Illud modo à S. vrã plurimum postulamus, quãdo Sermã filia nrã isthinc erit proficiscendum, quod quidem sine vlla cunctatione fieri velimus, vt eam ipsam S. vrã. comitetur, Etsi quid viderit exhiberi negotii in adeunda possessione Scepusii, ad nos recta Mtem eius deducat, Neqȝ enim diutius ita anxio et sollicito de illa animo esse possumus, Cum venerit S. vestra gra:

tos nos et memores cognoscet officiorum, quae in Sermam filiam nostram contulit. Quae bene valeat. Datum Cracoviae secunda die mensis Octobris Anno Domini 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Isabellae reginae Vngariae

Serenissima Princeps filia nra charissima, lras Mtis vrae non sine magno animi nri cruciatu legimus, Nam pro paterno nro erga illam animo perinde rebus illius ac propriis nostris afficimur, neque magis in optatis quidquam habemus: quam vt extra periculum esse Mtem. vram. vna cum infante filiolo illius salua dignitate, Saluisque fortunis suis cognoscere queamus, Quam ad rem quod nra nos consilia conferre cupit, Mtas vra, factum est id a nobis sedulo per Nobilem . Stupniczski, ac redditas illi esse lras nras confidimus, Summa autem consilii nri fuit haec vt ad eas Arces et Ciuitates, quae iuxta nouas pactiones, a Sermo Do: Ro: Rege Mti vrae sunt assignata, primo quoque tempore se recaperet, miseramus autem sub id ipsum tempus, ad Sermum Do: Ro: Regem Aulicum nrum Nobilem Stanislaum Lesczinski, atque ab eius Mte petimus, vt prouideret Mti vestrae de tuto itinere, quo ad destinatum sibi locum, salua saluis rebus suis omnibus peruenire posset, Magna spe sumus, curatum id esse a Mte Regia Ro: diligenter et missas esse copias aliquas, quae Mtem. vram. deducerent, Expectamus in horas eum quem misimus, cui mandatum per nos est, vt ne prius a Sermo Do:

Ro: Rege discederet, quam eos qui missi essent ad deducendam M. vrám vidisset, Nulla est ratio qua non libenter Mtem vrám adiutam vellemus, Neqꝫ grauaremur in copias etiam conscribendas sumptum facere, nisi vereremur ne magis cave Mti. vrá. incomodaremus. Quemadmodum prioribus nris literis perscripsimus. Videmus nervos illi rerum agendarum deesse, pecuniam sine qua recte fieri nihil potest, Eius isthuc perferendę difficilis est ratio, neqꝫ quemadmodum id à nobis tuto praestari possit videmus, Itaqꝫ cum alia via non posse videamur, hac illi esse succurrendum putamimus, vt fide nrá acciperet Mtas. vrá. à Mago Petro Petrovicz, Comite Themessien duodecim millia florenorum in moneta Vngarica: quos in vsus suos necessarios, praecipue vero in alendos milites Stipendiarios converteret, quos tanto plures conduceret, si forte quod non putamus promissis non staret Sermus Do: Ro: Rex. neqꝫ partem suarum copiarum aliquam ad deducendam Mtem. vrám mitteret, quae nos illi persoluenda curabimus vbi volet. Qui cum singularem fidem et studium, ac obseruantiam erga Mtem vrám prae se ferat, Quandoquidem ea de re ad eum scripsimus Summaqꝫ hanc pecuniae in ~~hobis~~ bonis nostris inscripturos nos recepimus, crediturum cum hac pecuniam Mti vrá non dubitamus, Hoc insuper" per: suasum habemus, vt ad loca designata Mtem. vrám. deducat, Scriberemus et ad alios Vngariae Proceres. sed quid de illis nobis polliceamur non habeamus, Cum praesertim integris adhuc Mtis. vrá. rebus non eam quam oportebat, eorum erga Mtem vrám fidem cognouerimus, vtinam salua modo sit et incolumis Mtas vrá, vna cum infante filiolo suo, Caetera prouideri per nos possent. Si cognosceret Mtás vestra

" facturum "

in ademda Scepusii possessione aliquid sibi negotii exhi-
beri, ita vt superioribus nostris l[ite]ris scripsimus, ad nos
recta proficiscatur, Erit nobis aduentus illius gratissi-
mus, praemittat tamen aliquem qui de aduentu illius nos
reddat certiores, vt obuiam illj ad fines Regni n[ost]ri mit-
tere possimus, aliud in praesens consilium non habemus,
quam vt quam celerrime isthinc se moueat, Deum pre-
camur, vt is M[aies]t[ate]m v[est]ram propugnationem suscipiat, atq[ue]
ex ijs periculis ereptam aut ad destinatum locum, aut
ad nos saluam reducat. Dat[um] Cracouiae sec[un]da die
Octobris. Anno Dom[ini] 1540.

Bona Regina Poloniae
Isabellae reginae Vngariae

SErenissima Princeps et domina, filia n[ost]ra char[issi]ma,
Ne vel mirari, vel egreferre velit M[aies]tas v[est]ra Ser[enissi]ma.
q[uod] Ser[enissi]mus pater v[est]rae M[aies]t[at]is, et nos vna ad eandem
M[aies]t[at]em v[est]ram in praesenti luctu ac tristitia constitutam,
nuntium aliquem n[ost]rum insigniorem tam diu non mi-
serimus, id non n[ost]ra voluntate, sed fatali quadam ne-
cessitate factum esse sciat M[aies]tas v[est]ra. Nam Mag[nifi]cus
Palatinus Cracouiensis ad M[aies]t[at]em v[est]ram visendam
Legatus designatus: honestis rationibus se a profe-
ctione excusauit. Deinde R[everen]dus do[minus] Ep[iscop]us Camenecen[sis]
per aegritudinem itineri se committere non potuit: post
Venerabilis Joannes Sbaszkj ire isthuc iussus mor-
bo graui correptus Legationem obire non potuit.
Nihilominus paterna M[aies]tas conquiescere non valuit
quin M[aies]t[at]em v[est]ram per Nunctium ac Secretarium

suum Venerabilem ~~Joannem~~ Andream Czarnkowski Scholasticum Crac. miserat, Qui cum hinc expediretur, nos etiam comisimus ei, ut nomine nro vram Mtem visat ac salutet, atque omnia ei solatia ex nobis praeceptur, Illamque in prnti eius luctu ac merore solletur. Cui dicenti rogamus ut Mtas plenam fidem adhibeat, ~~Ex~~ eodem etiam Nuncio nro vestra Mtas informationem quo ~~animo~~ modo se gerere debeat sufficienter cognoscet, et idcirco nunc in scribendo breviores sumus, praesertim, quod prioribus lris nostris animi nri sentenciam Mti vra declaravimus. Quod extremum est Mtem vram rogamus, ut luctui ac merori suo, in quem Dei voluntate prolapsa est temperet, nec animum suum ob prnts temporis acerbitatem despondeat, quin potius sit animo erecto magnoque. Speretque Mtas vra res prntes quae tristiores esse videntur, faelices laetosque eventus esse habituras, Nos enim et cum Sermo Rege nro, parente Mts vra, eidem Mti vra Sermae nec consilio, nec ope, nec opera deerimus. Christus Dominus servet Mtem vram Sermam una cum filiolo Rege eius Ungariae in multos Annos sanam et et incolumem, et prosperos ei incundosque rerum progressus. Datis Vilnae prima Die mensis Octobris. Anno domini 1540

Sigismundus primus Rex Polonie Isabelle Regine Ungarie

Serenissima Princeps: filia nra charissima. Lras Mtis vra non sine magno ani nri cruciatu legimus Nam pro paterno nro erga illam animo perinde rebus illius ac propriis nris afficimur: neque magis in optatis

quicquam habemus: quàm vt extra periculum esse M^tem
v^ram vna cum infante filiolo illius salua dignitate. Sal;
uisq fortunis suis cognoscere queamus, Quum ad rem
quod n^ra nos consilia conferre cupit M^tas. v^ra. factum
est id à nobis sedulo. etc. hac Epistola est. ante.
in folio. 6to. iam scripta

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Quinto Caesari Catholico

Reddite sunt nobis l^ra M^tis v^ra quibus pactorum nos
admonet, qua inter Ser^mum Do: Ro: Regem fr^em
M^tis v^ra, et Joannem olim Vngaria Regem intercesse;
runt, atq vna hortari nos videtur, vt huis pactis ac;
quiescere velimus, de quibus adhuc nihil prater audi;
tum habemus, Est quidem ita natura comparatum,
vt suos quisq liberos quam fortissimos esse cupiat, et
ad amplissimum quemq dignitatis gradum euectos,
In hoc parentes in hoc X^ni omnia studia, omnes vires,
omnes opes suas consumunt, Neq desunt nobis in ipso
Regno Vngaria qui plurimum possunt, qui faces nobis
ad eam rem addant: quiq instent atq vrgeant, vt
ne deesse Nepoti n^ro velimus, quo possit Ser^mi patris
locum obtinere, Sed procul à nobis hanc Deus
mentem auertat plus vt valere velimus apud nos
priuatas a^mi affectiones, quàm publicam totius orbis
Christiani vtilitatem. Hoc esse putamus vere Regium
habere in potestate motus animj: neq regi affectioni;
bus, sed eas regere potius et sub rationis imperium

subiicere, faciemus itaq3 non inviti publicae tranquillitatis
causa: ut consilio Mtis. vrae. locum demus. Chara qui:
dem nobis est Serma filia nra, charus et Nepos nobis
ex illa natus: sed multo charior salus et tranquillitas
Reipubcae Christianae, cui nihil est quod anteponendum
existimemus: Quare non alia in re magis curae nrae,
omes et cogitationes euigilant: quam ut afflictum Vnga:
riae Regnum conservari possit, quod id totius orbis Chri:
stiani: plurimum interesse putamus: Deinde vero nulla
nobis est res tanti, cuius causa diremptam velimus,
et vel mima ex parte violatam eam amicitiam, et
necessitudinem: quae nobis cum Mte vra, cumq3 Sermo
fratre eius artissima intercedit: prae qua opes omnes
contemnimus et pro nihilo ducimus. Quemadmodum itaq3
adhuc usq3 diem, sancte semper illam coluimus, ita de:
inceps quoq3 dabitur a nobis opera, ut non modo nulla
fiat eius imminutio, sed aliquibus potius adcessionibus augea:
tur. Hoc sibi de nobis Mtas. vra. certo potest polliceri,
Cui gratias agimus, quod opem nobis suam atq3 operam pol:
licetur, ut pactis satisfiat, Nos cum quietis conservande,
tum amicitiae inter nos Mtemq3 vram, et Sermum
frem eius retinende causa, nihil aliud postulamus. Cum
ea Sermae filiae Nepotiq3 nro praestita fuerint, quae ex
pacto debentur, abunde nobis satisfactum putabimus.
Tametsi huis scriptis animum nrum tantum explicamus
Nam de his quae non sunt in potestate nostra, sicut
est voluntas et animus noster polliceri non possumus.
Ab iniuria etiam et vi Sermam filiam et Nepotem: si
forte quod non speramus illi a quopiam adferatur,
tutari nos et defendere oportet. Nihil enim alienius
ab humanitate et pietate atq3 Christiano officio arbitra:
mur, quam in huis, deesse suis velle, Cuiusmodi offi:

cium non dubitamus etiam Sermum Do: Romanorum Regem. Sermæ filiæ nostræ et Nepoti delaturum. Optamus Mtem vram diu esse incolumem et foelicem Cuius nos benevolentiæ comendamus. Datũ Vilnæ iiija mensis Octobris. Anno Domi 1540.

Responsum à Sigismundo primo Rege Poloniæ datum Sigismundo de Erberstein Consiliario et Ori Regis Ferdinando

Excusationem qua usa est Do: vra de eo, quod serius aliquanto à Sermo Do: Ro: Rege huc missa sit S. Mtas Regia in optimam partem accipit, videt enim magnam partem in rebus humanis fortunam dominari, Quin et sibi ipsi hoc accidisse perspicit, ut cum nihil moræ voluerit interpositum suo hac ipsa de re ad Serenissimum Do: Ro: Regem Legato mittendo, nihilominus opinione voluntateque illius tardius adhuc res processerit, Quod quidem per ipsam S. Mtem Regiam non stetit, sed per casus quosdam quibus est natura hominum obnoxia: quos præstare nemo potest.

Quod narravit Do: vra de officio Sermi do: Ro: Regis, quemadmodum Mtas eius in cuius prope conspectu est Serma filia suæ Regiæ Mtis, simul ut allatum ad illam est, de morte Sermi domini Joanis

Regis, dignata est Oratorem suum mittere, qui Sermam
filiam Sacræ Regiæ Mtis magno in luctu mæroreq3 con:
stitutam, verbis Sermi Do: Romanorum Regis conso:
laretur, atq3 omnia illi de Mte eius promitteret, quæcunq3
à Patre in filiam possent aut deberent: Id nẽ antehac
quidem obscurum fuit S. Mti Regiæ, cuius Serma fi:
lia domina Regina Vngariæ scriptis ad Sermos paren:
tes lrís mirifice gratias egit Sermo do: Ro: Regi de
hac tanta humanitate, qua Mtás eius erga se vsa es:
set, Quæ quàm grata acciderint S. Mti Regiæ nulla sa:
tis oratione potest explicari, Etenim cùm ipsa longius
absit à Sermá filia sua, ita vt ad subditos casus tempi
præsto illi adesse vix possit, credibile non est, quantam ex
eo voluptatem ceperit, cum Serm Do: Ro: Regem qui pro:
ximo adesset, tantam ad eam humanitatem detulisse co:
gnovisset, vt omẽs vires atq3 opes suas polliceretur, si qua
id necessitas postulaßet. Agit hoc nomine ingentes gras
S. M. Regia Sermo Do: Ro: Regi. Et quàmvis ante hac
quoq3 ita visa est S. Mtás Regia, in Mtem Regiam
Romanorum, suaviter esse effusa, vt nullus videretur
fore accessioni locus, tantus tamen post factum id amo:
ris cumulus acceßit, vt miraretur locum fuisse augendi
in eo, quod illi iampridem cumulatum etiam fuisse vide:
batur. Petit S. Mtás Regia qua voluntate esse cepit
Sermus Do: Ro: Rex in Sermam filiam suam, eadem
esse perseveret, neq3 rationibus illis desit, si forte res
ita postulaverit, vt Serma filia Sermi Domi Regis
Ro: auxilium sit implorandum, quam iterum atq3 ite:
rum ~~atq3 iterum~~ illius Regiæ Mti in protectionem
comendat eius Mtás

Sermum Do: Ro: Regem esse eundem Vngariæ Re:
gem coronatum non ignorat S. Mtás Regia, neq3

est quisquam Christianorum Principum, quem Vngaria Regem esse malit, quam Mtem eius de cuius et magni-tudine animi et prudentia, et viribus cum Sermi, et ex-cellentsmi fris copiis coniunctis, hoc sibi persuadet. S. Mtas Regia neminem esse qui contra impetum Christia-ni nominis hostium Regnum id non tam armis quam con-silio rectius tueri posset et defendere, Est quidem ita natura comparatum, vt suos quisque liberos in amplissi-mo dignitatis gradu collocatos cupiat, id Avi quoque tan-to faciunt impensius, quanto in Nepotes suos maiore in-clinatione voluntatis sua propendent: At S. Mtas Regia, etsi cupit ipsa quoque Nepotis sui rationibus pro dignitate prospectum, non hoc tamen vt ille regnet, sed vt Regnum Vngaria quietum sit et tranquillum vt ne in Turcarum potestatem perueniat contendit et elaborat. Semper eo fuit animo. S. Mtas Regia vt publicas rones, priuatis anteponendas putarit, neque qd sibi priuatim, sed quid publice toti Christiano orbi expediret, id maxime attendendum, id sequendum esse duxerit, hoc est enim vere Regium habere in po-testate motus animi, neque duci ac regi affectionibus, sed eas regere potius, ac sub imperium rationis subii-cere, Prima itaque semper cura fuit S. Mti Regia de conseruando Vngaria Regno, de ornando Nepo-te posterior, Quare libenter concedit S. Mtas Regia Sermo Do: Ro: Regi, ac tantum abest, vt impedire Mtem eius quominus in Vngaria regnet, vt adiu-tum etiam pro virili sua cupiat, Hoc modo petit, vt qua Dotis, quaque Antipherna sine contradotis no-mine Serma Do: Vngaria Regina partim data partim promissa sunt, in his ne Mtem eius, a quo-quam impediri patiatur, neue permittat, vt quis

Arces illius, Castra, Ciuitates, Villas, et cuiuscumque generis possessiones armis inuadere, et super iniuriam audeat vindicare. Deinde vt filio quoque Serm.ae dominae Reginae Vngariae S. M.tis Regiae Nepoti, vt perscriptum in foederum conditionibus, quae inter M.tem Regiam Ro: & Serenum olim Do: Joannem Vngariae Regem intercesse-runt, ita prospectum velit, Etsi de ijs nihil praeter auditum habet Sacra M.tas Regia. Nam quod dixit Do: vra. capita foederum istorum fuisse coram illa producta, tum cum desponsa esset Serma Do: Regina Isabella Serenissimo Do: Joanni Regi, id nunquam factum esse sciat, verbo tantum ea prolata non data scripto data fuerint, Haec si praestita fuerint à Sermo Do: Romanorum Rege abunde sibi Sacra Regia M.tas satisfactum putabit, cui nihil est amicitia et beneuolentia Serm.i domini Ro: Regis, prius aut antiquius, quàm auctam vellet potius quibuscumque possit honestis rationibus, quàm violatam et aliqua ex parte imminutam, Non de eo sollicita est. S. M.tas Regia, quàm late ipsa imperet, vel Nepos eius, sed vt amicitia cum Sermo Do: Ro: Rege non modo retineri, verum etiam augeri, vt Regnum Vngariae incolume possit conseruari in eo cura eius omnis consumitur.

Poterat S. M.tas Regia collecto exercitu in Vngariam inuadere, Non deerant vires: non studia multorum, non qui id faciendum suaderent, vel impellerent potius. Sed cum id alienum esse videret ab ea coniunctione, quae cum Sermo Ro: Rege S. M.ti eius summa intercedit, cum Vngariae quoque Regnum, ea re, vltimum in discrimen, et prope certum in exitium iri videret, quietis consilijs vti malint

Quod factum si probatur S. M.tis Regiae, si pro-

batur Sermo Do: Ro: Regi, Quemadmodum probatur pro:
culdubio. Hortatur S. R. Mtas. ut id imitandum sibi
quoque existimet, non vi, non armis, sed amore potius
ac benivolentia adiungenda sibi curet hominum studia,
atque omni cura provideat, ne, qui non parum posse viden:
tur, hii ad Thurcarum Cæsarem desciscant, Etiam
si quos alieniores esse à se intelligit, non eos tamen
ad extremum persequendo, ad extrema consilia decur:
rere cogat, sed planum id omnibus potius faciat, tutum
fore omnibus ~~fore~~ apud se perfugii locum, si privatas
offensiones publicæ utilitati condonare, omnesque in
gratiam libenter recepturum, qui modo ad officium
redire voluerint

Summa hæc est S. Mtem Regiam suo nomine polliceri
quod nequaquam impeditura sit Mtas eius: quominus
Sermus Do: Ro: Rex tranquille Regno suo Unga:
ria potiatur, hoc idem Sermam filiam suam fa:
cturam esse sibi pollicetur, De Proceribus nonnullis
Regni Ungariæ non posse eam idem polliceri, quod
hii neque in sua, neque in Sermæ Reginæ Ungariæ
potestate sunt

Plurimum autem interesse putat S. Mtas Regia, ad id
quod cupit Sermus Do: Ro: Rex consequendum,
ut hæc S. Mtis Regiæ voluntas aliquandiu adhuc
tecta sit et occulta, Nam periculum esse videt,
quorum animi adhuc. à Serº Do: Ro: Rege abhor:
rent, si divulgatum sit S. Mtem Regiam de Re:
gno Ungariæ pro Nepote obtinendo minime laborare,
Sed eo Serº Do: Regi voluntariæ cedere, ne hii
cum nihil sibi esse in S. Regia Mte præsidii

cognouerint: ad Thurcarum Caesarem desciscant,
Quae res extremum esset Vngariae Regno exitiū alla;
tura

Faciet proculdubio S. Mtas Regia, ea quae se facturam
recepit, vtcunq3 fuerint aliquandiu celata, quod ita vide;
tur Regni Vngariae rationibus expedire: Semper enim
S. M. Regia eo fuit animo erga Sermum Do: Ro: Re;
gem, quem arctissima haec mutua necessitudo postulabat,
fieri potest vt fuerit aliquando diuersis suspicionibus
locus: sed ea quam falsae fuerint: vel hoc tempore
res ipsa declarat. Regnum eiusmodi esse dicitur, vt
illius causa Jus esse violandum videatur: At S.
Mtas Regia, non quouis Regno, sed Vngariae Rego
libenter cedit Sermō Do: Ro: Regi, dum animi erga
illum sui integritatem ostendat, Atq3 cum huius ipsis
Mandatis Legatum suum ad Mtem eius misit, neq3
nunc primum eam deliberationem suscepit, sed statim
vt mortuus est Sermus Do: Joannes Vngariae Rex
id ipsum facere in animum induxit, Vt Regnum
Sermō Do: Ro: Regi deferret, dummō quae ex pacto
Sermae filiae Nepotiq3 debentur: ea praestentur,
Quare nihil est quod dubitet Sermus Do: Ro: Rex, de
constanti erga se amore ac beniuolentiā, Nam quem;
admodum S. Mtas Regia in hunc vsq3 diem, ami;
citiam ac beniuolentiam Sermi Do: Ro: Regis summo
studio retinere conata est: ita deinceps quoq3 pari
semper vel etiam maiori in eam rem cura incumbet,
quo non modo non decedat quicquam, sed magnus
etiam ad veterem inter Mtes eorum coniunctionem
cumulus accedat, Id quod re potius testabitur, cum re
opus erit, quam vt se operamq3 suam pluribus verbis
velit venditare.

Quod postulat Do: vra: si ad arma ventum sit, vt con-
tineat homines suos S. Mtas. Regia, quominus in mi-
litiam ad eos proficiscantur, qui velint Serº Do: Ro: Re-
gi negotii aliquid exhibere: Ita sibi Regia Mtas per-
suadet Sermo Do: Ro: Regi, et Dni vrae obscurum
non esse, quam difficilis sit hac continendi in Regno
milites ratio, quippe quae leges et libertates Regni
Poloniae in hac parte probe nouerunt, vt hac non
omnino in statu Mtis Regiae esse videantur: Sed ta-
men quoad eius fieri poterit, dabitur opera a S.
Mti Regia, vt hac etiam in re Sermo Do: Ro: Re-
gi quantum in se est satisfaciat,

Gratum est S. Mti Regiae, quod Sermus Do: Ro: Rex
libellos iniuriarum ad eos qui anthores earum esse
dicerentur trasmiserit, et eos iudicio se sistere iusserit,
Ipsa quoque S. Rxa Mtas. idem faciat de libellis hiis quos
ad se Regia M. Ro: misit,

Quam salutationem attulit Do: vra a Serma dna
Ro: Regina: nepte Sacrae Mtis eius, charma, ea
accidit Sacrae Mti Regiae gratissima. Ac eadem
omnia cum fenore euenire optat Mti eius Reginali,
quae sibi Mtas eius tanto studio est precata, Non est
quod ambigat quidquam Mtas eius de paterno erga
se animo, nullum proculdubio amatissimi erga Mtem
eius patris officium praetermittet. Et ipsam Regni
Vngarie haeredem, et Sermum Do: maritum eius
Regem esse Vngariae coronatum meminit. Quare
quod vltro factura erat Sacra. Mtas. Regia, vt
Regnum Vngariae Serº Do: Ro: Regi deferret: id
etiam precibus Sermae Neptis suae adducta faciet,
multo libentius.

Caeterum quemadmodum Serma Dna Ro: Regina hares est Regni Vngariae: ita et Serma coniunx Sacrae huius Mts Regiae est et ipsa hares legitima Ducatus Mediolanensis. Quamobrem eodem Iure petit a Sermo Do: Ro: Rege, quo se apud Serm et excellentissimum fratrem suum, adiutum velit, vt tandem aliquando ad haereditatem suam act Tortonam et Cremonam dotalicium suum peruenire possit. Nam tot iam legationes, tot preces, tot lrae: tot sumptus sunt: ea de re frustra ac inaniter facti, vt nisi spes nos teneat, promissiones ~~frustra~~ Serenissimae et excellentissimae Caesareae Mts bonum tandem exitum habituras poenitere nos eorum quae facta sunt oporteret,

Sacra Regia Mtas adolescens, ingentes agit gratias Sermo Do: Ro: Regi parenti suo charissimo, quod Mtas eius per Dnem vram tam officiose Mtem suam salutare fuerit dignata, Cui vicissim salutem atque incolumitatem diuturnam atque omnia prospera et foelicia precatur: non sibi magis quam Mti eius ex animi sententia omnia euenire cupiens, Caeterum quod postulat Mtas eius, vt suam quoque operam interponat, quo facilius possit ea obtinere: de quibus ad Sermum dom parentem Dnem vestram misit, Non putat S. Regia Mtas adolescens; opus esse currenti (quod aiunt) calcar addere, Videt enim inter vtramque Mtem quam vtramque loco parentis colit ac veneratur, miram esse animorum consensionem, vt quamuis corporibus inter se longissimo sint internallo disiuncti, tamen voluntatum nulla potest maior esse coniunctio. Qua ex re S. Mtas Regia adolescens, incredibilem capit animo voluptatem, quod Sermos parentes suos tanta videt inter se voluntatum coniunctione, vt vnus

prorsus in duobus animis esse videatur Quare aliis quibuscunque in rebus poterit libenter operam suam apud Sermum Do: parentem suum interponet: in hac plane super vacaneum id fore arbitratur, cumque quae Sermi Do: Ro: Regis nomine postulat prius quam an postulatura id esset sciri posset, per Oratorem Sermi domini parentis sui sunt delata,

Hâc totidem verbis S. Regia Mtas dici postulat à Dne vra Sermâ Dominae Romanorum Reginae matri suae charissimae, et dulcissimaeque Serenissimae Sponsae suae, quas cupit omnibus bonis omnibus affluere, et summâ rerum omnium prosperitate frui.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis regni Polonie primoribus

Rnde in Chro pater sincere nobis dilecte. Mittimus S. tue Instructionis exemplum qua per Nunctium Rmi Do: Agriensis, et Magnifici Petri Peremi, proxime nobis est allata. Mittimus vna et lrarum exemplum, quas manu sua scripsit ad nos Dos Agriensis. Ac vtrisque quidem iam respondimus et Instructioni et lris, sed ita tamen, vt quam ipsi expiscari fortasse à nobis volebant, sententiam nram suspenderemus, Nam neque de eo num Regnare vellemus Nepotem nrum, alterutram in partem quidquam respondimus, quod illi proculdubio scire maxime ~~sciebat~~ cupiebant: totumque illum locum de consilio dato per Do: Agriensem Serma filiae nrae, silentio praeteriimus, Neque etiam facturos nos recepimus, vt anthoritatem nostram interponeremus, ne Turcarum, Epus Varadien auxiliis vteretur, Illud tamen respondimus, neque nostra neque Serme filiae nrae voluntate aut etiam scientia idfieri, atque ita dubios eos et suspensos relinquimus, de omibus iis, quae illi quam maxime cognoscere ex nobis cupiebant. Cum enim res esse videremus, arduas et difficiles, non esse fas putauimus absque Ste tua, et aliorum Regni nostri Senatorum et Consiliariorum consilio certi aliquid respondere, Quare hortamur S. tuam atque ab ea postulamus, vt suam nobis sententiam perscribat, Est enim haec nobis si fuit vlla aliquando anceps et perdifficilis deliberatio Sermo quidem Ro: Regi quod ita factu necessarium esse iudicabamus.

animi nri sententiam plane aperuimus, nosq[ue] non impe-
dituros quominus ille regnaret promisimus, Quam deli-
berationem nram tacitam esse voluimus, ne qua ad Pro-
ceres Vngariae permaneret. Nunc statuere satis non
possumus an ij ipsi Proceres diutius adhuc de eo quod
deliberatum a nobis est celandi sint, ac suspensi quodam
modo tenendi, an potius ipsis quoq[ue] aperiendum est, id
quod animo nobiscum constituimus, Scimus eo animo
esse quosdam erga Serm Do: Ro: Regem ut Turcarum
iugum quam illius Imperium ferre sint paratiores,
In quorum manibus cum et Arces queq[ue] munitissime
et non contemnendi Thesauri sint defuncti Regis, qui
propria ad Nepotem nrum pertinent, Veremur ne et
se et Arces illas cum Thesauris Turcis dedant si
nostro se praesidio destitutos esse prorsus intellexerint,
Qua ex re multum ad Nepotem nrum Regnumq[ue] Vn-
gariae vniuersum, incomodi et periculi esset peruentu-
rum, Atsi celemus diutius qui haerent adhuc neq[ue]
alieno a nobis animo esse videntur, neq[ue] satis habet
cum animo suo constitutum, quid consilii capiant, eorum
voluntates prorsus et a nobis, et a Serma filia nostra,
disiungimus. Quamobrem perscribat nobis S. tua, pu-
tet ne diutius suspensos tenendos esse animos Vngariae
Procerum, an explicandum tandem, id quod est a no-
bis deliberatum, quod si suspensos esse tenendos censet,
quousq[ue] tandem ita celandi sint, et cum peruulganda
tamen aliquando res sit, qua ratione peruenire ad id queat,
vt quam minimo cum periculo diuulgetur, Deinde vero
vt hac de re consilium nobis suum impartiat S. tua,
admonendus ne sit literis nostris Do: Varadiensis
Epus, vt ne ad Turcarum praesidia confugiat, an
continendum potius: Hoc si fecerimus iustam fortasse

hominum reprehensionem non effugiemus. Cum non minus in vicio sit, qui cum potest non impedit, quominus aliquid impie fiat, quam qui ipse agit impie. Si vero à Turcarum auxiliis adsciscendis deterruerimus periculum est, ne et apud illum nihil proficiamus, cum praesertim nullam copias ipsi ostendamus, nihil illi praesidii polliceamur, etsi qua permanerit hoc ad Caesarem Turcarum ne graviter illum offendamus, Et itaque de re quid sentiat, nobis S. tua diligenter perscribat. Quoniam vero fore suspicamur, ut à Caesare Turcarum Legatus veniat, qui nos ut Nepotem ad Regnum consequendum adiuvemus hortetur, sua etiam ipse auxilia ultro deferat, volumus ut tempori nos S. tua faciat certiores, quid vel illi respondendum sit, vel etiam Nuncio, si quem eadem de re cognita Caesaris Turcarum voluntate, nonnulli Vngariae Proceres ad nos miserint. Factura S. tua pro officio suo et gratia nra. Datum Vilnae XXiiii.a Mensis Octobris. Anno Domini. Millesimo Quingentesimo Quadragesimo, Regni vero nostri XXXiiij.o

Isabellae Reginae Vngariae Legati ex Legatione sua ad Thurcum missi

Serenissima Princeps et domina dna clementissima. Post humilimam nri et fidelis servitutis nrae in gram Mtis vrae comendationem. Nacta hac scribendi occone facere non potuimus, quin Mti vrae statum Legationis nrae, hic apud excelsam potentissimi Caesareae Mtis portam peracte, eidem Mti vrae perscriberemus. Sciat itaque Mtas v. nos refutatis rationibus adversariorum. Deo Optimo,

anthore, heri optatum in omnibus negotiis nostris à potentissimo Caesare habuisse relationem, Hoc est natum Mtis vrã in solio paterno cum tota Jurisditione Regni Vngariæ et transyluaniæ reliquisse, Existimamus quod nos ad ~~valitudinem~~ divandum cras introduci, et sequenti die, Deo auspice hinc mouere posse, Reliqua omnia in nrõ reditu à nobis ipsis Mtas vrã intelliget, Quam vna cum foelicissimo nato, nouo Vngariæ Rege diu foelicissimam, ad vota valere desideramus, Datum Constantinopoli. 17. Mensis Octobris Anno Domini .1540.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Isabellæ reginæ Vngariæ

Reddidit nobis Cubicularius nr, lras Mtis vrã. Ex hiis, quibus versetur in angustiis non sine magno animi mærore cognouimus, Jn causa videtur esse mora et cunctatio, sed ea, nulla nrã culpa accidit, Etenim Vt primum à Mte vrã certiores facti fueramus, non de morte, sed de morbo tantum periculoso Serenissimi Coniugis eius, statim Oratorem ad illam Magnificum Petrum Cmitha Palatinum Crac. designauimus: qui cum recusasset prouinciam, iam de morte allatum esset nulla mora interposita, misimus ad Rdum P. do: Joannem olim Camenecen. Epum, atque ei munus hoc Legationis mandauimus, qui suscepisset non inuitus, quasi per aduersam valetudinem licuisset, qua non ita pridem extinctus est, Venblis Joannes Sbaxwsky Decanus Cracouien. eadem in causa est

qui cum Lhtisi laborare dicatur, delatum sibi per nos
munus obire non potuit, Jam itaqz intellexit Mtas. V.
morę huius et cunctationis, nullam penes nos culpam
residere, Quis enim est qui casus hominum præstare possit!
Statim autem vt cognouimus tres istos, nostro desyderio
satisfacere non posse, Misimus per dispositos equos Venlem
Andream Charnkowsky Scholasticum Crac. Secreta:
rium nrum, quem esse iam isthic cum Mte vrá, mandataqz
illi nrá exposuisse confidimus: Quod autem Mtas vra cum
vrgeret necessitas, ingens reuera telum, non expecta:
to Legato nró filii sui nomine omi iure Regni se cedere
et pactis tantum stare velle Serm̃o do: Romanorum Regi
renunciauerit, nobis duplici roñe probatur, tum q in suis
ad Sermam Coniugem nram lrís, se id ex consilio eorū
qui cum ea sunt fecisse scribit, à quo non exclusum fuis:
se, Dom Varadiensem Epum, et Dom Comitem Petrowicz
suspicamur: quem esse Buda cum Mte vrá accepimus,
tum q nobis quoqz eadem illa visa sunt, quæ per Orato:
rem Mts vræ Sermo Do: Ro: Regi sunt renunciata,
neqz à Legatione nrá quidquam discrepant,
Quod vero cupit à nobis consilium sibi dari, num discer:
dendum Buda; et si discedendum, quo nam sit potissimum
commigrandum! Nam in hiis quæ scribit Mtas. vrá.
Rndo do: Samueli Epo Chelmensi, Regni nri Vicecan:
cellario queri videtur abesse Castra, suasqz possessiões
Longius, esseqz Turcis finitimas, vt ad ea se recipere,
tuto Mtas vrá non possit, Nobis omnino videtur, quá:
doquidem ex pacts Buda Sermo do: Ro: Regi debetur,
vt eam relinquat: ac in locum illius Trencinium, sibi da:
ri à Sermo do: Rege Ro: postulet, eoqz concedat, vt
iam satisfieri pacts hinc inde incipiat, Ibi videbitur
Mtas vestra tanto tucius et comódius posse cómorari,

quanto locus ille Regno nr̃o est vicinior, Illud autem diligenter obseruet M^tas. v^ra. cum erit ei Buda migrandum, vt ne vlla ratione Ill^mum filium suum à se auelli patiatur, verum et illum et om̃es si fieri tuto poterit Thesauros Ser^mi Coniugis sui defuncti vna accipiat, Trenciniumq3 vel ad aliam dotalicũ sui Arcem, quatutior videbitur perferendos curet, Quod si Trencinium non daretur, iam nos, qui et diu Vngariam non vidimus, et locorum comoditates post eam præsertim Regni depopulationem et vastitatem, non habemus exploratas, vbi potissimum se conferre debeat M^tas. v^ra, id illius arbitrio comittimus: quæ cum eorum quibus fidit consilio deligere poterit, vel Tokaij, vel aliquod aliud Castrum vbi comode subsistere queat, interim dum nos reliqua cum Ser^mo Do: Ro: Rege, quæ ex tractatibus debentur constituemus: Constituere autem quia nihil possumus sine voluntate et assensu M^ts v^ræ illam hortamur: vt nobis suggerat, quid deinceps pro se vtiliter agere possimus, faciemus enim om̃ia libenter, quæ ad M^ts v^ræ dignitatem et comodum pertinere nobis videbuntur:

Hæc est consiliũ nr̃i sum̃a, quod sibi M^tas. v^ra. dari à nobis postulauit: Porro scripsimus ipsi, ad Ser^mum Do: Ro: Regem: de humanitate quam ostendit v^ra M^ti grãs egimus: vt eodem in illa animo esse pergeret rogauimus, atq3 vna illud esse contendimus, cum cesserit M^tas. v^ra. Buda, vt illi iuxta pacta Trencinij possessionem dari iubeat, quod M^tem eius facturam non dubitamus: Interea M^tas. v^ra. bono sit animo, nos illi nulla prorsus in re sumus defuturi, neq3 vllum amatissimi p^ris officium prætermissuri, Quam bene valere cupimus, Vilnæ penultima Octobris, 154

Sigismundus primus Rex Polonie
Georgio Epo varadien Thesaurario

Rndi. Ex lris Serma filia nostra facti sumus certiores, quod miserit hoc tempore quibusdam de rebus Oratorem suum ad Sermum Do: Ro: Regem: quod Mtem eius, cum de aliorum Vngarie Regni Procerum, tum inprimis de vra P. V. consilio sententiaque fecisse nobis persuademus, Interim autem dum Orator hic est apud Serenissimum Do: Ro: Regem ingentem exercitum ab eius Mte conflatum esse accepimus qui recta Budam contendat, Neque procul abesse Turcarum copias, qui et ipsi procul dubio non alium locum quam Budam petunt, ita videmus Sermam filiam nram ingenti in periculo futuram, si Buda sit illi in ista et Germanorum et Thurcarum obsidione commorandum, Quamobrem visum est nobis vt alio migret, Quem autem in locum sit ei migrandum etsi nram sententiam Mti eius scripserimus, tamen vt vra P. V. et aliorum Regni Procerum consilio vtatur, Illud modo à P. vra postulamus, vt qua fuit fide erga Sermum Do: Joannem Vngarie Regem, eandem et coniugi eius et filio praestet, ac omni ratione prouidere velit, quo tuto possit cum Comitatu suo, cumque rebus omnibus, et suis, et Illmi filij sui aliquem in locum concedere, vbi ab hostibus, nullum sit ei periculum pertimescendum, Fecerit P. vra boni et fidi erga defunctum dominum suum seruitoris officium, nrum vero fauorem sibi plurimum demerebitur. Datum Vilne. die penultima Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo,

Ferdinandus Romanorum Ungarie et Bohemie rex. Isabelle regine Ungarie

Copia harum lrarum missa fuit ad Regem Polonie patrem, ab Isabella Regina

Arbitramur Sertem vram intellexisse, cum ex Oratoris nostri ad se missi sermone, tum etiam ex lris nostris in hoc peculiariter ad S. vram missis, quo animo erga illam affecti sumus: quam qz benigniter nos iam inde a morte Serenissimi Regis Joannis, coniugis sui obtulerimus, paratos scilicet esse ad omnia facienda, quae nobis vigore tractatus pacis cum eodem Sermo quondam Rege Joanne confecte incumberent, tum quae S. vestram et prolem suam iuxta memorate pacis tractatus directe concernerent, Deinde quam nihil magis in votis haberemus, quam ut regni nri actualem possessionem pacifice sine strepitu armorum consequi possemus, Et in eum sane effectum Sertem v. iterum atqz iterum hortati sumus, ut quantum in se esset curare et admitti vellet, ut omni impedimento sublato, pro iure nro, et in vim praefatorum Tractatuum ad dicti Regni nri Ungariae possessionem perueniremus, ne, si secus praeter spem et expectationem vram fieret, cogeremur licet inviti, Jus illud nostrum via armorum belliqz prosequi, quod quidem omnium maxime vitare vellemus, Admonuimus praeterea Altem vram, ne committere vellet, quin nobis ad postulata nra, quantocius responsum resolutum daret, quod cum in hunc usqz

diem à Ste. vrã. obtinere non potuerimus, esseq penes se quosdam homines quos ad patriã suã perniciem natos videamus: qui tum ocij et tranquillitatis quasi inimici, tum pacti promissionisq obliti nobis in potiundo iure nrõ negotium facessere: incertisq et suspectisq consilijs adversus iniutos pacis tractatus, et contra omnia Jura, tam divina q humana nos in successione adeptioneq praefati Regni nostri violenter impedire statuerent, Necessario profecto impellimur susceptam expeditionem nrãm prosequi, Quare Sertem vrãm latere nolumus: nos Mag^co Leonardo Baroni à Velss. generali Exercituum ac militiae nrã Capitaneo mandavisse, vt cum exercitu nrõ recta Budam versus tendat, omniaq moliri ac tentare aggrediatur, quae ad recuperationem Regni istius nri conferre, necessariaq esse videantur, praesertim cum non desint antedicti Adversarij, qui se se nobis iustissimisq conatibus nostris opponentes, Civitatem nrãm ac Sedem Regalem Budam praesidijs firmare, eoq quas possunt gentes adducere audent, idq non alio vt accepimus consilio: quam vt pro eorum suma obstinatia, pertinatia, impedimento nobis sint, quominus legitima Regni possessione potiamur, sicq miserum et aliogni satis afflictum Regnum accersitis Thurcarum auxilijs, extremis calamitatibus obruant, Quae cum ita sint praetermittere in pruitiarum nolumus, quin Serntem vrãm, de qua paternam curam gerere omino statuimus pro mutua sanguinis nexu, quo conglutinati sumus, affectuose peramãterq praemoneremus, vt quoniam rogatos nos habuit in superioribus literis manu sua scriptis, vt illius filijq sui rationibus prospicere vellemus, Et quia parum tutum esse videtur istorum hominum vti consilio, qui sibi Jus Tutorium propria authoritate assumere viderentur, eam in ista necessitate

et difficultate positam non desereremus, quin potius con-
silio auxilioq. nro adiuuaremus: Etiam atq. etiam cogi-
tare velit num in præsenti belli statu cum filio suo Budæ
permanere sats consultum fuerit. Et quia nudiustertius,
à Sermo Rege Poloniæ Serms. vræ. parente. nroq. fre
et affine charissimo lrãs accepimus: quibus significat
nobis se Oratorem ad nos mittere, de hijs quæ præsens
Regni status postulet nobiscum tractaturum: Quarum
literarum exemplum, cum hijs ad Sertem. vram. dedi-
mus: in eam sane opinionem adducimur vt existimemus
non abs re fore vt Sertas vra cum Infante suo alibi,
potius quam Budæ hoc tempore esse velit. idq. pro nro
erga se paterno amore illi suadere non dubitamus, siue
enim se cum filiolo suo in aliquem ditionis nræ locum
recipere, siue alio petere volet, peraccurate equidem dicto
generali Capitaneo nro per lrãs nrãs iniunximus, vt quod-
cumq. statuerit Sertas vra, in eo ipsam nomine locoq.
nostro fidelissime adiuuandam protegendamq. suscipiat,
talemq. curam illius gerat, vt vbi vbi inter istos armo-
rum strepitus degere, aut quocumq. locorum proficisci
voluerit, quam tutissime securissimeq. habitet, et absq.
omni prorsus molestia damnoue pro persona suæ dignitate
fruatur, Quocirca Serts vra voluntati arbitrioq. re-
linquimus, vtq. ei consultius in ea re esse videatur libere
statuat. Nam nos interim præfati Sermi Regis Poloniæ
Legatum quem tamen aliquantulum egrotare intelleximus,
adeo, vt quando venturus sit nondum pro certo sciatur,
æquo animo expectabimus, et quid Serts suæ nomine nobi-
scum de Regni nri statu egerit, in eo nos inculpatos, et
prout Juri nro, atq. inits pacis tractatibus conuenit æquis-
simos præbebimus, de quo Sertem vestram admonere vo-
luimus, Quam fæliciter valere precamur, Dats

in Noua Ciuitate nostra nona Mensis Septembris. Anno Domini Millesimo. Quingentesimo, Quadragesimo. Regnorum nostrorum Romani, Decimo, Aliorum verò, xiiij°

Ferdinandus. sst.

Sigismundus primus rex Polonie Ferdinando Romanorum regi

Mittimus ad Mtem vram Oratorem nrum, de iis quæ præsens Regni Vngariæ status postulat cum ea tractandis. Quoniam verò eum ipsum Oratorem nrum, cum erit à vra Mte absolutus, ad consolandam Sermam filiam nostram in Vngariam proficisci iussimus præmittendum hunc Cubicularium nrum iussimus, qui et vram Mtem de Legati nri aduentu certiorem redderet, et ab illa ad Sermam filiam nram proficiscens, illi quoque hocipsum ~~spitium~~ significet, ne se animo angat, quod opinione illius tardius, Orator ad eam noster veniat, Rogamus Mtem vram vt prouidere velit cubiculario huic nro, quo tuto in Vngariam proficisci possit, Datum vilnæ quinta Mensis Septembris Anno Domini 1540

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorū Regi

Scripsit ad nos Serma filia nrā: atq͂ʒ vna literarum Mtis vrē ad se exemplum misit: quę plene sunt amoris et beneuolentię: de qua mirificas coram nobis Mti. vrē. gratias agit simul etiam certiores nos fecit: se iam suam sententiam, quę eadem cum nrā est, Mti vrē per legatum suum explicasse, non expectato Oratore nrō, quem fatis aduersantibus, celerius mittere non potuimus: Nos vero ingentes Mti vrē agimus gratias, q͂ erga Sermam filiam nram, nullam humanitatis officium prętermittit, atq͂ʒ vt eodem erga illam animo esse perseueret maiorem in modum petimus, non dubitantes id Mtem. vram. esse facturam.
Quoniam vero et ex nrō, et ex Sermę filię nrę Legato cognouit iam Mtas vrā. quid statutum nobis sit et deliberatum: q͂ nihil nobis in Vngaria Regno Iuris vendicamus, cum id soli Mti vrē deberi profiteamur: sed pactis tantum vt stetur postulamus: Quemadmodum et Imperatoria fraterna et vrā Mtas se facturam recepit, Rogamus Mtem. vram. vt ne quid more interponat, quo minus ea quę inter Mtem. vram. et Serm olim Joannem Regem pacta sunt, ac non modo lrīs vltro citroq͂ʒ datis et acceptis, sed et Iureiurando vtriusq͂ʒ Mtum vestrarum, firmata, celeriter ad rem conferantur, Et cum hoc tempore migrare Buda statuerit Serma filia nra, vt illa cedat ex pactis Mti. vrā. neq͂ʒ habitura locum alium tutiorem videatur, in quem se conferre possit, rogamus Mtem vrām, vt interea Trencinij possessionem dari illi in-

beat, ut sic quasi fundamenta quedam perficiendis pactis iacta videantur. Rem et æquam et nobis vehementer gratam mutuaq͡3 nrã coniunctione dignam Mtas. vrã. facturã. Nam cum pacta servãda sunt: servãda re magis quam pollicitis aliquibus censemus, et quod nos cum Serma filia nra in hac re facimus, vram quoq͡3 Mtem ut iam nobis per Oratorem uum de servandis pactis recepit, esse facturam certo nobis persuademus, Cuius amori et beneuolentiæ fraterna nos comendamus: Utq͡3 diu sana salua sit et incolumis ex aĩo optamus. Datũ Vilnæ ultima mensis Octobris: Anno Domĩ · 1540 ·

Sigismundus primus rex Poloniæ
Ferdinando Romanorum Regi

SEremissime. etc. Ex lris Mtis. vrã. magnam accepimus consolationem cum ex eis facti sumus certiores, quod iuxta petitionem nram prouidere velit: ut ad destinata loca Serma filia nra una cum infante filiolo suo cumq͡3 Comitatu et rebus suis omibus salua et tuto et primo quoq͡3 tempore peruenire poßit: Sed qui fiat nescimus: ut in hunc usq͡3 diem nihil horum esse præstitum videamus, Menses iam aliquot cum noua hæc pacta publicata sunt intercesserunt: quæ non publicari præstabat, quam adeo tarde præstari siquidem hæc mora Sermæ filiæ nostræ, ne quid detrimenti adferat metuimus: Si enim peruenit ea de re fama ad hostes Mts. vrę. ad nouas eam cum illa pactiones descendisse: periculum est ne permultum id ei incomodet. Quare Mtem. vram. petimus ut certi nobis aliquid et deliberati de Serma filia nra perscribat

vt quid nobis in Alte vrá spei collocádum sit: et quádo
ea quæ promittit præstatura sit scire queamus: Datꝭ
Cracoviæ, vltima Octobris. Anno Do: 1540:

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Isabellam Vngariæ Reginam viduam et ad Consiliarios regni Vngariæ do: Czarnkowski Canonico et Scholastico Crac: data

Ad hanc legationem obeundam designatus erat Do: Kmitha, Palatinus Cracouiensis: Verum honestè se à profectione excusauit: Deinde ad Joannem Vilamowskj Episcopum Camenecensem hæc prouincia delata fuit: Sed et is per valetudinem ire non potuit, ex qua paulo post mortuus est: Similiter et dominus Sbąwski per egritudinem obire legationem hanc non potuit: Postremo Do: Andreas Czarnkowski paucos ante dies: ex Italia vilna veniens, cum hac legatione missus est: secunda Mensis Octobris. Anno 1540

ORator noster ita verba faciet: Cum esset nobis renunciatum natum esse nobis nepotem ex eius Mte filia nostra Serenissima Vngariæ Regina, fuimus vehementer exhylarati: ac deliberatum omnino nobis fuerat aliqua leticiæ nræ signa dare: nisi Deus pro sua erga nos misericordia corripere clementer nos fuisset dignatus, consueto nos morbo nostro nonnihil affligendo, Ecce autem venit interea tristis admodum Nuncius de Sermo Do: Vngariæ Rege filio nro charissimo, quod is vitam cum morte commutarit, Qui quidem quanto nos mœrore affecerit, nulla satis oratione consequi possumus, Nam et illius causa dolemus: quem semper charissimum habuimus, et Serma filiæ nostræ non

possumus non vehementer condolere, quod in hoc tam adverso mariti sui casu: ad ipsam quoque non parum incommodi perveniat, cuius rationibus pro paterno officio nostro, provisum diligenter cupimus: Providendi autem nunc non alia nobis nunc ratio succurrit, quam si Sinceritatem tuam ad illam mittamus et consolari verbis nostris atque adesse consiliis faceremus. Quare Orator noster, quam poterit accuratissimis verbis Serenissimam filiam nostram consolabitur: nostram illi opem atque operam pollicebitur, nos neque consilio neque auxilio ei defuturos dicet, denique curabit omnia diligenter, quae ad stabiliendas et adiuvandas rationes illius putaverit pertinere,

Sicubi Comitia esse acceperit Orator noster ad ea si erit voluntas Serenissimae filiae nostrae advolabit, Causam aget Serenissimae filiae nostrae, Commemorabit patrum nostri, fratris nostri, Nepotis nostri merita, qui nullum periculum pro Regno Ungariae adire recusarunt: qui ne sanguinem quidem et vitam pro illo suam profundere dubitarunt, Atque una illud quoque proferet, ne nos quidem ipsos, ullos unquam labores declinasse, aut ullis sumptibus pepercisse quo Regnum id pro virili nostra tueri et conservare possemus, Non modo apud CHristianos Principes, verum apud ipsum etiam Turcarum Caesarem omnem nos operam nostram interposuisse, omnem lapidem movisse: neque intentatum quidquam reliquisse, quo pacem ei Regno conciliare possemus, adeo ut ne nostri quidem quam illius Regni conservandi cura nobis fuerit antiquior.

Harum rerum ut meminisse velint rogabit, nullum unquam tempus accidisse dicet, quo vel nostram sibi voluntatem plus demereri vel magis gratos et memores erga nos necessariosque nostros Reges olim suos animos de-

clarare queant: quam hoc, quo nos nihil petimus aliud vt
ad ea quæ pacta sunt et promissa Sermæ filiæ nostræ obtinen-
da consilium atque auxilium nobis suum impartiant, atque omni
ratione provideant, vt quæ Sermis. filiæ Nepotique nostro
debentur, ad ea absque negotio et difficultate pervenire que-
ant. Rem nos postulare piam, iustam et æquam, et quæ cum
apud omnes homines laudem et gloriam, tum apud nos favo-
rem, apud Deum vero gratiam & misericordiam consequi
valeant. Poterit etiam illis reducere in memoriam foedera
quæ inter nrum et Vngariæ Regnum intercedunt: quanta
fuerit inter hæc duo Regna animorum semper coniunctio, neu-
trum vel alteri periclitanti defuerit; vt vel horum recor-
datione, Sermam filiam, Nepotemque nrum ne velint auxi-
lio et consilio destitutos, cum præsertim hic ipse Nepos no
longo intervallo ex Vngaro patre rege natus sit, vt vel
hoc nomine charus eis esse debeat.

Quod Arces, Civitates, Oppida, villæ Sermæ filiæ nræ
doti dictæ sunt, earum si tuto poterit possessionem adire cu-
rabit, Denique pro ea quæ est ingenii dexteritate ita se ge-
ret, Quemadmodum Sermæ filiæ Nepotisque rationibus
quam maxime conducere existimabit,

Curabit præterea Or noster vt tam ex itinere quam
ex ipso loco vbi erit Serma filia nra, atque vbi mandata
nra exponet: quam celerrimos ad nos Nuntios aut lras
mittat, Si quid novi acciderit, si quid præsertim eiusmodi
evenerit: quod nos scire nra plurimum intersit, vt de
eo quam celerrime certiores reddamur,

Si qui fuerint ibi Sermi Regis. Rom. Legati, odore-
tur diligentur, quid rerum agant, quidve moliantur

atq omnia eorum consilia explorata diligenter si fieri
poterit ad nos celeriter scribat.

Quod petit à nobis Mtas eius Rlis consilium, quid illi re:
spondendum sit, ad ea quę per Legatum suum Sermus Do:
Ro: Rex illi fecit renunciari: nobis aliud non videtur: q
vt iterum quod fecit antea agat illi grás de ista insigni
humanitate qua vsus est erga Mtem eius: Deinde dicat
accepisse se Mtás eius ex Legato nro: quę sit voluntas
nostra: se quoq suam ad nostram voluntatem aggregare:
neq postulare aliud: quam vt satisfiat pactis quæ inter:
cesserunt inter Sermum coniugem eius et Mtem Regiá
Romanorum: vtq Mtás eius rata esse velit, ea quæ sunt
dotis et contradotis nomine Sermæ filiæ nostræ obligata.
Quod Regnum attinet Vngariæ, se iuxta voluntatem no:
stram libenter eo cedere, Caeterum non modo Budam
aut Cassoviam: sed ne Thesauros quidem Sermi Con:
iugis sui, qui Jure hæreditario filio debentur: in sua
esse potestate, Neq Proceres Regni ex nutu atq ar:
bitrio suo pendere: Quare quæ quidem in potestate
sua sint se alacri animo facturam omnia, quæ volet
Mtás Regia Romanorum plura se polliceri non posse,
Neq ideo minus dubitare, quin qualem se Mtás eius
polliceri dignata est, talem sit re ipsa præstatura.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniae ad Ferdinandum Romanorum Un: Regem

Data Domino Andreae Czarnkowski, Oratori Regio qui ad Reginam Isabellam Budam vadens, descendere Viennam cum hac legatione iussus est. Vilnae secda Mensis Octobris, Anno. M° D° XL°

Principio Orator noster Sermum do: Romanorum Regem verbis nostris diligenter salutabit: post prospera illi omnia et foelicia precabitur: studium illi nostrum et beneuolentiam prolixè deferet: neq3 eorum quidquam praetermittet: quae ad conciliandam beneuolentiam putauerit pertinere:

Deinde gratulabitur incolumem à Sermo fratre et ex Hagenoa reditum: idq3 tanto magis si profectum esse aliquid et dissidentes de fide et religione animos Mtis eius opera in concordiam et unitatem reductos esse intellexerit, si minus, conatum tamen illius collaudabit: quem dignum esse dicet, tanto Rege et Principe Christiano; Neq3 ideo minus probandum: quod eum fortuna destituit, neq3 satis euentus respondit: neq3 etiam propterea iam quiescendum, quod non ex sententia res cesserit, quin etiam maiori esse cura in eam cogitationem incumbendum: neq3 intentatum quidq3 relinquendum: Quod ad tollendum istud ex Eccia dissidium pertinebit: quod nisi primo quoq3 tempore fuerit extinctum pertenuem esse spem vel nullam potius Christianorum rationibus: quae multis in locis praesertim

vero in florentissimo quondam et opulentissimo Vngariæ Regno plurimum labefactatæ: vel potius conuulsæ esse videntur succurrendi

Huius Regni tuendi et conseruandi causa, cui nihil potest à Regno Ser^mi Principis domini mei separatim accidere huc potissimum ad Sacram M^tem v^ram missus sum, Accidit enim proximis superioribus diebus, vt cui nos omnes, naturæ debentur, mortem oppetierit Ser^mus Do: Joannes Vngariæ Rex, ex qua etsi priuatim quoque ad Ser^mum Do: meum, pro ea affinitate: qua illi fuit arctissima coniunctus: ingens mæror peruenit: publice tamen multò maior, Etsi enim non potuit non vehementer animo perturbari: cum extinctum esse accepisset Generum suum quem filii in loco charum habebat maiorem tamen ex eo dolorem hauriebat, quod noua iterum atque ea non mediocria Regno Vngariæ pericula impendere videbat, semper eo fuit animo Ser^mus Rex et Do: meus: vt publicas rationes priuatis anteponendas putauerit: neque quid sibi priuatim: sed quid publice toti Christiano orbi expediret, id maxime attendendum: id sequendum esse duxerit: Hoc est enim verè Regium habere in potestate motus animi; neque duci ac Regi affectionibus: sed eos regere potius ac sub rationis imperium subijcere, Itaque non hac sibi modo in re imperauit Ser^mus Princeps et Do^s meus: vt ne plus augeretur generi interitu quam incommodis difficultatibus angustiis et periculis: in qua afflictum Vngariæ Regnum demo videtur incidisse, Verum etiam cum Ser^mam filiam in Vngariæ Regno M^tas eius habeat, atque ex ea Nepotem: quem fieri non potest quin tenerrime amet, nō hoc agit vt nepotem Regnatem: sed vt quoadfieri possit, terram illam potius florentem videat,

Solent parentes non alia de re magis esse solliciti: quam vt liberos suos in amplissimo dignitatis gradu collocare posset, Id Avi quoqz tanto faciunt studiosius: quanto sunt in suos Nepotes effusi suavius: At Serm^us Princeps et do: meus, etsi cupit Nepotis sui rationibus pro dignitate prospectum, non hoc tamen vt ille regnet: sed vt Regnum Vngariæ quietum sit et tranquillum: vt ne in Turcarum potesta: tem perueniat contendit et elaborat,

Prima cura illi est de conservado Vngariæ Regno, de orna: do Nepote posterior: libenter itaqz concedit Serm^us Rex et dominus meus Mti vrǽ ac tantum abest, vt impedire eam velit: quominus tranquille in Vngariǽ Regno regnet, vt adiutam etiam pro virili sua cupiat. Hoc modo petit S. Mtás eius: vt quæ dotis: quæqz anthipherne siue contra: dotis nomine Sermǽ dominǽ Jsabellæ Vngariæ Reginǽ par: tim data: partim promissa sunt, in hijs ne Mtem eius à quoquam impediri patiatur. Deinde vt filio eius Nepoti Sermi domini mei, vt perscriptum est in fœderum conditio: nibus: quæ inter Mtem vrám et Serm^um olim do: Joannem Vngariæ Regem intercesserunt: ita vt prospe: ctum velit, Hoc si præstet Mtás vrá abunde erit Ser^mo Do: meo satisfactum, cui nihil est amicitia et beniuolen^a Mtis vrǽ prius aut antiquius: quam auctam velit po: tius: quibuscunqz possit honestis rationibus, quam viola: tam, et vel minima ex parte imminutam, Non de eo sollicita est S. Mtás Regia dominus meus clementissimus, quam late vel ipsa vel Nepos eius imperet, sed vt amicitia cum S. Mte vrá non modo retineri, verum etiam augeri, vt Vngariæ Regnum incolume possit conservarj in eo cura omnis Mtis eius consumitur,

Poterat Sermus Princeps et do: meus collecto Exercitu in Vngariam inuadere: non deerant vires: non studia multorum: non qui id ad faciendum suaderent vel impellerent potius: sed cum id alienum esse videret ab ea coniunctione: quae cum Serma Mte vra summa illi intercedit, quietis consiliis vti maluit

Vestram quoque Mtem hortatur, vt vel illius exemplo, cui vel etas iam prudentiam non mediocrem afferre debuit, ipsa quoque à turbulentis consiliis abstineat, nihil vi, nihil copiis et exercitu agat. male enim respondent coacta imperia. Neque quod vi partum est. stabile et diuturnum esse consueuit. Sed hoc agat potius vt volentibus imperare possit. Nam si Castra, si Exercitus, si collectam manum hominum viderint: seque armis cogi perspexerint, vt pareant S. Mti vrae maiore futurum est Regnum in discrimine quam fuit vnquam antea, Certius est enim quam vt dubitari possit, esse non paucos in Vngariae Regno, quibus deliberatum sit, ad Turcam prius deficere, quam se armis cogi ad parendum S. Mti vrae. Quare etiam atque etiam, hortatur et Rogat, Serenissimam M. vram, Sermus Rex et dos meus, omnia vt consilio prius quam armis experiatur, ac beneuolentia sibi potius conciliandos curet animos hominum: quam aliqua vi compellendos. Ne si secus fecerit, Quod Deus omen procul auertat, non modo calamitosum et afflictum Vngariae Regnum, verum et suas et Sermi Regis et domini mei ditiones, ingens in periculum et discrimen adducat,

Neque vero contentam eo esse oportet S. M. vram, si summa omnium voluntate, ad Vngariae Regni gubernacula accesserit, nisi hoc quoque diligenter cauerit: vt

ne sibi capiat inimicum Cæsarem Turcarum, qui si fue-
rit per M^tem v^ram irritatus: periculum est, ne et Vn-
gariæ Regno non potiatur, et suis ditionibus excidat. et
Ser^mum dominum meum eandem in ruinam trahat.
Quare suadet Ser^mæ M^ti vestræ Ser^mus Princeps et
d^os meus, ut ne quid agat, quod sit cum orbis Christiani
periculo coniunctum, ne lacessitum velit potentissimum Cæ-
sarem Turcarum, cuius viribus nequaquam hoc tempore
potest resistere: quo non opinionum magis quam animorum
inter se dissidiis certat Germania, quo ipsis etiam inter se
Vngaris propter partium studia non satis conuenit, quoru
bona pars ne vltro Turcarum Castra sequatur cautio est
Ita existimet. S. M^tas. v^ra. quod si fuerit per eam Tur-
carum Cæsar offensus: difficile poterit Regnum Vngariæ
acquirere: difficilius retinere: Meminerit S. M^tas. v^ra.
cum irritasset Cæsarem Turcarum Slawoniæ Regnum,
sub imperium suum subiungendo, vno id autumno totum pro-
pe in potestatem eius recidisse: Sed et Ser^mus d^os Impe-
rator: S. M^tis. v^ræ. frater ex erepta sibi Corona et
Castello nouo maiorem tulit iacturam: quam ex Ciuitati-
bus his expugnatis. At Ser^mus Joannes Rex Vngariæ
nuper in Chro defunctus: quoniam sibi placatum semper
Turcarum Cæsarem habere curabat, toto eo tempore, quo
in Vngaria regnabat, non modo nulla ei Arx, nullum
Oppidum, per hostes Christiani nominis ereptum est,
sed spes etiam fuit ostensa, aliquam ei amissam Vngariæ
Regni partem restitutam iri, Quare etiam atque etiam
hortatur S. M^tem. v^ram. et rogat Ser^mus d^os Rex
meus si abhorrere ab eo viderit Turcarum Cæsarem
Vt ipsa reguet tuta magis quam fp quæ speciminen tan-
tum splendoris et dignitatis habent, consilia sequatur,
ne contra potentissimi illius voluntatem nitendo, et se

et Regnum Vngariae perditum eat: ac vicinos populos, totamque Rempublicam Christianam ingens in periculum et discrimen adducat.

Hoc agat S. M^tas. vestra, in eo elaboret, in eos curas suas omnes et cogitationes consumat, primum vt adiuncta sibi habeat Vngariae Procerum studia, deinde vt ne quoad eius facere possit, Caesarem sibi Turcarum capiat inimicum, sed cum quibus potest rationibus honestis, tum et quae contra dignitatem vrae M^tis non sint, deliniat. Vtramque autem ad rem quo et Vngariae Procerum, et Turcarum Caesaris animum sibi conciliatum habere queat S. M^tas. vestra. Sermus Princeps meus, omne suum studium operam, et diligentiam ac laborem S. M^ti vrae, quantum in se est prolixe defert ac pollicetur haud aliter, quam si sua ipsius res ageretur, idque tanto maiore voluntate, quod ex Serenissimae filiae suae literis intellexit, quam amanter S. M^tas. vra M^tem illius per Oratorem suum fuerit consolari dignata, atque paternum suum erga illam animum declarare. Quo nomine Sermus Princeps et dominus meus Sacrae M^ti vrae ingentes agit gras, atque vt in ista sua voluntate perstare velit maiorem in modum petit, Nam de hoc non ambigat, quin facile sit ea omnia consequutura, quae per Legatum suum a Serma Regina Vngariae postulauit, Neque enim est tanti Regnum Vngariae Sermo Principi et domino meo, vt illius causa rescisam velit concordiam et amicitiam, quae illi cum M^te vra summa intercedit, quam etiam quibuscunque possit actionibus auctam velit potius et amplificatam.

De Serma quoque filia certo sibi pollicetur, quod pro ea, qua praedita est pietate, semper sit in officio potestateque

Sermi domini parentis futura, atq[ue] suam ad illius vo-
luntatem aggregatura

Quamobrem iam hoc sibi firmiter habere debet
persuasum S. M. vrã. modo vt quæ pacta sunt Serma
dominæ Vngariæ Reginæ ea seruentur: modo vt Ne-
poti Sermi domi mei qua ratione in foederum conditio-
nibus perscriptum est prospiciatur nihil sibi esse, quod
Regnum attinet Vngariæ à Sermo Rege et domino
meo, aut à Serma filia eius pertimescendum, Nemo est
enim mortalium quem regnare malit in Vngaria Serms
Princeps meus: quàm Sacram Mtem. vram. cuius eam
esse prudentiam perspicit: eas vires: eam animi magnitu-
dinem, vt illius opera fieri posse speret vt calamitosum et
afflictum Vngariæ Regnum respiret tandem aliquando:
et ad florem suum pristinum perueniat.

Sed plurimum interesse putat S. Mti vrã, ad id quod cu-
pit consequendum, vt hæc Sermi domi mei voluntas
aliquandiu adhuc tecta sit et occulta, Nam periculum
esse videt, si quorum adhuc animi à S. M. vrã abhorret,
si diuulgatum sit, Sermum Principem meum de Regno
Vngariæ pro Nepote obtinendo: nunc laborare, sed eo S.
Mti. vrã. voluntarium cedere, ne hii, cum nihil sibi
esse in Sermo Principe meo præsidii cognouerint: ad Tur-
carum Cæsarem desciscant: quæ res extremum esset Re-
gno Vngariæ exitium allatura.

Atq[ue] hac potissimum de causa Sermus dos meus me
prius apud S. Mtem vram Legationem hanc obire,
deinde in Vngariam proficisci iussit, vt et Sermam
Reginam in hoc tam acerbo suo casu consolarer, et omi
cura quoad eius facere possem prouiderem, ne qui ex
Regni Proceribus, callidis et præcipitibus vsi consi-

liis, Regnum id in vltimum periculum adducerent: Sed eos spe sustentarem: atque omnia facerem: vt in fide et officio retineri possint, Non aliud mihi erit in Vngaria proposi-tum, neque alia mihi data sunt à Sermo Principe meo man-data: quam vt omnes ingenii consiliique mei neruos conten-dam, quo dissidentibus inter se Procerum animis autho-ritate Sermi Principis et domini mei in gratiam et concor-diam reductis pacata ibi omnia et tranquilla possem red-dere, Id vbi Deo bene iuuante effectum fuerit, tum demum ea quae nunc per me secreto Mti. vrae. Sermus Princeps et dominus meus significari iussit palam profitebitur, ac ver-ba ad rem conferre conabitur, saluis iis quae Serenissimae dominae Vngariae Reginae dotis et antiphernae nomine, quaeque filio eius ex pactis debentur, Quoad autem procellae istae et tempestates in Regno Vngariae durave-rint, abdita esse volt et sepulta, quae iussu Sermi Prin-cipis, et domini mei, cum vestra nunc S. Mte communi-cavi, Aliter enim saluum et incolume Regnum vix retineri posse videtur.

Habet iam S. Mtas. vra. omne consilium Sermi Principis mei, ita sibi per me explicatum, vt si mentis eius penetra-lia intueri illi liceret, non aliud esset perspectura: quam quod à me nunc dici audiuit, omnia enim Sermi Princi-pis mei cogitata S. M. vrae fideliter exposui, à qua vicis-sim petit Sermus Princeps meus vt ipsa quoque, cum stu-dium hoc tantum erga se Mtis eius perspiciat, velit suum itidem cum eo consilium communicare, ac quid fa-ciendum censeat, quo posset regnum Vngariae in istis fluctibus incolume conseruari, mihi significare digne-tur, vt si quid ego personam Serenissimi domini mei ge-rens facere possim, cum in Vngaria fuero: quod ad

Regni illius statum tranquillandum pertinebit, id vrã quoque
S. Mtis consilio instructus, rectius faciam, aut ad Serm
Principem meum quam primum referam de eo, quod visu
erit S. Mti. vrã. faciendum, de cuius, in se animo firmi-
ter sibi persuasum habeat S. Mtas. vrã. quod quae in rem illius
esse putauerit ea Mti eius tam curae futura sunt, quam
quae maxime, Nam quemadmodum Mtas eius in hunc
vsque diem amicitiam et beneuolentiam Mtis vrã summo
studio retinere conata sit, ita deinceps quoque semper
pari vel etiam maiori in eam rem cura incumbet, quo, non
modo non decedat quidquam: sed magnus etiam ad vete-
rem inter Mtes vrãs mutuam coniunctionem cumulus
accedat, Id quod re potius testabitur, cum re opus erit,
quam vt se operamque suam S. Mti vrã pluribus verbis
velit vendicare.

Salutabit etiam Or noster nomine nrõ Sermas Regi-
nas Roman: et Polonie: filias nrãs charissimas.
et illis faelicitatem multam et diuturnam incolumita-
tem pracabitur, Rogabit denique earum Mtes vt iis de
rebus quas ab earum Mtibus Serma coniunx nrã postu-
lat intercessione sua apud Sermum Coniugem et paren-
tem adesse velint eius Mti, Nos enim eius beniuolentiae
earum Mtum: grati ac memores futuri sumus semper

Caeterum & Sermi filii et Sermae Coniugis nostrae
nomine easdem Mtes salutabit: et eadem omnia, quae
et nos earum Mtibus duplicata pracabitur, sed apertius
dum petitionem Sermae coniugis nrã de haereditate
Mediolanensi, et dotalicio, ita vt ex verbis nostris
accepit explicabit Mtibus earum, Inprimis tamen apud
Sermum Ro: Regem nomine nrõ aget negotium.

Sermæ Coniugis mæ, ut Mtas sua velit apud Serenissimum et excellentissimum frem suum Jus hæreditatis Mediolanensis, et dotalicii promouere, quo ad id fauore et authoritate suæ Cæs: Mtis. tandem aliquando peruenire possit, et promissi hac de re a Cæs: Mte sibi facti, fructum tandem aliquem celeriter reportare queat,

Sigismundo primo Regi Polo
niae, Andreas Czarnkowski
Scholasticus Cracovien

Post humilem servitutis meae in Serma Mtis vrae gratiam et clementiam comendationem, Ab vigesima die Novembris Serma Regina Vngariae vehementi studio conabatur ut S. Mtis vrae Tabellarius ad Mtem vram Sermam cum lris celeri itinere profisisceretur, fore existimans quod cum meo servitori antea Magcus Dns Leonardus de Velss Supremus Sermi Regis Romanorum Capitaneus Salvum conductum dare voluerit, Tabellario Mtis Regie vrae Sermae, illud non fuisset negaturus, sed secus contigit, atque sua Reginal Mtas futurum sperabat, cum dictus dns Exercitus Capitaneus interea dum Castrum Vissegrad expugnabat, Nulli ad vestram Serenissimam Mtem tutum transitum dare voluerit, eo expugnato cum domino Mtis vrae Sermae Tabellario pro Salvo conductu mitterent, Illud se cuiquam alteri quam mihi ipsi omnino daturum negavit, Si vero post discessum meum, aliquos Sermae Mtis vrae Tabellarios in sua ditione comperierit, eos, vosque apud se detenturos quoad Rex Romanorum comodo primo quoque tempore, quae hic aguntur cum Rli Mte, Mtem vram Sermam scire expediret, ultro citroque Tabellariorum mittendorum, ab Rege Romanorum vel potius eius Capitaneo iter includatur, Cum igr nemini praeter mihi et meo comitatui Salvus conductus ab Capitaneo concederetur, et omnis mora esset longa et periculosa dum litera Rlis Mtis ad Mtem vram Serenissimam perferuntur, coacta fuit

Rlis Mtas consilium suum mutare, atque me servitorem suum, quem aliquantisper adhuc apud se voluit, detinere me abse dimittere. pernecessarium etiam Mti Reginali vi; debatur, ut Oratorem suum ad Sermum Regem Romanorum mitteret ut et Mtis vrae S: mandata referret, et voluntatem Mtis vrae Sermae, suique animi propensionem apud Regem Romanorum testatam faceret, atque insuper ut consilium Regis Ro: nomine Mtis suae Rlis requireret, quo mandatis Mtis vrae Sermae et voluntati ac desiderio suo satisfacere possit, cum in potestate Mtis suae nihil sit positum, omnia arbitrio Procerum reguntur et administrantur, volebat igitur Mtas sua vel do: Benedictum Baijoni, vel Lorembskj suum Secretarium, ad Regem Ro: mittere sed praemonita à do: Baijoni nequaquam suorum mittat. Si enim domini Consiliarii Ungari quod secus fieri non possit edocere; tum Mtem suam sine scitu, vel illis scientibus, Oratorem suum ad Regem Ro: mittere, et contra Rlem Mtem dominum commoverentur, et per eos nusquam ei tutus transitus pateretur, Sic cum Rlis Mtas ex parte domini Ferdinandi mittendorum ad Mtem vram Sermam Tabellariorum nullum habeat favorem ad Regem Ferdinandum propter suspitionem suorum non posset quenquam secure dimittere, me sub eo praetextu, tamen quod sua Rlis. Mtas. me ad Mtem vram expedierit, ad Regem Ro: proficisci iussit, subdubitans ne Rex Ro: sinistre interpraetetur, quod post meum ad S. suam Mtem adventum, neque per suum Oratorem, neque per literas Regi Ro: notum fecerit: quod sit Mtis vrae Sermae mandatum et quae illius erga Regiam Ro: Mtem animi voluntatisque propensio, Cum primum inde fuero expeditus: cum responso ad S. Reginam Ungariae mittam, Deinde ad Sermam Mtem vram celerrimo itinere accelerabo.

Castrum Vissegrad ab Germanis militibus fortiter expugnabatur, tamen non vi, sed ex pacto militum in potestatem Regis Ferdinādi devenit, Nunc apud Castrum Thata exercitum suum collocarunt, fortiter et illud expugnaturi, Si, vti sperant foelr̄ successerit ad oppugnationem Castrorum Turck Balenth Papa et Gestessi ituri. Nostri interim expectant præsidia Turcarum, Cum his me comēndo gratiæ et clemētiæ M. vrā. S. Quam Deus omipotens cum omī prosperitate ad multoꝫ Annos conseruet incolumem

Imperator Turcarum Sultan, Soleiman Seiach Baronibus Regni Hungariæ

Excellentibus domis nationis Messiæ Jesu, Magnis, Nobilibus generationis Jesu natorum Regni Vngariæ, Domio Ban, Castelli de Themisswar, et inferioris Territorij Capitaneo, Domino Petro Petrowich, et Domio Capiti Thesaurario, Necnō Dnō Episcopo Castelli de Varad: atq Domiō Ban Turckbalanth, quibus omipotens Deus ostendat veram viam/ Per præsens meum Sigillum Imperiale, postquā vobis appræsentatum fuerit, vobis innotescat, Quus in præsentiarum ad meam excelsam et sublimem portam cum Pohilocassi viro vestro dederitis lrās vrās. Quibus significatis Regem Joannem mortem obiisse, Verum quod existens in vita condidit testamentum, vt Regalitas Stephano filio suo concederetur, Sicq supplicatum extitit quod à sublimi porta mea talis concederetur gratia, Necnon de negotijs Maÿlath et Clati Marni, et de partibus Regis Ferdinandi acta gestaqꝫ

sua significatis, atq; vos ipsos fideles fore constantes in salutatione et conservatione Regni atq; hoc circa omnia ea, quæ in Comissis homini vestro ad pedes altitudinis meæ Imperialis Mtis misso abunde declarata fuere,

Quocirca ex supernis gratiis Divina providentia Regnum Vngariæ ense meo fulmineo acquisivi, estq; Territorium et dominium meum ac Rex Joannes erat servus meus, verum quia erga sublimem portam meam maximam ostendit fidelitatem: hac de causa eidem infinite gratiæ concessæ fuere, Itaq; si ipse defunctus est, filius quoq; eius, et filius servi mei, servusq; meus existit. Similiter cæteri vos omnes estis mei fidelissimi servi. Idq; totum quod excelsæ meæ Mti referendum mandatis, optime percepi, Sed quoniam Regni negotium et eius effectus una est et eadem causa et impræsentiarum is quem misistis, tantummodo est relator mandatorum vestrorum, utq; vero provideatur tali negotio, huiusmodi vir, minus est sufficiens, est igitur necesse ut sit idonea et practica persona rerum Regni illius: quo pacto verboq; suo queat fidelis exhiberi, atq; sit sufficiens ad respondendum proponendumq;. Quamobrem expedit unum ex vestris sufficientibus et præstantibus dominis ad meam sublimem portam accedere quo possit haberi colloquium, Secumq; agi circa indigentia Regni, atq; prospicere quæ ad eius propositum facient, Jamq; auditum est, Cancellarium Oratorem vestrum destinatum, iter arripuisse ad has oras venturum, Quapropter præcipio ut vos quoq; hac de causa omnes unanimes et concordes consilium habeatis decernatisq; destinare aliquem ex sufficientibus dominis Regni Vngariæ, veluti quis par Monacho, sive Petro Petrowicz vel inter vos omnes aliquem eligere qui aptior fuerit visus, et in quem

magis confidatis, quiqꝫ habeat sumam experientiam re:
rum et negotiorum Regni, et sit vnus ex sufficientibus
domis atqꝫ persona idonea, Talem ego destinabitis ad su:
blimem portam Mtis meæ, vt cum huc appulerit secum ha:
beri poßit colloquium, agi, et conuenienti modo prouiden:
di rebus Regno spectantibus, atqꝫ in hoc casu nullo pacto
vel modo percipiatis vmbram aliquam, vel in mentibus ve:
stris generetur vlla suspicatio, Nam omēs voꝫ estis mei
fidelissimi serui, et excelsa porta mea continue cuilibet pa:
tet, nemī prohibetur accessus, Neminiqꝫ fit recedendi dif:
ficultas, imó fidelibus seruis meis gratia Imperialis Mtis
meæ semper promptissime adsunt, Et quicumqꝫ adueniet,
tutus adueniet, sub vigore huius Salui conductus, Illi:
co habita ratione negotiorum itidem cum Saluo conductu
atqꝫ cum mea excelsa licentia ad Oras illas reuerti va:
lebit, Atqꝫ hoc firmissime pro certo habeatis, Item
si forte acciderit, quod Rex Ferdinandus aliquam mo:
lestiam Regno inferre vellet, vel violentiam in per:
sonas cuiuspiam vestrum mox nobis significabitis &
monebitis Vaijvodam Bogdaniæ, Similiter Vaijvodam
Valachiæ, Ipsis enim mandatum est vt promptissimi
adsint adferendum subsidium et fauorem et ad vobis
succurrendum sicqꝫ vobis notum sit, exhibentes optima
et integram fidem, huic meo excelso Imperiali Sigillo
Dat: in meis Calendis Lunæ de Cumanskl, Cuel,
Anno. 9 4 6. In honorata Sede Constantino
poli.



Domini Vngari : Ad Bassam

Illme domine dne nobis obseruandissime, Servitiorum nostrorum humilimam comẽdationem, Statum omnium rerum nostrarum frequentissimis lr̃is nostris Illmæ Do: vræ declarauimus et ex Transylvania cum in illo Regno fuissemus: duos homines ad Illmam Do: vrám misimus per Transalpinam, Qui, an fuerunt per Voijwodam illum retenti vel non, ignoramus, quoniam hactenus ad nos non redierũt: neq3 vllum responsum ab Ill Do: vrá habuimus, postea quoq3 cum Budam venissemus: de omibus negotiis ad Ill do: vrám scripsimus, nũc vero res nostra se ita habent. quod Germani cum Exercitu aduenerunt, et iam quartus agitur dies, quo Arcem Vissegrad cum Bombardis et bellicis instrumentis, quæ à Buda quór miliaribus solum abest oppugnant, eam si capere poterint, quod Deus auertat, Budam obsidere volunt, Budæ autem est præsens Serma Do: Regina coniux domi nostri clementissimi defuncti, cum infante filio suo, et nos quoq3 cum eius Mte adsumus. Sed resistere tam forti aduersario absq3 auxilio potentisma Cæs: M. non possumus, Cum autem et Regnum Vngariæ, Regina, et infans filius, ac nos omẽs sumus constituti sub protectione et deffensione gratiosa excelsæ portæ Imperatoriæ, merito ad illam pro implorando auxilio accurramus, in qua omnem spem nr̃am et fiduciam collocamus, Quamobrem Do: vrám, Illmam rogamus, velit apud foelicissimam Cæsaream ~~Cæsare~~ Mtem agere, quo Regi Mti cum filio suo in hoc discrimine positæ succuratur, et auxilium feratur, contra aduersarios nros.

Qui propter eam summam gratiam, qua inclitis: Caes: M^{tas} hoc Regnum et reliquias Ser^{mi} do: Joannis Regis Vngariae dignata est, sui quoque inimici et hostes sunt, utque ad illam omni aevo commemorandam beneficentiam, qua Ser^{mum} dom^{um} Joannem Regem complexus est, hoc quoque cumuli suae immensae gratiae adnectat, nos autem pro debita fidelitate nostra, proque fide per excellentissimae et clementissimae Caes: M^{tis}, summam gratiam iam inde ab initio regiminis Ser^{mi} domⁿⁱ Joannis Regis Vngariae Do: nri clementissimi, et deinde toties confirmatam datam et praestitam, hostes nostros hic operiemur, ac fortunae aleam tam diu experiemur, quo ad Caes: M^{tis} protectio nobis auxilium ferret, infinitaque gratia sua in hostes nros effectum sortietur, pro quo quidem auxilio ferendo M^{tem}: Do: vram magnopere rogamus, ne Ser^{ma} Regina, et filius eius, qui ambo Orphani sub tutela Imperatoria degunt periclitentur. Quod ad personam nram attinet, non tantopere laboramus. Nam nos parati sumus hanc vitam nram pro benignitate et beneficentia invictissimae Caes: M^{tis} si modo eius M^{tis} bona voluntas et gratia erit, paucis reliquiis q. defuncti domini nri cum morte commutare

Petrus Kmitha Palatinus Crac: regni Poloniae Marschalcus Bonae reginae Poloniae

Sacra et Serma Rlis Mtas domina et dna clementissi:
ma, Post debitam et diligentem servitiorum meorum, in gra:
tiam Sacrae Mts vrae comendationem, Gravissimos mo:
tus bellicos esse in Vngaria nemo est qui nesciat, Nunc ex lris
S. Mtis Regiae: quid de illis tumultibus constituit etiam intelle:
xi, interque Caetera nunc primum cognovi Regiam Mtem, Sermo
Regi Rom: consensisse et promisisse: non contravenire quo mi:
nus ille regnet in Vngaria. Quod nisi factum fuisset et obsti:
tisset: fortassis volentibus superis adhuc rationes Sermae
Reginae, filiae Mts vrae. Nepotisque ex ea, fuissent promotae in
bonum finem: vel per vestras S. Mtes: et per auxilia Tur:
carum Imperatoris: Neque me latet impium esset et parum Chri:
stianum nomie Nepotis Mtum vrarum Turcicam Tijranidem
in Vngariam ducere pertrahi, Regnumque illis non puero
Nepoti porrigi, coiectura est verisimilis, Attamen aeque
miserum erit non audere manifeste detrectare illius promissa
auxilia: unde illi suspicio oboriri posset defectionis a se,
proptereaque si non auxilia, quae optabiliora erant, certe
(quod absit) diversum si velit maxime effugere non po:
terit, formidolosum autem est Sermi Regis Ro: patrocinio
se se tradere, qui fortassis (utinam autem fallar) impetu
illius armorum, quae certo, nisi quid melius Deus consu:
luerit, inferret, sustinere nequaquam poterit, Etsi se de:
fendat, non video tamen qua potestate Illm Nepotem
Mtum vrarum, quod maxime cuperemus, a potestate
illius vindicet, Propterea suadere Regiae Mti, ut Tur:

circa defensionẽ Serma Regina apertè se se subducat, est illius Mtem aperto discrimini objicere, et quod Deus auferat Mtes vras suspicioni obnoxios facere, Quantò igr pra: stiterat sceptrum paternum vt obtineatur contendere, Cum id licuisse per conditiones pactorum existimo) et pati vtcunqz superioritatem Turca, donec fortassis adunatis viribus Christianorum Principum: quod expectamus, ex: cuti possit, Nunc eo in statu res sunt, vt neqz Sermo Ro: Regi apertè fauere liceat, nec Turca auxilia detrectare vtrobiqz enim est periculum, Cupio tandem vt Deus Opt: Max: Sacram M. vram, Rxlem, quam diutissime fœlicem ac incolumem seruet, Cuius Maiestatis gratia et benignitati me diligenter comendo. Data in Vissu gr in Die sancti Martini. Anno Domi 1540.

Scheda

Retulit mihi meus vicecapitaneus Cracovien, quo Nun: cio in certis negotijs ad Sacras Mtes vestras non ita diu vsus eram: vestram Mtem grauiter tulisse, et de me expostulasse, quod in Vngariam ad Sermam Reginam me proficisci Oratorem non satis tutum neqz satis integrum esse iudicaui, Qua in re rogo diligenter persuadeat sibi Mtas vra non opera neqz impensis, qua vtiqz triplo aut eo plus mihi faciende erant maio: res, quam antea feci, pepercisse, verum mea vita ra: tionem vt par est habui, qua quidem nisi solus Deus cauisset, cum toto forsan comitatu meo, mihi ponenda erat, Habui et dignitatis Mtum vrarum integram ra: tionem, quarum Mtas et pondus in mea persona læsa fuisset, et omnem contumeliam in se recepisset, Nec est enim hoc vanum quod toties scripseram, quod in:

cianeram, quod vrę Mtes quoq bene quantum existimo sciunt citra vel ultra decem millia hominum meę neci destinata fuisse: quorum manus haud quaquam mea prouidentia et munitione effugissem, nisi forsan turpiter et ignominiose retro pedem vertere si id fortuna datum fuisset, voluissem: Effecerunt nonulli nationis nostrę Polonicę qui me maliciose apud Serenissimum Rom: Regem insimularunt: quasi ego illuc proficisci debueram: inter eum & Sermam Reginam Ungarię pacta, concordię diremptur: Id mihi quidam Oratorum eius Sermi Regis bonus amicus meus prater alios, in secretis retulit, et narratis suis sat abunde certis argumentis fidem fecit, quod factum no adeo contra me, verum plus contra S. Mtes. vras pugnare videtur, Quamobrem rogo vestram Mtem quam possum diligentissime, ne hoc secus factum fuisse interpretetur, quin potius si introspicere velit, finem probet, et boni aequiq apud se habeat et meam integritatem semper aequabilem, erga vras Mtes ut mihi polliceor, ducat, unde mihi melior affectus in seruitia Mtis. vrę suggeri possit, Si etenim amicis citra omnem fucum solco prestare ea: quę mihi prestanda sunt: quanto id magis prestare debeo soleoq in seruitiis vrarum Mtum quarum dignitatem merito colo, et quarum beneficia agnosco, Agnituros etiam plus, si ea sinceritas seruitiorum meorum ab eadem Mte vra non contemnetur, imo grata esse cognoscetur,

Stanislaus Tharlo Epus Przemislien
Bene Regine Polonie

Serenissima Rex excellentissima Regina: domina et domina clementissima. Quum is cubicularius ad Mtes vras rediret nolui eum absque meis ad Mtem vram lris, dimittere: quibus Mti vre Serme, me et perpetuam ~~felicitatem~~ servitutem meam: cum indignis orationibus comendarem, illique humilr supplicarem vt me suo favore et Reginali clementia prosequi dignaretur curaturum sedulo ne ingrato homi id beneficiu Mtas vra imposuisse videatur, Propterea nihil ambigo Mti vestre iam pridem compertum fore, quid Mtas Regia de rebus Serme domine Isabellae Reginae in Vngaria, cum Sermo Romanoru Rege statuerit: speretque Mtas vra illuc insignem quempiam sue Mtis Oratorem propediem iturum ad res omnes sue Mtis Reginalis et infantuli in tuto collocandas, Non supervacaneum crederem a Sermo Ro: Rege nomine vtriusque Mts vre postulandum vt Cassovia cum reliquis quor Germanicis Civitatibus Regno Mtum vrarum vicinis pro sustinenda honoratius sue Mts Rlis conditione: saltim ad vitam concederentur, Quoniam primonium Sermi Joanis Regis ad eam foret vastitatem iampridem redactum, vt maiore sit opus ad conservandas Arces impendio, presertim sub hac bellorum tempestate quam ex illis aliqua emolumenta speranda, Tum etiam si qua vis bellorum iterum ingrueret haberet sua Mtas, quo tuto cum suis se recipere posset, ac esse cum Mtibus

vestris in vicinatu, quorum vel crebris legationibus vel
interdum praesentia sua et filioli orbitatem solari valeret,
Forte et eaedem Civitates in alium usum, si quando quod
Deus omen avertat, fortuna illius Regni inclinaret magno
comodo Mtibus vestris esse possent. Non dubitarem
Sermum Roma: Regem ob recens Mtis Regiae in illum
beneficium haud aegre id a se impetrari permissurum,
Haec volui pro mea erga Mtem vram, Serenissimamque
eius filiam dominam clementissimam fide et devotione
confidentius suggerere: quae si quoque Mti vrae forent
probata, illa pro vanis non repudiaret, Quod reliquum
est omnibus votis comprecor: ut Mtas vra una cum
Serenis domus coniuge et filio suis charissimis sit longa
et prospera valetudine Regnoque et reliquae ditioni suae, ma:
gna sua laude et gloria quam diutissime praesit, cuius gra:
tiae et benignitati me et servitutem meam impense comen:
do et humilr rogo, ut meae, Mti vrae non pridem par:
rectae supplicationis benignam rationem habere dignetur.
Quam rem ego Mti vrae Sermae omni fide, serviendi
sedulitate promererei studebo, Ex Brzosow xiiij.a
Novembris. Anno . 1540 .

Praeterea non supervacaneum crederem, ut hisdem Ora:
toribus qui in Ungariam et ad Sermum Ro: Regem profici:
scentur: secretius committeretur: ut diligentius de omnibus
consiliis et molinimibus illius Mtis, quo ad defensionem
illius Ungariae Regni contra Turcam perquirerent: etsi
pro explorato haberent Turcam nequaquam passurum re:
gnare in Ungaria illius Mtem: nec tam gravi bello con:
tra hostem potentissimum sufficere posse Sermum Ro:
Regem, pertentarent animos suorum ab archanis con:
siliis an quum illius Mtas Regnum illud pro se retine:

re nequiret, certumque haberet, illud iam in manus Thi:
nicorum transiturum eiecto illo, an non melius honesti:
usque indicaret, vt modus aliquis quæreretur tempori, quo
illud ditissimum Regnum diutius in manibus Christia:
norum; valeret permanere: nec honestius ipsi Sermo Ro:
Regi contingere posset et Christianis: et præsertim illi Regno
vicinis, quam vt pateretur experiri apud Turcam Se:
renissimum filium Mtis vræ, an illum tanquam amici:
ssimi Regis filium, siue vt Regem, siue vt Nepotis sui
tutorem, saltim hijs legibus: quibus Sermus Rex Joan:
nes habuit in Vngaria Regnare: quæ res vbi facilis
foret apud Turcam impetratu, pateretur et Sermus
Ro: Rex illud esse in manibus generi sui et vt maior
sit honestatis prætextus saltem illud Sermo filio Mts
vræ nomine dotis consignaret: aliter non video illud
Regnum in manibus Christianorum conseruari posse,
nobisque non adeo is vicinatus esset formidolosus, et
fortunæ omnes tam Sermæ dominæ Jsabellæ quam
filii ad istum modum magis in tuto collocarentur, illudque
Regnum ex summo hoc discrimine liberaretur, Cupe:
rent inprimis Vngari omnes: patriam suam hac
ratione seruari, nec sibi facile persuadent: vt Tur:
cus Sermum Ro: Regem in Vngaria vnquam re:
gnare, etiam magnis quibuscumque conditionibus obla:
tis, permittat:

Petrus Porambski Isabellę reginę Vngarię Secretarius Bonę reginę Polonię

Sacra M^{tas} R^{lis} domina et d^{na} clementissima

Præmissa seruitutis meæ in gratiam M^{tis} v^{ræ} Serenissimæ comēdatione. Accepi literas M^{tis} v^{ræ} quibus significat se ægre ferre, quod ad illam rarius scribo. M^{tas} v^{ra} persuadeat sibi, quod id per me non stetit, sed ratio temporis ita tulit, vt nihil certi in absentia Ser^{mi} olim dom^{ni} n^{ri} clementissimi bonæ memoriæ, haberem: imo neque domina mea clementissima per duos integros menses de statu valetudinis certo Ser^{mi} olim coniugis sui intelligere potuit: Vana aut et futilia scribere non licet ad M^{tem} v^{ram}, Malo verus quam vanus dici. Et scio quosdam propter inanem scriptionem non solum male audire, sed etiam indignationem dom^{ni} sui sustinere. Proinde M^{ti} v^{ræ} supplico: dignetur me in præsens habere excusatum, et veniam dare.

Quod statum dominę meæ clementissimæ præsentem attinet, ita habet, Statim post mortem Ser^{mi} olim domi^{ni} nostri clementissimi. R^{mus} do^{s} Ep^{us} Varadien^{s} Regni Thesaurarius: misit Budam Georgium Croatum Castellanum Varadiensem, qui sub prætextu defensionis Arcis et Ciuitatis, adduxit secum multos pedites et indies plures conducit, quos domina mea clementissima non ægre tulit assumi, intelligens imminere periculum, sed hoc et fuit et est illi graue et molestum, quod iuramentum fidelitatis non præstiterunt M^{ti} suæ, sed domino

sua sponte, si certo non cognouisset, et se viribus Vn-
garicis solis non posse Sermo Do: Ro: Regi resistere,
et auxilia Turcica, nedum fida et firma esse: verum
etiam Regno exitialia

Item Rdus do: Epus Transiluanien Statilius: dum
iret Orator Sermi Regis defuncti ad Cæsaream
et Catholicam Mtem, (ex qua legatione nondum
redijt) ex itinere nunciauit Sancto: Do: nro: noie
Regis defuncti per suas lras credenciales suæ Stis
(vt ad me Agriensem ex vrbe certo scribitur.)
Cæsarem Turcarum petiisse à Sermo domino olim
Rege defuncto, Budam, Albam Regalem et quinque
Ecclesias: Quod non credit do: Agriensis, fuisse
ausum do: Transiluaniensem nunciasse summo Pontifici,
nisi sibi specialiter hoc fuisset datum in mandatis
à domino Rege defuncto: neque suam Mtem dedisse
in commissis talia nisi vera fuissent, Jn cuius
rei verum argumentum: cum sua Mtas proficisce-
retur in Transiluaniam Quadragesima proxime
transacta, abstulit secum ex Buda, quecunque cha-

ra, quecunq preciosa habuit, imo et vram Mtem iam
commiserat Spectabili et Magnifico domino Perrenni
vt ad medium Aprilis Varadinum adduceret, Quod
& fecisset, si per vterum Mts vra licuisset: firmiter
credens: hac æstate Turcam, Budam occupaturum.
Nec vnquam destitit esse sollicitus de vra Rli Mte,
ante quam certum Nuncium ex porta Cæsaris Tur-
carum habuisset, qui affirmasset Cæsarem Tur-
carum no venturum hac æstate, Facile est ergo
cogitare hac homini futura prospicienti, qd si Cæsar
Turcarum a dno Rege defuncto, viro illius ætats,
et dignitats, ausus fuit Budam et alia prænominata
petere, multo id fortius et petet et volet habere a
femina et infante, præsertim ab ea femina et infate,
quæ totam spem suæ saluts in Turca reponit et collo-
cat: Quod si sequeretur: quod absit: Regnum Vnga-
riæ periclitaretur, Mtasq vra et in anima et infa-
mia iacturam pateretur non modicam, filius autem
eius, inter istos duos in Vngaria nihil esset habitu-
rus: Nam partem Turci pro se: partem Germani
pro se occuparet.

Dominus igr Agrien suasit Mti Rli consultius
eam facturam tam pro se quã pro paruulo suo: vt
ea haberet firma et certa et quæ Serenus do: Rex
defunctus conclusit in tractatibus pacis, quam
multo maiora infirma et incerta: præsertim nul-
la addita conditione apposita in tractatibus pacis,
qd sczt Serenus do: Ro: Rex desponsaret filiam suã
vltimã filio dni Regis defuncti.

Hæc fuerunt consilia per Rm do: Agriensem
data Sertme reginæ

Verte tria folia sequentia.
In quarto penes tale signu ⊕
vide finem: quod in trib
chartis continetur.

Vide pagina 378

Franciscus de Frangepanibus Epus Agrien et Archiepus Colocensis Sigismundo primo Regi Polonie

Sacra Regia Mtas et domine domine mihi clementissime. Post humillimam perpetue meae servitutis comendationem. Postquam expedivissem hunc meum servitorem ad Mtem vram supervenerunt duo mei servitores ex partibus inferioribus qui certo retulerunt mihi Do Varadiensem, et caeteros qui cum eo sunt, misisse ad Sanchacum Belgradi ad accersendum, cum una cum Turcis ad se, causam cur hoc fecerit ignoro, nihil tamen boni licet in similibus suspicari. Mtas vra Sacra, quae hac tempestate ab omnibus et prudentior et religiosior inter omnes Reges Christianos censetur. videat et iudicet, si haec fieri debeant nomine filiae vrae Mtis, qualem honorem ex hoc sua Mtas ab hominibus consequetur: quale premium a Deo debeat expectare, si sua Mtis auspiciis Turcae alteram partem Hungariae, suae subiiciant Tirannidi, alteram vero devastent et cultoribus vacuam reddant. Quid in hoc negotio etiam de vra Sacra Mte dicatur, cuius filiam quotus quisque credet haec facere. sine Regis patris consilio et assensu. Succurrit memoriae Serma Rex, cum Oratorem, ~~cum oratorem~~ Sermi domini mei quondam Regis defuncti, apud Vram S. Mtem. Wilnae agerem, et falso fuisset relatum Mti vrae, Dominum Regem meum Turcas in Ungariam vocasse in subsidium sui, quam religiose, quam Christiane, quam severe improbabat factum hoc Mtas vra. Asserens debuisse potius Regem

defunctum, om̄ia extrema pati: quam ad hæc venire. M^tas itaq; v^ra, tanq; prudentissimus Princeps amore Jesu Chr^i crucifixi, quod in aliis improbavit iuste, ne velit in filia admittere vel in his com̄ittere, nam cum his et similibus nihilo meliorem fortunam video futuram vel filiæ M^tis V^ræ, vel Nepotis, culpa facti apud Deum erit penes eos, qui vel talia admittunt, vel consentiunt facientibus. De Regno autem fiet, id quod Deus iudex iustus sua praeordinavit providen^a. M^ti v^ræ supplico tanquam d^no clementissimo, velit ignoscere mihi, si liberius scripserim quam tanto Principi deceret, Ad hoc enim teste Deo, et conscientia, nihil aliud me impulit, nisi amor ac reveren^a v^ra S. M^tis, et suorum, et Zelus domus dom^i. Qui M^tem v^ram S. ad longa tempora conservet felicissime, Cui me, sus servitutem meam perpetuam humil^r com̄endo. Dat^e Agriæ die xj. Septembris. Anno Domini ·1540·

·C. S. V. M^tis

Servitor et Capella^s ...

Sigismundus primus Rex Polonie
Agriensi Episcopo

Rxme in Chro pater sincere nobis dilecte, Legimus ea quae scripta misit ad nos P. vra. et quemadmodum res isthic acta sit abunde cognovimus: Ac primum agimus gras P. vra, q cum magno esse in luctu et marore Sermam filiam nram acrepisset, boni ac fidi ✝Senatoris Servitoris functa officio. etsi graviter ipsa laborabat doloris tamen sui oblita, ad mitigandum Sermae filie nre dolorem: ultro Budam accessit, atq eam quibus potuit verbis gravissimis consolata est: Nihil fecit spe et expectatione nra alienum, hoc enim nobis semper de P. vra pollicebamur, quod ipsa etiam facturam se recepit, nullis eam in casibus: nullis in periculis Sermae filiae nrae defuturam. Quae nra de P. vra spes et expectatio, quod nos minime fefellerit, non mediocrem ex eo voluptatem capimus: et iterum atq iterum P. vra gras agimus. Sed neq illud nobis gratum minus est, q cum semel atq iterum postulasset à P. vra, et à Spectabili ac Magnifico Petro Perenni Serma filia nra, ut semota quavis cunctatione, ad se venirent, ac fidele sibi consilium suum impertirent: uterq vrum promptum se et alacrem exhibuit, neq sine magno, ut scribit P. vra vitae discrimine prope Budam ipsam accessit. Fecerunt S. vra pro officio bonorum Senatorum, et fidelium Regis sui defuncti servitorum, q in gravissimo casu Sermae Coniugis eius filiae nostrae charmae.

✝ als Senatoris

prasto illi adesse voluerunt. Nos huius tam promptæ vo-
luntatis singulorum vrarum grati semper et memores fu-
turi sumus, dabimusq operam, vt solidam ex eo quandoq
voluptatem capiant, q ea fide studio et obseruatia fue-
rint erga Sermam filiam vram. Cæterum quod que-
ritur P. vra, cum tribus tantum millibus passuum
Buda abesset, neq sibi, neq Mag^co Petro Perenni per-
ueniendi eo potestatem esse factam: sed se subsistere
iussos: neq vltra progredi: atq admonitos, vt vna cum
do: Georg^o Monacho, Varadien Epo, funus defuncti Regis sequerentur.
Quod quidem ita interpratatur P. vra, vt et se et colle-
gam simul magna affectum existimet ignominia, q
quibus etiam Cubiculi defuncti Regis fores semper
patuerunt, hii sint Buda exclusi neq ingredi eo per-
missi: Cuius rei culpam omem P. vra in Sermam fi-
liam vram conferre videtur, cui neq seruitia vra, neq
præsentias toties atersitas gratas fuisse scribit, Quo
magis perspectam habemus et exploratam nime vul-
garem prudentiam P. vra, hoc miramur vehementius,
hanc illam opinionem de Serenissima filia vra con-
cepisse, neq illud secum reputare, q ea nunc aliena est
in potestate, q alieno arbitratu multa facere cogitur,
Nouit procul dubio ingenium illius P. vra, et quidem
vt nobis persuademus in optimam partem: nouit soler-
tiam: nouit prudentiam. Si cuiusquam alterius, vra
procul dubio P^tis consilio, libentissime semper vsura
fuisset, id indicant tot Nuncii toties ad vram P.
missi, qui rogabant et obtestabantur, vt vna cum Spe-
ctabili Petro Perenni se P^tas vra viseret, Nam
quæ sunt postea consequuta, ea illius voluntate facta
non esse, tam certum habemus quam quod certissimum,
Quod quidem vel ex eo ipso licet colligere, quod scribit

P. vra cam se misso Nuncio excusasse: et authores nominasse: qui quominus Budam ingredi liceret P.ti vrae cum Collega suo impedimento fuerint. Ac in horas nuntium ab ea expectamus cum l[itte]ris quibus totius rei seriem nob[is] proculdubio verissime describet. Sinceritates vestras hortamur: atq[ue] ab illis magno studio postulamus, vt quam de Ser[enissi]ma filia n[ost]ra duriorem opinionem conceperunt, eam deponant, cum pro sua pruden[ti]a longe secus rem habere, atq[ue] illam omni culpa vacare intelligere possint. Ne velint propterea alieniore ab illa esse animo, q[uod] non omnia illi arbitratu suo facere liceat, Sed memores gratiae fauoris et beneuolentiae qua prosequutus est vtrumq[ue] Ser[enissi]mus olim Joannes Rex, ne deserant Coniugem illius viduam, a qua cum nos longiore locorum internallo disiuncti simus omni et consilio et auxilio destituta videtur, Ne deserant filium pupillum, cuius vultum contemplari existimet, cuius recordatione, nihil eorum facere pretermittat, quae ad illius Cones stabiliendas putauerint pertinere. Nihil defuncti Regis manibus gratius facere poterint, nihil Deo etiam ipsi acceptius, cui haec demum est gratissima victima, si quis viduam consoletur, et Orphano sit adiutor. Nos vero si fidem v[est]ram et studium erga Ser[enissi]mam filiam, Nepotemq[ue] n[ost]rum perspexerimus, tales nos vicissim erga Sinceritates v[est]ras praestabimus, vt quibus officiis et obsequijs erga Ser[enissi]mam filiam Nepotemq[ue] n[ost]rum vsae fuerint, eorum nunq[uam] illas paenitere possit.

Quod vero hortatur nos P.tas v[est]ra, vt mature consulamus rationibus Ser[enissi]mae filiae Nepotisq[ue] n[ost]ri, id iam pridem fuit nobis deliberatum: Sed magnopere semper v[est]rae p[ate]r[nitati]s l[itte]ras expectabamus, quas tar-

dius esse scriptas miramur. Misimus Oratorem nrum ad Serm do: Regem Ro: qui perfecta isthic legatione, recta ad Sermam filiam nrám proficisceretur, Ei ad Ptem quoqz vrám mandata dedimus: Fuit haec provincia per nos mandata Magro Petro Kmitha Palatino Crac: sed is propter factiones et dissidia, quibus isthic laboratur se excusauit. Suffectus erat in locum eius Camenecen' Episcopus, qui cum eger esset, maddatum sibi per nos munus obire non potuit, In cuius locum Venerabilis Joannes Slexewsky Decanus Crac. et is ipse periculose egrotat. Atqz haec fuit more et cunctationis causa, Nos queqz nunc ita Deo volente consueto morbo nro cruciamur, Ex quo cum furiamus eodem miserante recreati omi ope nrá Sermae filia Nepotiqz nro sumus affuturi, neqz ullum in nobis patris et avi officium requiri patiemur, De Pte vrá, Collegaqz illius nobis persuademus, q et ipsi suo non deerunt officio, Fuit nobis extrema illa clausula valde grata, In hodiernum diem do: Agrien non est, fide obstrictus, neqz faciet vnquam rem nisi bono viro dignam et honesto. Quid autem est bono viro dignius et honesto: quam defuncti Regis domini sui bene de se meriti coniugi vidue, et pupillo filio, adesse, atqz hoc agere: vt simultatibus istis et inimicitiis depositis gratia et concordia inter omes coalescat, Id nisi factum fuerit, ne salus quidem ipsa afflictum Vngaria Regnum seruare poterit. Quare in hanc curam et cogitationem Sincer[tas] vrá toto pectore incumbant, vt reducatur in concordiam dissidentes procerum animi, et in odij locum charitas Christiana succedat, neqz minus amore A benevolentia mutua quam paulo ante odijs et inimicitijs certetur, Haec

est vna vario afflicti

Verte sequentia tria folia
In quarto habebis finem
4 rigarum prius tali signo ♀
Reliqua ordine suo leges.

.⊕. Vide pagina 371.

data Sermae Reginae, quae qualis sint momenti, illorum iudicio relinquit, qui bene res has ponderabunt, hoc unum asserens et Deum in testem inuocans, qualiacunque sint: ex bono tamen et syncero animo processisse.

His dictis et duobus diebus Budae consumptis, valedicens Mti Rli domum reuersus est, Accidit interea paucis post diebus: venisse Oratorem Sermi do: Ro: Regis, Nicolaum de Salem Praefectum Cubiculi Regii ad Sermam do: Reginam, Quo audito, illico misit sua Mtas Rlis: adolescentem quendam ex Curia sua cum lrais et mandatis ad do: Agrien Epum, ac ad do: Petrum de Peren comitem, rogans et obtestans nos multis nominibus, vt visis lris Mtis suae, nos ad suam Mtem conferremus: ad dandum responsum Serm°: Do: Ro: Regi, iam enim ante praemiserat ad nos Magnificum Stephanum de Raska, rogando nos, vt cum opera nostra indigeret, ne grauaremur ad suam Mtem accedere. Dos Agriensis auditis postulatis Mtis Rlis, posita omni mora: contulit se ad do: Petrum de Peren: eique suasit et persuasit, ne Rlem Mtem in tanta calamitate desereremus, tum propter persona Rlis Mtis, tum propter memoriam Sermi Regis, domini nri nuper defuncti: tum potissimum ex animo inseruiendi vris Mtibus. Sed quia ex aliquibus non vanis rumoribus, animus aliquorum nobis non potuit esse non suspectus: Rogauimus Mtem Rlem vellet nobis prouidere de Saluo conductu, cum quo secure possemus ire ad suam Mtem, et rursus inde redire, Et cum huic itineri iam nos accingeremus: rursus venit Erasmus Secretarius cum lris et mandatis suae Mtis: Nunciabat autem Mtas sua Rlis

discessisse Oratorem, non expectato n[ost]ro aduentu, causando aduersam valetudinem. Rogabat nihilominus nos, vt ad suam M[aies]tem accederemus: tum pro responso D[omi]no: Ro: Regi, dando, Nam nunciabat se nihil responsi aliud dedisse Ser[enissi]mo: D[omi]no: Ro: Regi nisi hoc: q[uod] communicato cum dominis Consiliariis negotio responsura esset per proprios Oratores suae Ro: Regiae M[aies]ti, Item nunciabat propediem affuturum Spectabilem ac Mag[nifi]cum do: Petrum Kmitha de Vissnice Palatinum et Capitaneum Crac[oviensem] et Regni Poloniae supremum Marsalcum, cupiebat vt nos quoq[ue] cum ipso Palatino vna constitueremur, Misso per Erasmum Saluo conductu petito, nos ad haec respondimus, libenter nos ituros, cum d[omin]us Marsalcus aderit ad suam M[aies]tem, Iterum paucis revolutis diebus, misit ad nos rursum Erasmum Secretarium, petens et obtestans, vt non expectato aduentu domini Palatini Crac[oviensis], vellemus, ire ad suam M[aies]tem, quia multa habebat ardua communicare nobiscum, Et nos cum nondum responsum dedissemus Erasmo: superuenit ~~D[omi]n[u]s~~ D[omi]nus Baijoni promisor Curiae R[eg]alis M[aies]tis, eadem haec, magna cum instantia repetens. Nos respondimus vtrisq[ue], nos libenter ituros, dummodo mittatur nobis nouus Saluus conductus: qui plures personas comprehendat, quam prior. Nec v[est]rae M[aies]tis cogitent nos petiisse Saluum conductum ob vanos terrores, Nam iam allatum erat ad nos praefectos Budenses doluisse et dolere: q[uod] D[omi]num Agriensem non detinuissent, cum nuper descendisset ad R[eg]alem M[aies]tem, Et licet causam etiam nunc ignoret D[omi]n[u]s Agrien[sis], cur haec fieri debuerint, tamen haec vera esse probaturus, si res ita expostulauerit, tempore et loco debitis. Rursum post paucos

dies venit Erasmus cum l'ris credencialibus: et Salui conductus: et cepit nos nomine R'lis M'tis obtestare per omnes Deos, et quicquid Sacri vsquam est: ne vellemus suam M'tem in tanta calamitate deserere: vellemusq; ad eam sine mora descendere. Nos communicato Consilio, decreuimus votis M'tis R'lis satisfacere etiam cum discrimine vite n're: vt tamen eo præsidio descendere, ne quispiam seorsum posset nobis illudere, vel vim inferre. Procul tamen dubio, sicut non formidabamus vim vnius aut alterius, ita obnoxii fuimus iniurie omnium coniunctim. Collectis igr circiter mille militibus: ingressi sumus istud iter bono et sincero animo, nulli nocituri, nec quicquam aliud facturi, nisi, quod M'tas R'lis iussisset. Et cum venissemus ad sex milliaria propius Budam ad Oppidum Hathwan præmisimus ad M'tem R'lem Joannem Themeswarii, aulicum quondam Serenissimi do: Joannis Regis defuncti, per quem nunciauimus M'ti R'li, nos ad iussa sua venire: rogando M'tem suam ne eam permoueret, ea militum copia quæ nobiscum erat ad aliquorum maleuolorum falsam suggestionem. Nos enim ad nihil aliud veniebamus, vna cum militibus n'ris quam vt suæ M'ti ad vota seruiremus, neq; cuiquam noceremus, contenti l'ris et fide nostra assecurare omes Budæ existentes, si ita M'ti suæ videretur. Dimisso dicto Joanne Themeschwari, nos vna cum n'ris subsecuti sumus eum, et venissemus tribus miliaribus sub Budam, ad villam vocatam Hisszegh, visum est nobis ibidem præstolari responsum suæ M'tis. Et cum illic totum illum diem consumpsissemus, tandem in medio noctis sequentis, venit ad nos d'ns Stephanus Matuchnaij, olim Secreta:

rius Regis defuncti, cum lris credenc. suæ Mtis Rlis, qui nobis nomine suæ Mts denunciarunt: vt sub: sisteremus: nec vltra progrederemur: imo potius ire: mus ad Rm do: Varadien, et ad alios duos, qui cor: pus domi Regis defuncti aduehebant: et sic vna cum ipsis et corpore domi Regis defuncti: et non aliter Budam intraremus: Nos vt verum fateamur vehe: menter comoti hac inopinata denunciatione: respondi: mus nos vocatos fuisse ad præsentiam sue Mts, et no vt deberemus per loca Campestria quærere do: Va: radiensem et alios: Si corpus defuncti do: Regis hono: randum erat: poteramus honorare illud cum sua Rli Mte progrediendo illi obuiam. Quia tamen videmus suggesta sue Mti longe contraria veritati, videmusq3 Mti suæ non esse grata, neq3 nra seruitia, neq3 nras præsentias, toties aduersitas, et quod bo: na venia Mtis suæ Rlis volebamus nos redire ad domos nras. Mane facto ante quam illinc nos mo: ueremus redijt et Joanes Themeschwari: quem pre: miseramus, qui aperte nobis dixit, nos non ingres: suros Budam, nisi vellemus cum duobus Koczy intrare, Et sic accepta hac ignominia, multis expensis, inutili in gratiam Rlis Mtis factis, retrocessimus: Et nunc demum Rmus do: Epus Agriensis, cognouit, Serenissimum do: Regem suum, defunctum esse: cuius fidem: sua Mtas quondam adeo perspectam habuit, vt nedum Porte Ci: uitatis vel arcis alicuius sue ei fuissent clause sed ne fores sui Cubiculi vnquam. Cum igr do: Agriensis rediisset Agriam, superuenerunt, dominus Baijoni, et dos Petrus Marcus seruitores primarii Rlis Mtis, missi ad do: Agriensem ac ad dom Petrum de Pereny Comitem, qui nomie Rlis Mts multis verbis, nixi sunt

excusare suam Mtem illam hoc non fecisse animo deli-
berato, sed coactam per Vrbanum Batiani, et Georgin
Horwat, qui nomine domini Varadiensis praesunt Budae.
Quantum haec excusatio potuit valere, Mtibus vris
iudicandum relinquimus, Quia si illi et vitam nobis
ademissent, eandem Mtas Rglis excusationem potuisset
in sui iustificationem adducere. Dominus Agrien ibat
certe Budam eo animo, vt iussioni Mtis Rglis satis-
faceret, et corpus defuncti Regis domini sui, suis manibus
traderet sepulturae, Nam et Suffraganeum suum, pro
hoc officio praestando secum ducebat, et omnia alia per-
tinentia ad rem diuinam, Tamen obstiterunt, ne
dicam fata, verum mala mens, malus animus.

Haec vt acta sunt, mere et pure volumus vris Sacris
Mtibus innotescere, vt si aliqui maleuoli aliter haec
interpretarentur, ex hiis Mtes vrae clare cognoscat,
rei omnimodam veritatem, Quae omnia licet luce clariora
sint, probari tamen possunt. Mtes vrae videant, ac iu-
dicent, non nos deseruisse Mtem Rglem, sed ad instin-
ctum aliorum improborum, non sine ignominia a sua
Mte esse reiectos et exclusos. Admonendo nihilominus
humiliter ac reuerenter vras Mtes, ob eam seruitutem
quam habuimus et habere volumus apud vras Mtes
ob memoriam defuncti Serini Regis, et domini nostri,
ob amorem et reuerentiam quam habuimus et habe-
bimus semper erga personam Serinae dominae Reginae,
velint consulere rebus Serinae filiae suae, velint con-
sulere rebus infantis nepotis, et hoc quam primum,
et dum tempus est, quod vtinam iam non periisset. Quia
hoc certo certius sciant Mtes vrae, quod si Mtas
Rglis perget vti consiliis illorum, qui nunc ei consulunt,

et res suas ad eorum arbitrium dirigere: pessum ibunt
omnia negotia sua, et inter istos duos Principes: Serenissimum
dominum Romanorum Regem: et Principem Turcarum, nisi divina
misericordia obstiterit, dividetur Regnum Ungariae,
Nepos autem Maiestatum vestrarum nihil habiturus est, Quia
et illos paucos qui adherebunt Reginae forte periculum
est, ne patrimonio Infantis illis promisso alienentur et
adhereant Regi Ferdinando. Maiestates vestrae faciant iuxta
suum prudentissimum consilium: Et Deus Opt: Maxs:
omnia dirigat in bonum. Nos tamen volumus admo:
nere de hiis vestras Maiestates, ut cum venerit hora
eorum reminiscamini quia ego dixi vobis.

Hoc unum non tacebimus: quod Regiae Maiestati de nobis falsè sug:
gestum est. Est enim nunciatum suae Maiestati ut per hoc
nobis maior invidia compararetur: et conflaretur:
nos fide obstrictos esse Regi Ferdinando, adhuc antequam
Budam accedere vellemus. Quod falsum et mendacium
est, Nam in hodiernum diem, Dominus Agriensis,
non est astrictus, neque faciet unquam dominus Agriensis
rem nisi bono viro dignam et honesto.

Datum Agriae xa Septembris
1540

Franciscus de Frangepanibus
Agriensis manu propria
.ffs.

. Regredere .
verte retro sex folio: et in sexto
folio, lege Epistolam Francisci de Frange=
panibus Archiepiscopi ad Sigismundum poloniae
regem: quae incipit Sacra Regia Maiestas etc
Postquam expeduissem: etc
Legas et aliud illis sequentem sic
incipientem . Legimus etc : etc

ꝗ est vna ratio afflicti Vngariæ Regni conseruandi, ad quam vt perueniri possit faxit Christus Jesus Seruator noster. Nostrum in ea re consilium et auxilium defuturum non est, Quod idem Christus fortunare dignetur. Bene valere P. vestram optamus. Vilnæ die xxiij Octob Anno Domini . 1540.

Sigismundus primus Rex Poloniæ domino Epó Agriensi Francisco de Frangepanibus

Accepimus lras P^tis vrá quibus nos certiores fecit, esse sibi certo renunciatum: dominum Varadiensem Epum Zanzacum Belgradi, vnacum Turcarum copiis ad se accersiuisse: atque vna admonet nos, vt memores quibus olim verbis à simili re Serenissimum Joannem Regem deterrere simus coacti, ne patiamur Serenissimæ filiæ, nepotisque nostri nomine Turcas accersiri in Vngariam. Ad nos ante hunc diem nihil fuit hac re allatum, ac nos quidem conscios eius rei non esse, non putamus esse quenquam qui dubitet. Satis enim id declarat omnis vita nostra ante acta, quam spectatam omnibus: et quod citra iactantiam dictum sit probatam quoque esse confidimus. Sed nos ne Serenissimam quidem filiam nostram, cuius religio nobis explorata est, ea de re quicquam scire certo nobis persuasum habemus, Tantum abest, vt volente aut consentiente ea hæc facta putet P. vrá. Aliorum facta præstare non possumus, ne vel ipsi vel Serenissima filia nostra, indignum aliquid et indecorum faciamus, facile, Christo adiuuante præstabimus: Extrema hæc solet

esse remedia, ad quæ nulla in fortuna nr̃a confugere
vnquam vellemus. Nam quod in alio reprehendimus
quo tempore minas istas iaciebat P. vr̃a. id ipsi facere
nunquam in animum induceremus. Quodq₃ tum a nobis
dictum commemorat P. vr̃a: in eo perstamus: neq₃
alii sumus futuri in causa Sermæ filiæ et Nepotis no-
stri: quam fuimus in causa defuncti Regis, quem et
ipsum filiũ semper loco habebamus. Quo magis etia
nobis molestiam illud accidit, q scribit P. vr̃a. vt vi-
deamus, quid de nobis dicatur, cuius filiam quotus-
quisq₃ credat hæc facere sine Regis pr̃is et consilio
et assensu. Nos vero ita nos semper gessisse videmur,
vt nihil dici de nobis possit, quod sit Chriano Rege
indignum. secus si quis dicat aut dixerit, is de sua
sa potius existimatione: quam de nr̃a detrahet, quæ
hiis est radicibus fundata firmataq₃, nullius vt ca-
lumnijs aliquid de ea iminui possit, Tantum abest,
vt nos consilium aut assensum nr̃um ad accersendos
Turcos præbuerimus: vt ne Sermam quidem filiã
nr̃am: quæ non degeneravit quidquam a virtute
religioneq₃ paterna, ad eam rem vnquam consensis-
se certo sciamus, de qua ne scivisse quidem eam q̃d si
etiam sponsionem facere dubitaturi non simus.
Quare, nihil est quod vereatur P. vr̃a, sumus nos
semper officiũ nr̃i, sumus professionis nr̃e memores
futuri, Itaq₃ quoq₃ videat P. vr̃a. vt quæ sunt of-
ficiĩ sui, quæ sunt professionis suæ ea faciat, Nihil
est quod magis ad eam pertineat: quam adesse viduæ:
non deserere pupillum: odia mitigare: dissidentes
Procerum animos in grãm et concordiam reducere.
Sic futurum est vt nemo ad Turcarum auxilia con-
fugiat. Vestra vero P. opera ista sua et de patria

optime merebitur, et non mediocrem apud homines laudem, apud Deum grám inibit, et nrúm sibi fauorem tantum demerebitur, vt cogitaturi semper simus, quemadmodum nos gratos et memores officiorum eius praestare possimus. Bene et feli: valere vrám P. optamus Datis Vilnae xxiiij Mensis Octobris, Anno Domi

·1540·

Oracio Francisci Comitis de Frangepani: bus Archiepi Colocen et Epi Agriensi Oris regni Vngarie ad Coesarem Electores et Principes Germanie 1540

Quamuis natura mea semper abhorruit à turbidis consiliis et strepitu armorum, voluptate honesti ocii perpetuo quodam instituto meo à ratione suscepto. Tamen haec temporum calamitosa conditio, cogit me vna cum his dominis Collegis meis Inuictissime et clementissime Caesar. et domini Illmi Principes, Electores, Caeteriqz sacri Romani Imperii vtriusqz ordinis clarissimi Principes: et Status, vroz animoz in maximis Reipubcae: Christianae periculis: minimum rebus quietis deditos, ad bellum commouere necessarium, certantibus Barbaris nobiscum de possessione Hungariae, imo verius vniuersae Christianitatis, Licet enim prius, non tamen magis nobis: quam aliis Christianis iminet Turcica arma: Vniuersae Europae vult Solimanus frenum imponere, nisi Conciliati Deo pietate atqz innocentia, confugiamus ad praesidia armorum vin:

dicemusq; orbem Christianum à summo discrimine, audendo fortiterq; pugnando. Nam veremur. Vtinam simus falsi vates, ne per huiusmodi negligentiam, has etiam reliquas brevi amittamus. quod ut melius intelligere, ac tota de re laborare possitis. formam, statum, et pericula Vngariae quam brevissime poterimus vobis exponemus.

qr̃ Vngaria ex omni parte plana est: raras habet munitiones, nec usquam montes eam ab aliis regionibus dirimunt, nisi qua Poloniae et Transilvaniae committitur, Ante à Danubio tuta fuit Vngaria. Sclavonia vero, quae Panoniae quondam pars fuit, Drano et Savo fluminibus defendebatur. amisso deinde Belgrado captoq; Syrmio, cuncta flumina classi hostium enavigata, et ipsi portus in potestatem Barbarorum redacti sunt. Titulio arce ad Tibiscum, Ezeco ad Dravum firmatis atq; communitis, Vngariae tanquam compedes imposuere, nam Danubius non procul à Buda per deserta labitur, quatenus hostes non colunt inter Savum et Dravum, adeo progressi sunt in intima Sclavoniae, ut propemodum in vestibulo Stiriae sint et Carniolae, iam impune constratis pontibus exercitum transmittunt, ac in partem quam libuerit Vngariae praedabundi debacchantur, Ipsam Vngariam partim magnis copiis, partim excursionibus quotidianis adeo iam vastarunt, ut magna ex parte omni humano cultu deserta videatur. Restiterunt aliquandiu summo conatu viribus hostium Vngari, strenueq; patriam tutati sunt. Caeterum vis, vi maiore victa, et paucitas à multitudine oppressa est. Poterant, sine dubio Barbari totam Vngariam infra breve tempus suae ditionis facere, si captam bis Budam,

maiore

opportunis præsidiis firmavissent, cuius erroris Prin-
cipem Turcarum vehementissime pænitet, atque idcirco
Ibraijnbassam charissimum sibi ac pene socium quod
istud ei suaserit interemit. Nunc demum intelligit, quan-
tæ oportunitatis sit Regnum Vngariæ tenere, vel ad
tutellam partium suarum, vel ad ulteriora Christia-
norum vexanda atque occupanda. Haud ignorat ex Vn-
garia facilem esse per plana atque pervia decursum
in Germaniam, deinde in Galliam ac Italiam nul-
lis impedimentis interpositis quæ impetum eius mora-
rentur vix uno aut altero flumine interlabente.
Ad capescendam huiusmodi autem Provinciam, magnope-
re eum incitant vestræ intestinæ discordiæ, contentio-
nes intempestinæ, et animi prorsus abhorrentes à belli
gloria commodisque publicis. Sed profecto crediderim
providentia Dei factum esse, quominus Buda sit
in potestate hostium, ut vos propriis periculis excitati,
consurgeretis aliquando ad communem utilitatem li-
bertatem ac religionem tuendam. Hactenus Vnga-
ria vobis cæterisque Christianis, pro vallo atque agge-
re fuit, ea integra licebat vobis in utramque aurem
quiescere, iam agitur utrum hoc anno tota Turca-
rum sit, an vestro auxilio liberetur à periculis.
Quippe si hostis potietur Vngaria, quod proculdubio
futurum est nisi ei occurratur. Cum validissimo
Exercitu: quæsumus quid cogitatis de salute vestra?
quo pacto libertatem tuebimini? cum pro foribus
habueritis hostem præpotentem ferocissimumque, et ad
Imperium orbis terrarum anhelantem? Videte ne
cum flamma sese late diffuderit tarde ad incendium
restinguendum accurratis, ac idem vobis accidat,
quod Grecis. Bulgaris. Rascianis, propter lenta

consilia accidit: et proinde dicatur Germani sero vt Phriges sapere, Si in animo vobis est Turcam à Germania prohibere, cur meliore occasione, minori periculo nunc istud non faciatis? Nam postquam Vngariam adeptus erit, multo graviorem experiemini, aut igitur in Vngaria barbaris resistendum est, fortiterque pro libertate dimicandum, aut quocunque recessu deprehensis per partes pereundum. Sicut enim plurium copiarum viribus in unum contractis non parvum momentum est ad res bene gerendas, contra, solutis et in partes abeuntibus, servitutem aut mortem imminere. Quod si nunc Turcarum vires vobis formidandae videntur, cavete ne Vngarica militia illis adiungatur, quae sola temporibus patrum nostrorum et Turcis et aliis nationibus formidabilis fuit, quae omnem fortunam, in patrio solo potius experiri, quam extorris per orbem vagari statuit. Credimus vos in Civitatibus munitis spem collocavisse, at nulla quidem munitio barbarorum furori obstat, qui Rijlas Amanicas, Bosphorum. Propontidem. Helespontum. Danubium, tot montes pertingentes in caelum, tot altissima flumina subactis fortissimis gentibus superaverunt, à quibus innumerae Civitates captae sunt ac eversae. Existimatis eos extimescere vestra moenia? Non inficiamur hanc in munitionibus huiusmodi commoditatem existere, quod plerumque differunt excidium patriae, Ad summam vero belli, adversus validum ac pertinacem hostem non admodum prosunt, armatos oportet obviciatis, vt incolumem patriam maneatis. Si tamen de Imperio certarent.. cum nostris nationibus, si domitis populis moderate imperarent, si tributo vectigalibusque

impositis, victos, legibusq[ue] suis atq[ue] moribus uti per-
mitterent, adhuc tamen generosi animi totis viribus co-
narentur, alienam dominationem à suis cervicibus
repellere, Nunc autem cum eo hoste nobis res est, qui
Jura et Leges in sua libidine habet: qui corporibus
illudit, opes adimit, pernicies quaedam et labes No-
bilitatis, bonarumq[ue] artium et antiquitatis, omnes ex-
aequat, ac in unum ordinem miserrimae servitutis redigit:
dum colendo agro, pascendoq[ue] pecori facit obnoxios.
Constat hodie quoq[ue] superesse in Turcia stirpem eo-
rum, qui Constantinopoli imperarunt, sed tanto squa-
lore et egestate, ut considerantibus eorum veterem
fortunam lachrimas excutiant: Est autem id lon-
gè gravius neq[ue] Christiano cuiquam tollerandum, quod
barbara feritas, fidem Catholicam eversum eat,
animasq[ue] Christo autoratas parat interficere, proposi-
tis donis atq[ue] honoribus, his qui ad eorum impie-
tatem defecerint, quod plurimi ex nostris faciunt, qui
imbecilliores sunt ad perferenda mala durissimae
servitutis. horum omnium interitus vobis imputabitur,
qui neq[ue] tutandos esse adversus barbaros, neq[ue] iam oppre-
ssos existimatis eripi à servitute oportere, Falluntur
illi vehementer nec sunt audiendi, qui in omni rerum
varietate divinam duntaxat opem implorandam censent
et eam tamen expectant, nec ad reprimendos hostium
conatus alia utuntur via. Hac, omni aetate, apud pru-
dentes, tam pios quam Ethnicos ridiculo fuerunt,
sed ob brevitatem missa faciemus Ethnicorum exem-
pla, pauca piorum recensebimus, praesertim cum co-
ram Christianis verba facimus. Quid sanctius?
quid mansuetius Mose? quis unquam Deo familia-
rior? nempe qui omnibus commonitionibus à Numine

dirigebatur, et tamen hic non solis precibus sed ferro, sibi
et populo Israelitico viam per hostes ad terram pro-
missionis aperuit. Dum vinceretur bello Amalech,
Moijses quidem manibus in cælum protensis ferventer
orabat, sed Josue cum suis ferrum in hostes fortiter
stringebat. Regnante Josaphath Rege Juda, licet
Deus pugnasset, pro populo contra Moabitas, Amoni-
tas, et alios hostes, voluit tamen ut Rex tunc suis
vel in domibus delitesceret, vel in templo oraret, sed
ut instructus staret in acie, paratus ad prælium.
Ita et nobis Deus procul dubio aderit, sed vigilantibus,
sed bene consulentibus, sed strenue pugnantibus, Ubi
socordiæ atque ignaviæ, nos tradiderimus, nec quicquam
Deos imploremus, irati infestique erunt. Sed esto, sitis
obliti veteris gloriæ maiorum, nihil commoveant vos
Christianorum clades, conniveatis ad pericula Rei-
publicæ Christianæ tanquam ad vos ista nihil perti-
neant, iam non postulamus ut succurratis labenti
Vngariæ, iam pridem exaruerunt vestræ lachrimæ,
alienos animos geritis à misericordia, num de summa
rei periclitaturi furentis hostis impetum in domi-
bus vestris torpentes expectabitis? non opinamur,
quid igitur? non accingitis vos ad bellum? urget enim
extrema necessitas, et iam pro foribus adest. Multum
refert vel ad victoriam vel ad calamitatem in
alieno solo congrediamini cum hoste incolumi Unga-
ria: an amissa præferoces belluas intra vestros Pena-
tes accipiatis? Nam plerique falluntur qui differendam
expeditionem putent, et interim cum Barbaris de pa-
ce agi debere: quod quidem non improbaremus, si
æquam, si constantem, si diuturnam habere possi-
mus. Nunquam autem Turca ad pacem inclinat

animum, præsertim is quem nondum fortuna fefellit, nisi ex suo comodo sit, atque eam, quando consentit gravissimis conditionibus onerat, nunquam tamen intermissio fit rapinarum clandestinis deprædationibus. Scimus equidem nonnullas Regiones fuisse paris, quam belli tempore vehementius evastatas. Turcæ enim à primæva eorum origine rapto sunt asueti vivere, eumque morem in hodiernum usque diem tenacissime observant. Nullæ tantæ opes externæ, nullæ tam opulenta Regna sitim eorum explere possunt, ne cum hominibus quidem eiusdem fidei, ullam pacem propter nephariam cupiditatem habere volunt. Habent enim in præceptis ab eorum legum latore uti sua fidem armis tueantur, et devictas gentes suæ impietati adiungant. Quo fit, ut captivos, qui ad Machumeticam impietatem pertrahi nequeunt, omnibus iniuriis atque contumeliis afficiant. Ad hæc non defuerunt, qui Turcas quasi molles et Asiaticos contemnerent, sed longe secus eos sumus experti, nam et robore animi excellere, artibus belli peritissimos esse non solum testatur Ungaria, quæ per Annos circiter centum quinquaginta, cum Turcis varia fortuna certavit: sed etiam aliæ nationes bellicosæ, quæ Turcarum iugum armis victæ acceperunt maximo reliquis gentibus Christianorum documento sunt: invicti tamen non sunt,
Quamobrem vos obsecramus ac per Deum obtestamur, libertate afflictam et iam ruentem Ungariam, et manus supplices ad vos protendentem fiat pax in turribus nostris in virtute vestra. Imitamini Romanorum virtutem et magnanimitatem, in quorum locum successistis, qui socios, amicos, vicinos, sæpe

ob solam gloriam liberarunt magnis sumptibus à Tyrannis oppressoribus, Imponite tandem vestris domesticis discordijs: inutiles istas et importunas discussiones, vel prorsus omittite, vel in aliud tempus reservate, saltem in hoc grauissimo periculo contentiones vrae obmutescant: quanquam Christianae mansuetudinis est, tollere in perpetuum, quod offendat inter vos fratres, vtique discordiae fratrum olim quietiore tempore componentur, Nunc vero nisi concordibus animis nervisque omnium communibus, vram propriam ac totius Reipublicae Christianae salutem defenderitis, veremur, vt postmodum vllus locus his contentionibus relinquatur. Nostis, opinamur Apologum, Quo pacto miluus, dum certant inter se mus, et rana, vtrumque arripuerit.

Habetis in hac expeditione vestros et nros Principes: foelicissimum Carolum Imperatorem: Sacratissimum Ferdinandum sic animatos, vt sua omnia et se ipsos: super impendere pro animabus vris sint parati. Quod si vos amplissimi Principes, et vere Romano Imperio dignissime Senatus sequi (vt par est) ad hoc sacrum necessariumque bellum volueritis, proculdubio et Deus ipse, cuius causa agitur aderit: quo Duce et totam Christianam Rempublicam, profligatis barbaris, magno metu liberabitis, et conseruatae Vngariae gloriam penes vos perpetuo habebitis, ita vt non deficiat laus vra de ore ~~[illegible]~~ hominum vsque in sempiternum.

Acta ad veterem Budam inter Comissarios regis Ferdinandi et Isabelle Regine Vngarie

Ex parte Regis Ferdinandi fuere Archieps Strigonien, Ds de Welss Campiductor. Petr perenn. Nicol. Zalm Comes.

Ex parte Regine Isabelle fuere: Petr Petrowicz, Benedict Bayoni, Jos Estari Curie Mgr regine. Simon literatus.

. Hec scripserunt Ferdinandini .

Consiliarii et Oratores Serme domine Isabelle Regine Vidue ad nos Comissarios et Oratores Sacratissimi domi Ferdinandi Romanorum Vngarie: et Bohemie Regis: ad veterem Budam xxij Mensis Octobris hora vesperorum missi. Petrus Petrowitz Comes Themesiensis: Benedictus Bayoni: Joannes Ztari Magr Curie Regine: et Simon litratus de Ctina.

Qui conuenien: nobis nomine Regine: primum salutatione et omis beneuolentie eius Mts Rlis prefatione habita: breuibus verbis declararunt Reginam ipsam paratam esse Regie Mti Romanorum pro voto respondere: quo contractus inter ipsam R. Mtem et Regem Joannem defunctum initus suum habeat effectum, modo Mtas ipsa Regia hmoi contractui in omnibus articulis satisfaciat.

Hoc itaqz nos inaio accepto. Consiliariis Regine parum a nobis secedere iussis, nos Comissarii et Oratores Regie Ro: Mts communicato inter nos ~~mutuo~~ consilio, interrogauimus, quod cum Regina ipsa postulauerit a R. Ro: Mte. vt eius Regia Mtas ad hoc fauorablr accederet, vt Comissarii vtrinqz ad tractandum et concludendum destinarentur, Consiliarii Regine vt nobis dicerent: Numquid ne an Com:

missariũ ad nos à Regina missi esset, Exhibuerunt nobis lr̃as pleni mandati, quas cum legissemus ac rele-gissemus, easqꝫ in omni parte sufficientes cognouissemus cum eisdem Consiliarijs vtpote Comissarijs, rursum in eundem consensum conuenientibus nobis. Spectabilis Magcus PEtrus de Peren comes etc̃. quemadmodum iussus erat, nomine Mtis eius proposuit.

Qd quoniam Capitula et pacta Contractus continerent intra annum à die quo inter Principes Contractus iste factus fuisset numerando, pax ipsa in omnem euentum pu-blicari et tandem redemptio patrimonij defuncti Joannis Regis de communi contributione Regnicolarum subdito-rum vtriusqꝫ atqꝫ alterius partis fieri debuisset. Quæ-quidem redemptio patrimonii, ab ipsa pacis publicatiõe veluti à radice pendeat: Regia Mtás dominus noster clementissimus, simul et Sacratma Cæsarea Catho-lica Mtás semel iterum et tercio debito tempore, ipm Regem Joannem diu vineret de pace publicanda di-ligenter admonendum curarunt immo ad hoc quoqꝫ accessrant Mtes suæ, et vbiqꝫ se se contentos fo-re exhibuerunt vltimo per Magcum Do. Mathiam Helt oratorem Cæsareum vt primores omnes Prælati scilicet et Barones et officiales defuncti Joannis Regis iuxta formam contractus saltem contrau-rassent fidelitatem Regiæ Rom: Mti. Verum quo-modo idem Rex Joannes donec vixit ad neutrum horum vllis adhortationibus et monitionibus flecti potuit. Non stetit igitur per Rom. Regiam Mtem quomi-nus redemptio bonorum ipsius Joannis tempore de-bito facta fuisset. quin potius etiam post mortem eiusdem Regis præfata Romm Regia Mtas extrema quaqꝫ

lentauit, vt contractus iste in omni parte suum habu=
isset affectum, Reginam diligenter admonerum imprimis
per Mag.cum Nicolaum Comitem de Salm, collegam
vestrum hic nunc presentem, cum tamen eius M.tas
regia per dos Menses, ne responsum quidem ad hanc
suam tam fauorabilem admonitionem ab ipsa Regina
habere potuerit. M.tas sua regia coacta est presen=
tem hanc expeditionem magnis impensis suscipere
et tanquam lacessitus Jus suum vi et armis prosequi.
Verumtamen vero M.tas sua regia vt Christianum decet
Principem, nulla premissorum habita ratione, para=
tam se et nunc exhibet, ad omnia digna, honesta,
iusta, et possibilia, modo itidem a R.giae M.te postule=
tur, presertim quod possibile erit, et cum hoc citra
ampliorem Christiani sanguinis effusionem Regia
M.tas iuxta Contractum admittatur in integram
Regni possessionem. Nam qui inquit, pro re quapiam
petita impossibile quidpiam petit, rem ipsam petitam
per omnia negat.

Ad haec Benedictus Baiony nomine partis suae Com=
missariorum respondit, quod cum Contractus iste eri=
geretur, etiam principes ipsi eorum omnium quae tra=
ctarentur diligentem habuerunt rationem, et
si quid in eis impossibile deprehendissent, non
vtique in transactionem posuissent, et neque Regia
Ro.rum M.tas per dominum Comitem hic presentem
ad hoc si M.ti suae impossibile visum fuisset, R.giae M.ti
se parata obtulisset.
Ad quod tam ipse D.nus Comes quam d.nus Generalis exer=
citus Capitaneus responderunt, quod Regia M.tas cum
conditione iusta et honesta et possibili obtulisset

se ad satisfaciendum Contractui in omni parte.
Deinde Comes Letrovitz Temesien adiecit. Datur et dabitur vobis inquit absque omni dilatione. Regina etiam non vult ei rei neque diem neque horam ulteriorem praescribere. sed quam primum datum fuerit per vos, dabitur inquit et per nos quoque citra ullam moram. Et praeterea dixit, quantum ad pacis publicationem attinet, scitis inquit vicinos hostes nostros, qui non modo eorum quae palam sunt: sed eorum etiam quae humano ingenio quovis modo cogitari possunt, maximam habent rationem. Ergo non absque causa inquit, defuncta Regia M.tas Rex Joannes difficultavit accedere ad pacis publicationem.

Porro Benedictus Baiorii, se et suos collegas assenerante dixit, latuisse admonitionem Caesareae et Catho.cae et Regiae Ro.rum M.tis de pacis publicatione factam cum res ipsa debuerit esse secretissima, alioqui fortasse inquit nos tunc cum ipsa admonitio ad regiam M.tem Joannem Regem referretur, fuimus aliis servicijs defunctae M.tis occupati.

Do.s Capitaneus exercitus obiecit. Si vos inquit admonitio Caesareae Catolicae et regiae Ro.rum M.tis, veluti res secretissima latebat, latere non potuit R.dum fratrem Georgium Episcopum Varadiensem.

Demumque idem Baiorii excusavit Reginam quo minus tempori responderit regiae Ro.rum M.ti ad eius admonitionem, quia Regina expectabat resolutionem Ser.morum parentum suorum.

Quae omnia tam dominus de Vels Capit.s Exercitus, quam R.mus Do.s Strigonien Archiep.s

dos de Peren. Dominus Comes de Salm argumentis validissimis inter disputandum eum strennue confutasset, cumque iam sero esset, et ideo ipsis Budam nos vero ad castra redeundi tempus appeteret, dicti Commissarii semel atque iterum requisiti tandem difficulter responderunt, ad hoc quod cras mane nobiscum tractaturi redibunt. Nitebantur enim quibusdam lenibus verbis a nobis divelli, dicentes ea quae in medium proposita sunt: referemus ad Reginalem M.tem Nos vicissim constanter obiecimus illis, dominum de Vels Capitaneum Exercitus, ne noctis quidem vel unius horae iacturam facere velle: sic tandem serio responderunt se ad tractandum cras hora octava in eodem loco nobiscum conventuros. His habitis ab invicem digressi sumus.

In crastino, die XXIIIa Octobris iidem Commissarii Reginae adiuncto illis Thoma custode Albensi ad locum constitutum circa horam undecimam ante meridiem redeuntes nobiscum rursus convenerunt qui habita excusatione quominus ad horam octavam venire potuissent, de instructione, si quam de iusta honesta et possibili compensatione patrimonii Regis Joannis, donec id commode redimi et liberari possit, per nos nomine Regiae M.tis pridie in genere oblata, a Ser.ma domina Regina haberent

cum quam per nos diligenter fuissent interrogati responderunt se prorsus nihil habere: sed quoniam nobis impossibilis videtur redemptio patrimonii regis defuncti de ipsa iusta honesta ac possibili oblata compensatione si quam haberemus instructionem specialem postposita generalitate mentem ac voluntatem Regiae Mtis explicaremus.

Itaqz abunde declaravimus imprimis eisdem Commissariis Reginae fuisse nonnullas causas et rationes satis efficaces quibus Mtas regia non teneretur Capitula pacis observare, immo etiam illas quoqz impensas quibus Mtas sua in presenti exercitu comparando non mediocriter gravata est ab ipsa Regina

* tanquam filia sua officiosissime declarare huiusmodi impensas et iniurias omnes suae Regiae Mti favorabiliter condonabit.

Deinde obtulimus Reginae ut sit liberum illi sive Budae sive Cassoviae velit residere, ita tamen ut presidia Regiae Romanorum Mtis in eas admittantur, et missi exules Cassoviam restituantur. Pro interventione autem usqz ad tempus liberationis patrimonii obtulimus pensionem annuam florenorum XV millium Hungaricalium. Denique obtulimus Consiliariis, caeterisqz officialibus omnibus unicuiqz pro sua conditione statum honestum.

Ad haec responderunt. Si Regina intromitteret presidia Regiae Romanorum Mtis in eam arcem vel civitatem, in qua ipsa resideret cogeretur agere inquilinam, quod quantum conveniat dignitati suae,

quisque vel mediocriter prudens facile potest dijudicare.
Quantum vero ad pensionem attinet, dicunt respectu
proventuum patrimonii Regis defuncti Joannis praescri=
ptam summam quindecim millium florenorum quasi nihil
esse, ideoque petierunt nos, ut si ampliorem instructi=
onem a Rege Ro.rum haberemus illic explicaremus.
Obtulimus igitur Reginae pro loco residentiae Arcem
et Civitatem Posonium cum pertinentiis quas Comes
Posonium tenet, pariter et Jus conferendi honorem
Comitatus, ac pariter Civitatem Posonium.

Pro intertentione autem gradatim ad ultimum obtulimus
25 millia flor. sive in tricesimis, sive in aliis quibus=
vis Regiis certioribus proventibus. De qua oblatione
inter se a nobis iidem Commissarii separatim con=
sultantes responderunt, quamvis inquit oblatio haec
iam tandem proposita non sit contemnenda, verum
quoniam ipsis pernecessarium fore videretur, ut de ea Re=
ginam specialiter informarent. Institerunt itaque
apud nos ut eos pateremur ad Reginam redire. Cras
mane cum certa instructione quatenus oblatio ipsa
Reginae placeret ad nos redituros. Id quod libenter
admisimus, cum dominus generalis Exercitus Capitaneus
dominus de Vels hinc nulla temporis iactura fieri
posse arbitretur. Nam etiam si maxime velit, dominus
ipse Capitaneus exercitus ante horam octavam castra hinc
movere non poterit. Interea poterimus mentem
Reginae exacte intelligere.

Vigesima quarta Octobris. Castris in ipsa Buda vetri positis. Commissarii Reginae Isabellae viduae Joannes Estari. Benedictus Baioni. Simon litteratus. Thomas Custos Albensis loco Petri Petrowit. ut ipsi dicebant adversa valetudine correpti. et quidam Secretarius Polonus hora iiii post meridiem venerunt prope castra. quos excepimus et convenimus in Ecclesia deserta sancti Jacobi.

Quiquidem Commissarii Reginae excusantes imprimis absentiam dicti Petri Petrowic recensuerunt fere ea omnia quae pridie erant utrinque proposita et tractata. Deinde proposuerunt: Etsi inquiunt oblatio illa. quae pridie nomine Regis Ferdinandi Reginae facta est: non videtur esse contemnenda: verumquoniam nihil tale offerri censetur. quod filius Regis defuncti pro se iure haereditario vendicare posset. restituat itaque M.tas Regia Ro.rum eam partem patrimonii et aquisitorum bonorum Regis defuncti. quam facile reddere potest. cum sint ea (quae inquiunt petimus) in manibus fidelium subditorum M.tis suae Regiae. Castra et civitates. ac oppida cum pertinentiis Trenchinium Scepusium. Bainocz. Illewa. kazza. Litawa Strzeczen. Arwa. Sclabinia. Likawa. Viwar. kesmargk. Zaarth. Torna. Tokai. Regedz. wgod. destructas arces Sallia. Risno. et Rakoss. oppida Gewnoz. Telki. Bania. Ruda. Bania. et Wamoss. item Tirvaniam et Zakolcza ac pariter tricesimas omnes quae sive in patrimoniis. sive in bonis acquisitis ubivis exigi solent.

Deinde dicunt. quia Reginalis M.tas nulla occa

dedit Regi Ro.^norum^ vt exercitum hunc presentem compararet, cum fuerit inquiunt semper propensa vt Contractui ex omni parte satisfieret. Ideo sua R.^lis^ M.^tas^ repetit et ea que ex ditione Regis defuncti per ipsum Exercitum Regium sibi scilicet Regine hisce diebus per potentiam sunt adempta, vt et ea quoque interim habeat donec reliqua pars patrimoniorum Regis defuncti commode liberari queat. Pro qua quidem parte patrimoniorum residua, donec ea liberentur, Re.^lis^ M.^tas^ contenta est inquiunt de arce et ciuitate Posoniensi, simul cum tricesima et iure conferendi honorem Comitatus Posoniensis, praeterea vt sit, aiunt, iusta compensatio residue partis patrimoniorum redimendorum. Petit arces Munkaahc et Hwst cum toto Marmarusio, saliumque Marmarusiorum fodinis, simul et antiqua libertate vendendi huiusmodi sales.

Haec cum videremus indigna ac impossibilia et utique derisoria esse, cum praeter arces Lipa Wiesnek Muran et Zwoba ex patrimonio Regis Joannis hoc modo nihil non restitutum restaret: obiicimus illis arcem et ciuitatem Posoniensem cum tricesima et iure conferendi Comitatus Posoniensis, Munkaach item et Hwst cum Marmarusio: pro hac ipsa particula residua patrimoniorum compensationem esse valde iniustam, cum ea quae pro parte petererentur, per quam abunde praeualerent totum et praeterea arces Salinas, Lipa, Chicho, Kikelew et Dewa, in quibus videlicet per Regem Joannem dos Reginae constituta esset, apud eam manerent. Si quid igitur iusti honesti et possibilis aliud quippiam praeterea in medium proferre haberent commissarios ipsos diligenter et amice ad proponendum admonuimus. Ipsi vero cum amplius nihil se haberent

respondissent: sub digressu nostro Benedictus Baionii in familiari colloquio quod ad partem habuit cum Rewai eidem ad aures dixit: Quare inquit ex patrimonio prorsus nihil reddendum obtulistis. Et cum idem Rewai domino Capitaneo Exercitus insinuasset: Dominus Capitaneus primum ipsi Benedicto Baionii ad partem, tandem collegis eius omnibus quoque publice dixit: Arcem et Comitatum Trenczinien cum tricesima si non in tribus Hebdomadis liberaret in captiuitatem reginae sese in omnem euentum dederet.

His habitis post multa colloquia familiaria, non sine lacrimis Secretarii Poloni detestationibus et Conuiciis quibus praesertim monachus et Valentinus autores discordiarum per quosdam ex ipsis Commissariis palam affecti sunt, ab inuicem diuulsi sumus. Idem Commissarii non sine turbatione animi, dantes nobis spem aliquam cras rursum conueniendi, et etiam obnixius rogantes ut interea nos hinc ne discederemus.

Manebimus igitur per totum cras: et etiam amplius si spem aliquam concordiae fore cognouerimus. Nihilominus Capitaneus exercitus nihil eorum quae ad rem pertinent intermittet.

Regi Poloniae Sigismundo primo Consiliarii Hungariae.

Petrus Petrowit. Comes Temesien.
Valentinus Terek de Ezmingk Comes
Georgius Monachus Episcopus Varadien.
Caeteriq3 Consiliarii etc.

Ser.me Princeps et domine Domine nobis graciosissime fidelis seruitutis nostrae in gracia M.tis oblationem. Meminimus postqua' felicis memoriae M.tas Domini nostri diuina sic exigente ordinatione e viuis sublata sit. Nos ex Transiluania ad M.tem v. scripsisse et animi nostri deliberata' sententia' plane detexisse, vt Deo optimo fauente. Nepotem M.tis vestrae in Regem nostrum constituere admitteremur atq3 dominos et fratres nostros ad excelsam porta' potentissimae Caesareae M.tis ideo delegissemus, quo M.tas Caesarea ipsius defunctae M.tis Domini nostri filiu' Regem declararet, eam ob rem M.tem vestra' requisiueramus vt et M.tas vestra pro nostro desiderio apud Caesarea' M.tem misso oratore suas partes interponere dignaretur. Ad haec M.tas vra per litteras grata' nobis fecerat relationem, per alteras deinde litteras ex Challia M.ti vestrae significaueramus. Regem Ro. aduersus Ser. filia' Nepotemq3 M.tis vestrae et Buda' pariterq3 contra nos vires suas demissurum, pq3 nos et bona nostra aleae fortunae exponere, immo etia' Capitis discrimen subire non recusaremus, dummodo M.tas vestra nos consilio, et auxilio iuuaret. hoc nostrum institutu' M. vestra probauerat ac insuper cohortata

est, vt in eo constanter perseueraremus. interea vi:
res Regis Ro. descenderunt, ac in primis in Vissegrad
impegerunt, castrumqz inferius quod nos aquarum dicim9
expugnauerunt, inde Vaciam, sic demum in obsidionem
Budæ aduenerunt. Dum autem hæc aguntur Rex Ro:
legauerat ad M.tem Regínalem R.mum Archiepisco:
pum Strigoniensem ac spectabilem et Magnum Ill. Comitem
a Salem, Leonardum liberum Baronem in Fels Capitan.
Peterumqz Lorenni, per quos M.tem Reginalem roga:
bat, et admonebat vt preter dilationem e Buda excederet
locumqz residentiæ suæ Posonium, siue Tirnaviam mallet
eligeret amplius ex statis Regni prouentib9, eius
M.ti certa et annuales pensio XX v millium flor. offe:
rebatur. Nos vero perpendentes quæ desolationes
quantæqz ruinæ Regno huic, nisi mature proui:
sum fuisset, imminerent M.ti Reginali Do. nostræ cle:
mentiss.mæ supplicaueramus vt considerata Regni
futura calamitate contractibus, per piæ memoriæ
coniugem suum M.tem ve3t domini nostri cum Impera:
tore Carolo Regeqz ro. stabilitis stare et acquiescere di:
gnetur. M.tas Reginalis precibus nostris haud grauā:
tim annuit. Illi vero nihil minus qz eam conditionem
admissuri, responderunt sibi impossibile videri, adeo
repente ea omnia quæ in contractibus specificata ex:
tant, prestari, et proinde (acrius enim vrgentes in:
stabant) nisi oblata conditio acceptaretur, aliis
modis se progressuros. Rebus sic transactis ca:
pim9 animo maiorum nostrorum acta reuoluere
occurrebantqz aliquot Regni huius Reginæ, summo
cum dedecore et ignominiose e Regno eiectæ, adeo
vt earum nonnullæ miseram postea transegerint vitã.
Ne itaqz (quod et in posterum Deus benignus procul
auertere

avertere dignetur.) Ser.ma filia Neposq[ue] M. vestra in similem miseriam et ignominiam devenirent, malumus extrema quæq[ue] experiri q[ua]m conditionem propositam admittere, eamq[ue] ob rem Buda obsessa erat. Adversarii vero videntes Dei clemen.mi misericordiam nobiscum esse non oppugnata Buda ad obsidendum superius Castrum Visseglegrad secesserunt, quod nunc per proditionem obsessorum traditum receperunt. Ceterum dum nos talia meditamur: dumq[ue] a M.te vestra consilii et auxilii opem speramus, interim litteræ M.tis vestræ ad M.tem Reginalem, Do. nostram clemen.mam supervenere. Consuluit M.tas vestra, quandoquidem M.tas Reginalis a nobis rem celavit ut ipsa Reginalis M.tas Buda a Germanis relicta se Temesvinum conferat. Quodquidem M.tis vestræ consilium, ut verum fateamur nobis sumopere displicuit, perinde enim est istud ac si M.tas v[est]ra nos dedita opera in manus hostiles daret. quum nos sicut præmisimus apud Cæsaream Turcarum M.tem missis Dominis et fratribus nostris propterea laboraverimus ut nepos M. vestræ in Regni huius regimen eligeretur. Id quod Deo favente obtinuimus, quemadmodum M.tas vestra ex litteris dominorum Oratorum ad nos datis, quas in specie præsentibus adiunximus apertius cognoscet. Cæsarea M.tas cum aperte nunc tum antea per crebras litteras suas nobis commisit firmissime ne alienigenam in Regem nostrum eligamus, sed nostratem hoc est Hungarum: Illius vero mandatis, cum post Deum immortalem in eius manu simus, universaq[ue] huius Regni finitima munitiones, et fluminum vada in illius sint potestate reluctari nequaquam possumus. Cum primum enim illi libuerit, liber et illæsus ingressus in Regnum nostrum ei patet, atq[ue] idcirco ratenus hic nobis permanere licet,

quatenus ille volet. Si igitur ea M.tis vestrae constans
erit sententia ut M.tas Reginalis simul cum eius filio
hinc transmigret M.tas vestra etiam atque etiam viderit
quam id consulte fiat. Si enim M.tas Reginalis abierit
et Buda tradatur Germanis, Thurca illico concordiam
cum adversariis initam praetendet, omneque Regnum statim
depopulabitur, et desolatum reddet, ac nos in nihilum redi-
get, quod ne eveniat pro debito officii nostri cogemur
nos haec si ita fiunt ad faelicem Cesareae M.tis portam
quamprimum denunciare unde ne forte quod Deus
avertat etiam M.ti vestrae Regno aliquod detrimentum
immineret. Tametsi tantum abest, ut nos vel M.ti v.
vel ulli Christianorum aliquam incommodandi ansam
et occasionem praebere velimus ut potius omnium bo-
norum iactura et vitae nostrae dispendio Christianae
Reip.cae perpetuo studio obsequi enitamur. Quoniam
vero sic fatis volentibus rerum nostrarum status co-
devenit, ut sine externis praesidiis, sive illa Christiana
sive Turcica sint constare nequeat oportet rebus
nostris prospicere. Cum autem ut sumus revera ita
pro veris Christianis haberi exoptemus, vehementius
cuperemus Christianis M.tis vestrae auxiliis quam
Turcicis istis fulciri. Quapropter M.ti v. uti Dno
nostro gratiosissimo obnixe supplicamus, dignetur tam
salubre consilium mihi M.tique Reginali Do. nostrae cle-
men.mae eiusmodi consultationem porrigere, quae sit in
M.tis v. S. filiae, Nepotisque illius ac Regni nostri huius
salutem et conservationem. Siquidem nos in praesentia-
rum tam consilium quam auxilium a sola M.te v. speramus
et expectamus. Precamur Deum opt. Max. ut M.tem
vestram fel. mam atque incolumem conservare dignetur.
Datum Budae XXVI Die Mensis Novembris. Anno
dni M°D°xl°

M.tis
addictissimi
fideles

Petrus Petrowith Comes
Themesiensis partiumque in-
feriorum Capit. etc.

Andreas Czarnkowski Scolasticus Cracomien orator ad Regem Ferdinandum missus. Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Sacra et Ser.ma Regia M.tas et
Domine Domine clementiss.me

Post humilem servitutis meæ comendationē. Sedecim integros dies Ser.mus Rex Rom: me apud se detinuit, cum magno dolore meo. Sciebam enim ex eorum relatione qui ex Buda veniebant Ser.mam Do. Reginam Hungariæ mandata et litteras Ser.mæ M.tis vestræ magno cum desiderio expectare. ut in his dissensionibus et strepitu armorum, quid ei M.tas vestra Ser.ma faciendum censeat tandem aliquando intelligat.

Pergratum fuit Ser.mo Do. Rom. Regi, cum ex Comite de Salm intellexisset Ser.mam Do. Isabellam Ungariæ Reginam minime ab eo dissentire. ut secundum tractum præscriptum. tranquilla omnia utrimqz redderentur. Sed cum superioribus diebus intellexisset. fratrem Georgium Monachum Episcopum Varadien. Thesaurarium Petrum Petrouit: Turcok Balentt. cives et plebem universam Budensem Ser.ma Reginæ ad parendum M.ti suæ iuramentum præstitisse. M.ti v. Ser.mæ supplicari fecit ut Ser.ma filiam suam quantotius litteris suis admoneat, ut suam, et Sacræ M.tis vestræ voluntatem his qui M.tis suæ et filii partes sequuntur. aperte et palam aperiat. quandoquidem sua Ro.rum Regia M.tas ea omnia quæ M.tas sua Ser.ma aliquandiu adhuc abdita et occulta esse voluit omnibus Regni Ungariæ Proceribus palam fecerit. id se enim M.tas eā ob cām

fecisse dicit, q̄ omnium Procerum Regni obedientiam stu:
dia adiuncta habeat, preter eorum qui sunt Budae cum
Ser.ma Domina Regina Hungariae. Sed et Ser.ma Do:
minae Reginae Vngariae referri per me fecit vt cum res
celeritatem requirit, non expectatis a M.te vestra lris
voluntatem Sacrae M.tis vestrae, et suum animum suis
aperte aperiat. quod si fecerit, atque omni ratione pro:
spexerit, vt foedera et tractatus obseruentur, sancte
et verbo regio pollicetur eo amore et indulgentia Ser:
mam Reginam complexurum non secus ac propriam fili:
am, vtque omnia amice et beneuolenter non vi et armis
transigerentur, multis reclamantibus. Domino Leo:
nardo de Felss supremo exercitus Capitaneo, dicit
se seuere commisisse, vt ne quidquam armis expe:
riatur, quousque prius ego Budam veniam et mandata
Sacrae M.tis vestrae M.ti Reginali referam. Interim
autem omnia praeparari iussit, vt si secundum priores
habitos tractatus concordari non possent, fortunam ar:
mis experiretur. quam si M.ti suae propitia fuerit, ad
tractatus et promissa amplius minime obligatum iri,
praesertim cum M.tas sua dicat se omnes tentasse rationes
vt ne stet per M.tem suam ut Contractus olim cum
Ser.mo Rege Joanne initus integre et inuiolate con:
seruaretur. Rationes autem quas Ser.mae Reginae
Vngariae oratores siue conditiones proponebant,
dicit M.tas sua, q̄ magis sincerum eius animum elu:
dere, quam ad pacta et tractatus descendere vide:
bantur. Illudque ipsum Commissarius Reginae con:
cessisset potius in instituto suo perseueraturos quam
vt quieti et communi saluti prospectum vellet.

De reliquis omnibus rebus M.tas v. Ser.ma abunde
intelliget ex iis copiis quas M.ti v. Ser.mae mitto

et ex responso ad postulata Ser.ma M.tis vestre
michi a Ser.mo Do. Ro.rum Rege dato: simulqz et
Ser.mi Do. Ferdinandi Regis erga se et erga Ser.ma
Regina Vngarie animum perspiciet: et quid vlterius
faciendum aut quomodo Ser.me Regine procedendum
erit M.tas vestra Ser.ma pro summa sua pruden:
tia, et in Ser.ma filia sua propensione pruden:
tis.me iudicabit, quidquid preterea in Vngaria actum:
quidqz a Ser.ma Regina, et ab hiis qui ei assunt
fuerit constitutum M.ti vestre Ser.me celeriter per:
scribere non negligam.

Quod attinet ad Ducatum Mediolani Ser.mus Rex
Ferdinandus omnem suam auto.tem tanquam pro re
propria apud M.tem Ces. se interpositurum recepit,
idqz tanto magis q M.tis sue coniux Regina et
Ser.ma Elisabeta filia, preces etiam suas diligent.me
interposuerunt, vt voluntati M.tis vestre Ser.ma
satisfieret, et M.tum suarum intercessionem non vulgarem
fuisse Sacra M.tas vestra intelliget.

Nova alia nulla habentur hic, nisi q Cesar Turcorum
a Rege Persarum non paruam cladem sit passus, et Ser.mus
Rex Ferdinandus militem scribit ea de causa prout
M.tas sua ait: vt Transiluaniam ab incursione Turco:
rum tutam reddat. Sed vt alii dicunt: q exercitus
qui est ad Buda non est sufficiens ad eam oppugnandam
Proinde augere vult exercitum. Ita enim M.ti sue est omni:
no deliberatum, si ad arma ventum fuerit, experiri ex:
tremum periculum vt Buda potiatur. Comendo me etc.
Datum in noua Ciuitate Austrie, Nona Nouembris.
Anno Dni M.o D.o xl.o

Andreas Czarnkowski Orator Sigismundo primo Regi Polonie

Cum Ser.ma Domina Isabella Regina Vngariae non omnia litteris suis M.ti vestrae Sacrae quae hic acta sunt, quaeque aguntur significaverit: me M.ti vestrae Sacrae diligenter perscribere iussit, quae autem causa fuerit, quod citra meam opinionem diutius quam sperabam Ser.mus do.s Ferdinandus Ro.rum Rex me retinuerit prioribus meis M.ti vestrae significavi. Tandem missa ad M.tem v. Ser.ma omni expeditione celerrime ad M.tem Regnialem Vngariae perveni, omnemque mentem M.tis vestrae illius M.ti Reginali fideliter exposui. Quanto in M.ti sua Re.li est alacri animo mandato M.tis vestrae est paritura. Sed quia M.tas sua R.lis Ser.m Do. Ro.rum Regem ea apud Regni Vng. Proceres divulgasse intellexit quae M.tas vestra aliquandiu adhuc occulta esse voluit, facere et ipsa non potuit, quin rem divulgatam apud suos aliquantisper confirmaret. Non dixit M.tem vestram Ser.mam ita velle: sed hoc consilium esse si Ser.mus Rex Ro: pacta et contractus firmaverit ab eis ne discederetur. huic relationi Monachus Episcopus Varadiensis, Petrus Petrowit, Turck walent unanimi consensu acriter restiterunt, si potius fortunas suas omnes, vitam denique ipsam amittere

velle quam in Regis Ferdinandi potestatem et fidem devenire. Unde quivis facile iudicare potuisset quo animo et qua fronte tulissent, si quemadmodum Ser.mus Rex Ferdinandus volebat, voluntatem Sacrae M.tis vestrae apud eos apertius aperuisset, praesertim cum vehementer sint commoti, quod Ser.mus Rex Ferdinandus prius armis cum eis quam benevolentia experiretur, maxime cum ex multis Ser.mae Reginae Ungariae litteris intellexisset, se ad omnia M.tis vestrae mandata semper fore paratissimam, nulla eius rei habita ratione priusquam ad pacta et contractus descenderetur, Ser.mus Romanorum Rex Castris aliquot expugnatis exercitum ad Budam collocavit, eo ut Domini dicunt animo ut si Buda armis fuisset potitus, ad tractatum et foederis observationem minus aut nihil obligaretur.

Magnum autem ad priorem luctum hi idem ipsi Ro.rum Regis parum amicabiles conatus Reginae dolorem attulerunt. tamen pro ea qua est praedita prudentia et erga Ser.mum Ro.rum Regem animi sui propensione antequam mentem M.tis vestrae Ser.mae fuisset explorata in hoc strepitu armorum sedulo agebat, ut concitatos erga Ro. Regem Procerum animos quacunque posset ratione leniret, ac ad foederum et pactorum observationem induceret. Postquam cum Commissariis Regis Romanorum isti Domini ad tractatus descendissent, atque ut illi dicunt, propositas ex parte Regis Ro. conditiones neque tutas, neque sufficientes esse perspexissent, non est visum ex dignitate et utilitate Ser.mae Reginae Ungariae et filii sui, oblatis eorum conditionibus esse acquiescendum, nisi prius omnibus illis Rex Ro.rum satisfecisset, quae ab eis nomine Ser.mae Reginae

in mediu proferebantur. Ad qua praestanda et omnia Castra reddenda si Ser.mus Rex Rom. ex illo tempore Ser.ma Reginae se obligauisset. nihilominus nullo modo domini consensissent. qui non solu Castra et ciuitates et omne Ser.mi olim Regis Joannis patrimoniu ullis impedimentis R.li M.ti in manus et potestatem tradere volunt. sed quod maius est vires exercitus quo ab Caesare Turcaru defendi possint prius videre exoptant. qua in Regis Ro.m potestatem deueniant.

Vt igitur alia multa obmittam. hoc unu S. M.ti v. erit documento nu sit positu in potestate Ser.mae Reginae. adeo obstinatos istoru treu animos. Regi Ferdinando reddere obedientes et beneuolos uti M.tas sua velle uidebatur cu nihil voluntate Reginae, omnia nutu coru gerato atq3 gubernentur. quidquid autem in M.tis suae R.lis potestate positu fuerit. ne latu ut aiunt vnguem a mandatis vestrae M.tis est unqua discessura. idq3 ita esse vel quiuis inde poterit colligere. cu lectis litteris. quas tabellarius M.tis vestrae xx huius Mensis Nouembris attulit illo ipso temporis momento. si M.ti suae Ser.ma per hos dominos licuisset, hinc migrasset. et si cu primis Ser.mu filiu suu. deinde thesauros abducere secu potuisset vehementer cu sua M.tas Regnalis timebat et nunc non minus est sollicita casu quo sua M.tem Buda exire patientur. ne Ser.mu eius filiu penes se retineant. sua autem M.tas R.lis quoduis potius periculu subire mallet. qua a Ser.mi filii sui complexu et conspectu diuelli. In his angustiis R.lis M.tas constituta. cu inscius et inuitis dominis. saluis rebus discedere hinc non posset. et mandato Sacrae M.tis vestrae declinandu nullo modo putauerit. unu quoq3

dominorum seorsum accersendos ad se curauit. Imprimis autem R.lis M.tas scripta et mandata vestre M.tis Domino Petro Petrouit Episcopo Varadiensi alijsque qui sunt a consilijs omnem M.tis vestre intentionem et voluntatem aperte exposuit. In instanti hoc saltem ad relationem M.tis sue dederunt responsum se oratores a Cesare Turcorum in singulos dies expectare pro compertoque habere Cesarem Turcorum Ser.mum M.tis sue filium bonis conditionibus in Regno Vngarie P regnare, benigno et beneuolo animo permissurum. Proinde illis non videri vt rebus cum Cesare Turcarum bene transactis M.tas regialis hinc discedere in animum inducat. De hac tota re domi diligentius inter se consulturos id quod ex dignitate et vtilitate M.tis eius R.lis foret, fideli eorum quemque consilium daturos.

Quatuor dies inter se consultantes cum M.tas Regialis nihil ab eis responsi tulisset et omnis mora in remittendo ad M.tem vestram nuncio fuerit periculosa, denuo ab eis postulauit vt quisque pro sua virtute ac fide, sine dilatione M.ti sue Regiali consilio presto adesset, spem non dubiam habere, vnumquemque pro sua authoritate hoc consilium daturos quo sua ad M.tis vestre Ser.me voluntatem aggregare queat. Postero die omnibus astantibus, per dominum Benedictum Baiom sic est responsum et postulatum.

Prima petitio hec fuit vt sua M.tas R.lis afflicti Regni Vngarie eque ac sui ipsius habeat rationem, quod Regnum si sua R.lis M.tas hinc discederet, et in gubernationem ac potestatem Ser.mi Regis Ferdinandi deveniret, sine omni controuersia funditus interiret et euerteretur, cum neque eas copias, neque eam habeat

Rex ipse Ferdinandus facultatem ut Regnum hoc calamitosum a vi et potentia Caesaris Turcorum tueatur et defendat.

Secundo ut sua R.lis M.tas habeat non solum eius rei rationem quod Ser.mo Regi marito suo saepius in maximis periculis constituto cum summis impensis fideliter ad rogum usque servierint, verumetiam extincto eo illo immutabilem obedientiam ac fidem tam M.ti Reginali quam eius filio constanti animo prebuerunt qua non solum apud Ser.mum Ro:num Regem, sed et apud Caesarem Carolum in gravem reprehensionem et perpetuam indignationem deuenerunt, hisce de causis rogabant ut R.lis M.tas suo discessu eos et eorum fortunas perditum eat.

Tertio ut Reginalis M.tas diligentiss.me consideret et perpendat quod periculum illis ab ordine equestri et universis regnicolis immineat, si M.tem suam R.lem, in qua salus totius Regni Vngariae continetur, sua voluntate et assensu abire hinc patientur.

Praeterea cum Caesar Turcorum Ser.mum eius filium et M.tem suam, praeterea neminem in Regno Vngariae velit regnare, periculum esse si M.tas sua hinc discederet, ne Caesar Turcorum id eorum instinctu factum esse existimet quod aliud nihil esset, quam Turcum ad extremum Vngariae exitium irritare.

Quarto ut M.tas eius R.lis maiorem honoris, dignitatis, statusque sui habeat rationem quam aliae Reginae Vngariae habuerunt, quae ex hoc Regno et sede hac regia indigne ac ignominiose fuerunt expulsae. Simulque consideret in quem locum proficiscat et in cuius potestate sit futura. Certius esse quam

vt dubitari possit. Regem Ro.rum contra filium sua M.tis perpetuis temporibus hostiliter magis quam amice et beneuole progressurum, qui q ex sanguine et Rege Vngariae sit natus. omnes Vngaros propensiores et proclini: ores illi quam Ferdinando Regi futuros. ad eumqz tanquam ad sacram anchoram singulare quoddam refugium habituros

Quinto vt M.tas sua Reginalis consideret. si ex Regno Poloniae esse expedita et esse Regni Vngariae Reginam. et non in Polonia. sed in Vngaria reformationem dotis habere. Ser.mum vero filium membrum principale. et caput huius Regni existere. neqz eius consequendi quemquam illo potiorem esse. cum non antiquitus, non armis non potentia. Reges ad gubernacula Regni Vngarici ascendant, sed consensu omnium eligantur.

Sexto eos expectare a Caesare Turcorum aduentum domi: norum Oratorum suorum. qui hoc egerunt et perfecerunt vt Caesar Turcorum filium M.tis suae in Regno Vngariae regnare patiatur. eumqz ab omnibus inimicis poten: tia sua defendat. Proinde si sua M.tas R.lis nullam in se et filium, Caesaris Turcorum beneuolentiae rationem h'eat et non expectatis oratoribus hinc discederet. M.tas sua occasionem daret vt fortunae eorum et vniuersum Regnum Vngariae funditus euerteretur.

Praeterea si Caesar Turcorum intelligeret. quod celari non posset, M.tem Reginalem volente ac iubente vestra paterna M.te Regno Vngariae voluntarie regno Re: gi Ferdinando cedere, periculum esse. ne et Regnum Po: loniae ingens aliquod periculum et discrimen deue: niat.

His de causis si M.tas vestra Ser.ma se et Ser.mum

filium suum eosqz vniuersos, totum deniqz Regnum saluum conseruare cupit, quiduis potius in animum inducat quam vt hinc discedat. Cumprimum vero domini Ores redierint, Conuentum nomine R.lis M.tis illos indicturos quo plures ad obedientiam M.tis suæ R.lis eumde voluntate Cæsaris Turcorum fuerint edocti venturos pollicentur, quam vt a quoquam sperari possit.

Ad hæc eum R.lis M.tas secus respondere non posset nisi vt se eorum voluntati accomodaret, et aliqua ex parte consilia et propositas rationes approbaret; dixit M.tas eius R.lis gratam sibi et acceptam esse hanc eorum in se et filium suum fidelis officii propensionem, neqz secus existimare, nisi eorum consilia et omnes actiones ex sincero animo erga M.tem suam et Ser.mum eius filium emanare: neqz propterea hinc migrare velle, quod vel minus fidat eorum fidei vel parum tuta consilia eorum M.ti suæ Ser.moqz filio et vniuerso Regno Vngariæ esse ducat: vel non pro dignitate Regia ab eis in omnibus tractetur et obseruetur: quin potius vt obedientem filiam parere Ser.mæ M.tis vestræ mandatis et voluntati obtemperet, et quamuis parum conueniens aut decorum M.ti suæ R.li videatur quod exnunc morem non gerat volun.ti M.tis vestræ paternæ, tamen ne quid temere vel præcipitanter eis M.tas eius R.lis egisse videretur: se æquo animo laturam, vt prius quam hinc discedat consilia et rationes eorum propositæ ad Ser.mam vestram M.tem deferrentur, hac tamen conditione vt si M.ti v. minus probarentur, et hoc ipsum mandatum M.tis vestræ litteris fuerit iterum confirmatum. M.ti R.li
non

non conuenire, neqz decorum esse, vt a voluntate M.tis vestra vel minima dilatio fieret. Sed aliter M.tas sua R.lis respondisset, si consilia eorum exploirata non habuisset inter quos decretum fuit et constitutum, si R.lis M.tas discedere omnino hinc voluisset, vt sub specie honestatis vi retineretur

His sic stantibus Ser.ma Regina Vngariae filia M.tis vrae obedientis.ma neqz de se, neqz de Ser.mo filio suo, neqz de thesauris vllam habet disponendi facultatem, omnia arbitrio, ac voluntate trium istorum geruntur. hii magna militum caterua stipati incedunt et sub praetextu voluntatis Reginae, quaecunqz illis libent faciunt, eorum obstinatae cupiditati, etiam si ipsa Regina contraire vellet propter vim militum, et animos eorum a Rege Ferdinando alienissimos M.tas Regnialis nihil est vnquam profectura. Sed cum prior voluntas M.tis vestrae prioribus litteris confirmata esset, maiorem quam vnquam alias M.tas eius R.lis operam nauauit, et adhuc extrema queqz apud hos Regni Proceres tentabit, vt cum Ser.mo filio suo, quocunqz M.tas vestra Ser.ma iusserit, hinc discedere posset.

Potuisset M.tas R.lis meliorem adhuc rationum suarum facere conditionem si esset fides in hiis, in quibus summa deberet. Rex enim Ro.rum, cum habemus M.tis discedere, scripserat ad Mag.cum Leonardum de welss exercitus sui Capitaneum, eiqz dabat omnem facul.tem vt si isti hic domini vellent denuo de tractatibus tractare, omnis transigendi ratio probaretur. Quidquid vero do.s de welss vna cum istis hic dominis approbasset, Ser.mum Do. Ro. Regem, id ratum et firmum habiturum

eo si ventum fuisset procul dubio Rex Roma.rum plura ac ma:
iora R.li M.ti concessisset, sed quia isti hic domini ad nouos
tractatus nolebant consentire, eo se excusabant quod Ca:
strum Wissehrad oppugnabatur, et quatuor millia Ger:
manorum armata manu Pestum ingrederentur.

Venit ex Themesswar nunctius, qui oratores a Tur:
co redeuntes esse iam in confiniis Vngariae nunctiauit.
Redeunt cum hoc legationis responso: Caesarem Turcorum nullum
alium preter Joannis Regis filium in Vngaria regnare
permissurum. Praemisit Turcus litteras ac mandata
ad Valachum et Moldanum, vt omnes parati sint, si Tran:
siluania Ser.mo filio Joannis non foret obediens, vt
ad parendum armis cogantur. Turci etiam ad repellen:
dos Germanos veniunt, si dominis credere fas est
qui hoc pro certo affirmant. Ser.ma Regina quantum
in se est, apud omnes protestatur, nolle assentire vt
Turci in auxilium vocentur. Sed domini dicunt mo:
do intelligant Visshegrad oppugnari, et milites Ger:
manos Pestum occupasse illis etiam tacentibus aduola:
turos. De Transiluania isti hic domini bonam sibi
spem pollicebantur, eos M.ti R.li fidelem obedientiam
praestaturos fuisse, sed litterae quae R.li M.ti xvi.a
Nouembris huius allatae fuerunt, aliam nobis spem de:
derunt, quemadmodum ex copia M.tas vestra poterit
intelligere.

Ex aliis litteris quid ipsem Vngarici Oratores apud
Cae: Tur: egerint M.tas vestra Ser.ma intelliget.
Magno gaudio hii domini efferuntur, ex tam optata
et expectata Legatione, hacque spe confisi, volebant
vt R.lis M.tas apud Summum Pontificem, Caesa:

Carolum Regem Gallorum et omnes Germaniæ principes litteris suis conquereretur quod Ser.mus Rex Ferdinandus non solum quod pacta et contractus servare nollet sed etiam citra omnem æquitatem R.lis M.tis Ser.mi filii et suorum ditiones ferro ac igne persequatur. Huic rei R.lis M.tas noluit consentire nisi prius hoc ipsum Regia vestra M.tas approbaret et R.li M.ti filiæ sic faciendum censeret

Quid agatur cum Thesauris R.lis M.tas neque hoc silentio preterire volui. Thesaurus Ser.mi Joannis Regis defuncti in Themesvar ex mandato monachi Episcopi Varadien. fuit depositus. molesto et iniquo R.lis M.tas tulit animo quod non in M.tis suæ R.lis sed in alterius potestate reponeretur. hoc nomine cum R.lis M.tas graviter expostulasset non potuerunt M.ti suæ negare honeste qui hunc adducendum curarent. Sed qui thesaurum ducebant cum apud fluvium Tissa de insidiis edocerentur veriti ne quid eis adversi contingat in castrum M.tis suæ homini incerto in fidem et custodiam tradiderunt

Triginta quatuor millia ducatorum quos dotis nomine Ser.mi olim Joanni Regi M.tas vestra miserat eos Episcopus Varadien. tunc cum corpus Regis deduceret M.ti Reginali attulit. Ex iisdem Episcopus Varadien. tria millia pro militum stipendio a M.te Reginali extorsit. Duo millia etiam pro solutione aulicis et pro aliis rebus domesticis a M.te Reginali sunt exposita. appropinquat altera militibus solutio. Procul dubio tantundem iterum M.te Reginali postulabit

Alia res omnes quae una cum triginta millibus missae fuerant, sunt in Cassice in eorum potestate qui se Episcopo Varadiensi fide ac iuramento obstrinxerunt. Ita M.tis R.lis omnia bona hinc inde dispersa sunt, ut perdiffi= cile in locum unum conferri possint.

Ultra haec omnia hoc etiam accessit incomodum quod decretam contributionem nomine et potestate R.lis M.tis ex qua ad minus 25 millia ducatorum Regiali M.ti veniebant, Thurch valent pro suo ipsius com= modo exegit. hac ratione ubi ubi possunt, cum de= trimento et incommodo Reginae comodis suis ser= uiunt.

Habet M.tas vestra Sacra quae hic acta sunt, quaeque in presens aguntur. Ea R.lis M.tis tanto dili= gentius per me Sacrae M.ti vestrae perscribi iussit, ut facilius et citius M.ti Regiali a M.te vestra consilio subveniatur, quo mandatis eiusdem vestrae M.tis parere, et cum gracia ac fauore Regis Ro.rum saluisque rebus omnibus, hinc discedere posset. Sed celeri opus est consilio. Si enim Turci venerint, in ma= iori futurum est Regnum discrimine quam unquam antea fuerit. Vellet M.tas sua, suum ad Regem Ferdinandum mittere Oratorem, et iam ante dies aliquot misisset, ni= si a Benedicto Baiom praemonita fuisset, ne mittat, cum non modo in suspitionem M.tem suam Ser.mam apud hos dominos deuentura, sed quicunque M.tis eius orator ad Regem Ro.rum proficiscatur, ma= gnum illi ab his dominis vitae periculum impenderet.

Cum igitur secure illic nemo potest proficisci M.tas Regialis curabit, ut litterae M.tis vestrae Sacrae

ad Regem Ro.norum perferrantur. A me nihil praeter
missum fuisset. ut si ab M.te Regniali hinc expeditus
fuissem. ad M.tem vestram quamprimum aduolarem.
Sed quia iis turbulentis temporibus pernecessarium fore
M.ti Regniali videbatur. ut apud se aliquem saltem
habeat, autor. tem Sacrae M.tis vestrae sustinentem.
quem isti hic domini aliquantisper reuererentur. et
cum quo M.tas sua R.lis consilia tuto comunicare
possit. Cuius rei gracia ita me cito M.tas sua R.lis
a se non vult dimittere. Ego etsi sciam ingenii mei im:
becillitatem et pro rei magnitudine et difficul.te pre:
sentibus rebus industria mea et presentia nihil posse
M.ti Regniali prospicere. tamen quia M.tas eius
R.lis faciendum ita iubet. sibique pollicetur M.tem v.
Ser.mam illius voluntati non refragaturam. curabitur
a me ut neque fides. neque diligentia in omnibus actioni:
bus in me requiri possit. Comendo me et seruitia etc.
Datum Budae XXiii Nouembris M° D° Xl°

Soltan Soleiman Coesar Thurcorum
Incolis Transiluanie

Honoratus Soltan Soliman. Significo vobis omnib9 dominis pauperibus inhabitatorib9 Regni Transil: vanem. Scitis q Joannes Rex: fuit mancipium meum tu Regnum Vngarie quam Regnum Transiluanem lucra: tus sum framea mea quod ad manus mancipii mei Re: gis Joannis quod sit excellentie mee fidelis. et vt omnes teneat in lege eorum veteri. Intellexi tamen q meum infideliter ageret. et q vos domini et pau: peres omnes estis mancipia. Nunc autem Joannes Rex mortuus est. qui fuit mancipium meum. propter: ea excellentia mea illud Regnum dat in manus Mailatt Voiuode. propterea q ipsum iustum et idoneum ad id intellexi propterea credidi eum. dediq3 eum omni potestate et prouentu eta vt gubernet Regnum sicut Joannes Rex gubernauit. et q teneat vos in lege veteri quam habuistis antea. Si qui fuerint qui eum non audierint. ille non obtemperabit man: datis excellentie mee. ideo ego commisi Vai: wodis Transalpinensi. et Moldauiem. et Sandzia: chis nostris omnib9 in transitu Danubii existem. q insurgant contra illos qui non audierint Mailatum Waiwodam. et faciant ea quecunq3 Mailatt vaiwo: da dixerit. et illi expectent a nobis ignem et gla: dium. ac depredationem. Sed quicunq3 audient Mai:

latum Voiewodam et obtemperabunt mandatis meis.
immo illis ad Deum unum ad animam Aui et Abani
et ad animam patris excellentiae meae. et post mortem
meam sint blasphemati successores nostri, qui hanc
meam promissionem violauerint et quando mittetis
nunctios vestros ad felicem portam meam excel-
lentia mea dabit vobis litteras meas promissionales
et ea quae Sinan Czausz dixerit credatis. et De-
us vos letificet. Datum

H

† et pauperes non lege veteri tenuit. propterea si
etiam Rex Joannes mortuus non fuisset. etiam breui
tempore eum requisiuissem ac perdidissem. tanquam
infidele mancipium meum et vos domini et pauperes
omnes estis etc.

Ferdinandus Romanorum Vngarie Bohemie Rex Sigismundo Regi Polonie

Paulo ante aduentum ven.lis Andree Czarnkowski Scolastici Cracouien. Secretarii et oratoris Ser.tis vestre quem propterea q Ser.tas v. aliquot ante diebus se ad nos oratorem mittere scripserat qui de iis que presentem Regni Hungarie statum postularent nobiscum tractaturus esset magno desiderio expectaueramus: accidit vt et Ser.ma princeps Do. Isabella Regina Hungarie vidua Ser.tis vestre filia ac soror et affinis nostra char.ma ven.lem Toma Custodem Albensem ad nos mitteret: a quo cum Ser.me Regine ipsius verbis intellexissemus, se quidem expectasse Nuncium a Ser.mis parentibus suis sine quorum scitu arbitrio et consilio nihil agendum existimaret, quippe cum ratio ipsa dictaret pietas et iustitia ita vt faceret hortarentur: sed cum is Nuncius nondum coram ea comparuisset, ipsam inuitam tandem absque parentum suorum voluntate nobis respondere coactam esse admodum sane letati sumus eius responsum: quodquidem antea crebris litteris nunciisque sollicitaueramus cum sacra vestra M.tis legatione per omnia consentire. Itaque quemadmodum ipsa se pactis conditionibus et articulis inter Cesarea Catholicaque M.tem et nos: Ser.mumque

Vo . maritu suu fide et iuramento firmatis stare velle declarauit: obtestando scilicet nos per omnia nobis cha= rissima . vt illam in ipsis pactis et conditionib9 iã dictis tenere et conseruare vellemus: ita Ser.tas quoqz vestra nobis per dictu oratore suu pro summo suo erga nos amore . proqz singulari prudentia sua nun= ciauit . Se tametsi filiæ et nepotis fortunis prospectu esse cuperet . non hoc tamen agere . vt nepos suus regnet sed vt Regnu Hungariæ tranquillu sit: et ne in po= testatem Turcaru deueniat. Proinde cu Ser.ti vestræ de conseruando Regno Hungariæ prior . de ornando vero nepote suo cura sit posterior . nobis libenter vtiqz concedere vt in Hungaria regnemus cu nemo sit mor= taliu quem regnare malit Ser.tas vestra in eo Regno qua nos: et tantu abesse . vt nos in eo impedire velit vt etia nos pro virili sua cupiat adiutos: saluis ta= men iis quæ dotis quæqz contradotis nomine filiæ Ser.tis vestræ . partim data . partim promissa sunt: et quæ filio illius vtpote Nepoti Ser.tis vestræ ex pa= ctis et conditionib9 præstari debeant: horu autem verboru Ser.tis vestræ ex pactis et conditionib9 præstari debeant . et si copiosa in responso nostro oratori suo nuper dato mentionem fecerim9 . quod ad Ser.tem vestra iam perlatu esse existimam9: ta= men cu nobis grata et iucunda sint . vel quia cu re= sponso postulatisqz filiæ suæ valde conueniunt: vt quæ sine strepitu armoru . sineqz damno et calamitate rei: pub. Christianæ negotiu transigi posse . neqz ius no= stru vt armis prosequamur necesse fore: nobis signi= ficare non dubitauerant: vel quia Ser.tem vestra vti sapientiss.mu et integerrimu principem præterqz quod mutuæ coniunctioni necessitudiniqz nostræ

multum tribuit, iuris etiam nostri rationem aequissi:
mam habere, nihilque priuatis affectibus dare vdkaper:
te demonstrare videntur, ea tamen etiam nunc repetenda
hisce litteris nostris putauimus, presertim cum in his
actionum nostrarum de rebus Hungaricis fundamenta
valde nos ponere posse videamus, quare cum nihil neque
prius neque antiquius haberemus, quam Regni nostri Hun:
gariae salute, nostrumque Jus, actualemque eiusdem
Regni nostri possessionem, longe magis pacifica via
quam armorum strepitu nancisci quaeremus, perlibenter
equidem (Ser.ma Regina Isabella ita presertim a no:
bis efflagitante, significanteque fratrem Georgium, et
alios fide iureque iurando ipsi Reginae astrictos esse
adeo vt ab ipsius voluntate nusquam essent discessuri)
consensimus, et admisimus, vt per Commissarios vtrinque
constitutos de negotio, secundum initos pacis concordiaeque
tractatus honesto amicabiliterque componendo tractaretur.
At vero cuiusmodi exitum tractatio illa, non sine ingenti
autoritatis existimationisque nostrae ludibrio habuerit
Ser.tem vestram ex proximo responso, quod oratori suo
litteris consignatum vna cum Tractationis comentariis
dedimus, satis abunde iam percepisse putamus. Nos qui:
dem nihil minus tum futurum esse existimaueramus,
quam vt ea in re, spe expectationeque nostra tantopere fru:
straremur, cum propter supradictas causas tum vel ma:
xime, quod Ser.tis vestrae Orator eius verbis retulerat
nos a Ser.ma Regina Isabella Ser.tis vestrae filia
ea omnia facile consequuturos esse, quae per Lega:
tum nostrum ab ipsa postulassemus, vt quae penitus in
officio potestateque parentis sui sit futura, suamque
voluntatem ad illius mentem aggregatura. Postu:
lauimus autem nihil aliud magis ab ea, quam

vt pacis tractatibus staret quoad integram Regni posse:
sionem in vim multiplicium et irrefragabilium Iurium nostro:
rum peruenire possemus. Sed quam indigne immeritoque ea:
rum conditionum quas tum obtulimus aequitas plusque honestissima
contempta et repulsa et quam iniqua contra et impossibi:
lia, imo plane ridicula a nobis petita fuerint, adeo
vt facile deprehendi ex his potuerit, non tam sincere
quam subdole nobiscum agi, perlongum esset hic recensere
neque etiam opus esse censemus, cum ea quoque in respon:
so nostro non leuiter attigerimus. His itaque praetermis:
sis, de his solummodo rebus in praesentiarum dicere sta:
tuimus quas nobis dictus Ser.tis vestrae Orator ex
Hungaria a Ser.ma Do: Regina S. vestra filia re:
versus attulit. Etenim cum is ante suam in Hungariam abi:
tionem sea Ser.te vestra in mandatis habere decla:
rasset proficiscendi scilicet in Regnum Hungariae,
non solum consolandae Reginae causa; sed etiam disse:
dentes inter se Proceres eiusdem Regni Hungariae ani:
mos Ser.tis vestrae autoritate in concordiam reducendi, facile
permisimus eum Budam descendere, et quoniam adhuc in
bona spe eramus; fore nimirum; vt is simul atque eo
peruenisset, interposita Ser.tis vestrae authoritate
operaepretium aliquod apud Ser.mam Reginam Isabellam
illiusque consiliarios insigniter faceret, non attenta
indignitate contumeliaque quae nobis in proxima tra:
ctatione accidit, vt magis magisque liqueret, nos
esse ad pacem quam ad Iuris nostri causam armis pro:
sequendam multo promptiores, ipsum oratorem cohor:
tandum, et requirendum duximus, vt non minus Ser.tis
vestrae nomine quam per se ipsi Reginae omnibus malis
persuadere contenderet, vt re ipsa iam tandem
declararet se alienam esse a fratris Georgii eiusque
complicum

consiliis adversum nos hactenus agitatis, ipsiusque posteros, totique Reip.ca, nedum Regno isti perniciosos, pacisque tractatib9 omni ex parte adversantes et preiudiciales conatus vere improbare detestarique. Id quod recte commodeque fieri posset: si palam publiceque testatum faceret: quidquid contra nos dictus frater Georgius faceret et machinaretur, in preiuditium Iurium scilicet nostrorum quo minus Buda caeterisque locis in vim pacis Tractatuum consequi possemus id omne absque consensu suo, eaque dolente et repugnante fieri, quippe quae Tractatib9 pacis vt debet stare nostrisque oblationib9 obtemperare per omnia vellet atque cuperet Quod cum ita a nobis praefato Oratori Ser.tis vestrae, apud Reginam ipsam diligenter agendum iniunctum esset. cavendum etiam putavimus. vt ne, interim dum ipse tractaret cum Regina, nosque certum sciremus, an nostris adhuc oblationib9 acquiescere vestraeque Ser.tis voluntati morem gerere vellet, nec ne: aliqua ei ab exercitu nostro iniuria inferretur. quare tum in Ser.tis vestrae gratiam et favorem, tum etiam pro filiae suae Nepotulique securitate, non solum Budam oppugnare interdiximus: sed ipsam quoque obsidionem paulo post solui: indeque exercitum nostrum selectiss.mum castra movere, alioque transferri iussimus. sperantes vtique saepe dicti Oratoris, opera, studio, consilio suasuque plane futurum, maxime vero proposita ab eo Reginae ipsi Ser.tis vestrae patris nempe sui sententia consilio voluntateque cum votis desiderioque nostro, nulla ex parte quemadmodum nobis idem Orator confirmavit dissidente. vt ipsa Ser.ma Regina Ser.tis vestrae filia ad aequas Conditiones iuxta Sonctiss.mam paternamque oblationem nostram

necnon secundum initos, cum Ser.^mo marito olim suo concordiae tractatus condescendens, nobis Ciuitatem et arcem Budensem, ad manus nostras quocunque modo dari adhuc curaret: praesertim cum fratrem Georgium illiusque complices simul et officiales omnes illi iuratos, necnon omnes tam Budenses quam reliquos in Buda constitutos se et in potestate Reginae, et quodcunque ipsa illis iuberet, id eos subire paratos esse confessos constaret. Sed cum multi dies praeteriissent, rediens idem Orator ad nos, de Ser.^ma Regina Isabella animo voluntateque erga nos multa nobis grata: de illius vero Consiliario fratre Georgio, cuiusque socijs plurima flagitiorum plena attulit. Ita Reginam ipsam per omnia Ser.^tis vestrae volun.^ti mandatisque obtemperare statuisse: tractatibus pacis stare velle, desiderio nostro circa ea satisfacere optare, sed cum sui Juris hoc tempore esse nequeat quippe cum Consiliarij sui, non quae ipsa velit, sed quae illis videantur faciat: rogare nos, vt se oppressam et quasi in captiuitate retentam consilio, auxilioque nostro iuuarem etc. ex illius verbis longo et diserto sermone narrauit. Fratrem vero Georgium adeo insanabilem imperiosumque esse retulit, vt vel Reginam ipsam duriter tractare, omniaque ad stabilienda perniciosae tirannidis suae iacta iam pridem fundamenta immaniter agere non absistat. Et quidem quae de Regina orator ipse in excusationem illius dixit, in bonam partem accipere et interpretari, nobisque pro animi nostri facilitate, mutuoque inter nos sanguinis affinitatisque nexu persuadere sustinuimus, sic sentire scilicet eam, itaque esse, prout idem orator, de ea nobis illius nomine explicauit: licet interim nobis

cogitantibus multae causae occurrerent nos in suspitionem (ut libere et ingenue fateamur) trahentes quod illa quae ab ipsius Consiliariis hucusque contra nos acta sunt, vix sine praescitu, consensu, nutuque et voluntate sua agi potuerint: vel quia Consiliarios suos ei iuratos esse sciremus, vel quia ipsa antea deliberationem suam ad Ser. tis vestrae solummodo responsum voluntatemque reiecisse, nos non lateret, quo nimirum habito, statim id quod Ser. tas vestra iussisset, suasissetque se facturam ostenderit, vel quia exploratum habere videmur eandem tum cum certi oratores in filioli sui favorem ad Turcarum Caesarem amandati fuere, crediticias ad ipsum Turcum dare litteras, non dubitasse: vel quia verisimile sit suarum rerum summam non penes unum atque alterum adeo in universum stare, quin alios ad se accire potuisset, qui fortasse cum rectius atque melius fratre Georgio sensissent, tum opera consilioque illi suo praesto esse, eamque apud plebe innuare ac fratris demumque Georgii consiliis graviter sententia sua obsistere voluissent, et quivissent; vel quia paucis ante diebus cognoverimus ipsam in Transilvaniam Emericum Bebek, et Nicolaum Thomori, cum mandatis litterisque suis tentandi sollicitandique Regnicolarum animos causa, ut sub fidem se imperiumque illius venirant ablegasse, id quod omnium maxime nos perturbare debet. Sed harum rerum omnium culpam, magis certe fratri Georgio; quam Ser. tis vestrae filiae quantumuis ea a noxa penitus liberare non possumus ascribimus, cuius simul et sociorum eius furorem duriciemque execrari merito, et detestari debemus, imoque cogimur. Quo enim magis communi istius Regni saluti, securitatique consultum cupimus, illudque

ad desideratam tot annis unionem concordiamque ut
inde scilicet tanto et facilius conservari et a Tur-
carum incursus liberari possit laboramus, eo magis nos
in hac re a tam paucis hominibus privata quadam re-
gnandi cupiditate accensis impediri angimur in-
dignamurque. Quod si Serenitas vestra eorum cogi-
tatus conatusque recte expendat eumque consiliis fa-
ctisque nostris quae obscura esse non possunt, quaeque
toti orbi Christiano uti salutaria probatum iri con-
fidimus, diligentius conferat, fore profecto nihil
dubitamus quin non solum causae nostrae aequitati, quae
sibi pro tot arctissimarum necessitudinum inter nos vin-
culis comis esse debet, magis magisque favere incipiat
verum etiam nos, quo Regno nostro primo quoque tempore
potiamur, omni auxilio opeque adiuvari oportere sta-
tuet. Siquidem nos tranquillitatem incolumitatemque
Regno isti totis viribus parare contendimus, illi publicam
quietem perturbare summopere nituntur. Nos ne in
manus perpetui Christiani nominis hostis Regnum
ipsum (quod veluti praecipuum quoddam reipublicae Christianae
propugnaculum semper habitum fuit) perveniat, quam
maxima possumus opera studioque adhibere labora-
mus; illi ut nos a legittima Regni possessione arceant
spretis foederibus, a Turcarum Tiranno communi nomi-
nis hoste auxilium petere non erubescunt. Nos per
unionem concordiam, consociatasque omnium Regnico-
larum in idem voluntates pristino nitori restituere
et ex imminentibus calamitatibus eripere nitimur;
illi privatis cupiditatibus servientes, dominandique
libidine inflammati, vel obcaecati potius, Regni statum
non tam confundere, quam novis rursus et inexpli-
cabilibus aerumnis periculisque obruere, et ad extre-

ma quasi ruina pertrahere student. Et ut nos vires potentiaq3 nostra contra Turcarum rabiem, pro conservando defendendoq3 Regno conferre statuimus, ita illi Regnum, patriam nimirum suam depilare necnon Turcarum faucibus dilamiandam obijcere parant, ut ad aliquod saltem tempus, non tam regnare, quam imperioso dominandi fastu in miseros et afflictos regnicolas intollerabilem tirannidem suam exercere possent, tantisper scilicet, donec Christiani sanguinis sicientissimus hostis, quem subiugando Hungariæ Regno, omnes vias, modosq3 astute callideq3 quærere certum est, de insperato nactus occasionem sibi commodam, illos penitus omnes veluti rapacissimus lupus devoret. ad id vero tam immane facinus prohibendum, non nos tantum, sed omnes etiam alios principes, qui Rempub.cam modo religionemq3 nostram salvam volunt, cupiuntq3 sua studia, suasq3 opes certatim conferre debere, quis non videt? aut quis non animadvertit, vel sola amissa Buda, aut quoquo modo in potestatem Turcarum redacta, quanta clades, quanta pernities, quantum denique malorum pelagus inde non solum nostris, vestraq3 Ser.tis Regnis et provintiis, sed universæ etiam Christianitati timendum et expectandum sit. Nobis autem hæc ipsa pericula altiore cogitatione ad animi nostri inditum revocantibus etiam atq3 etiam providendum, in eamq3 curam toto pectore incumbendum esse existimamus, ut ne Buda perire Turcarum tirannide occupari sinamus. Quamobrem si hi nostri conatus omnes, ad procurandam solidam pacem, et quietem in Regno isto nostro pertinent, si Ius nostrum cum pub.ca tranquillitate Regniq3 conservatione, et provintiarum nostrarum bono securitateq3 obtinere id:

circo semper desideravimus, ut unitum et suis coniunctum viribus eo magis a Turcarum insultu tutari demde queat: si haec mens et voluntas nostra semper perpetua atque fuit, regnum illud nostrum afflictum atque lacerum ad sinceram concordiam reducendi, in que pristinum statum vindicandi: si pacis foedera conditionesque quoad eius fieri potest quantumcunque licet observare cupimus: si patrimonium restituere, aliaque praestare et adimplere quae iuxta tenorem tractatus pacis nobis adimplenda et exequenda incumbunt, ne nunc quidem recusamus, licet quo minus id integre praestare possimus eius rei culpa non nobis, sed Ser.mo quondam Regi Joanni imputari debeat: quippe qui neque Caesareae M.tis neque nostris quamlibet crebris, urgentiss.misque admonitionibus, unquam cum vinceret ad promulgandam pacem persuaderi potuerit, unde sane accidit, ut quae inde sequi, et ad executionem deduci debuerant, maxime vero patrimonii redemptio neglecta et praetermissa eiusdem culpa fuerit, denique si seditiosorum solummodo hominum pestiferos conatus quibus se nobis iurique nostro opponunt infringere pergimus: non autem in humiles saevire, aut cruentum in ipso Regno bellum excitare cogitamus: confidere certe debemus haec studia consilia propositaque nostra tantum abesse, ut reprehensura sit Ser.tas vestra, ut illis etiam favorem patrociniumque ipsius pollicearetur. Quare Ser.tem vestram quanto maximo possumus studio hortamur et rogamus, pro singulari sua prudentia, ut quanto magis videt et intuetur, in quod discrimen Regnum istud Hungariae per factiosorum et seditiosorum hominum pervicaciam malignitatemque adductum sit tanto equidem vehementius ac celerius adnitatur ut ...

fratris et affinis offitium nobis in hac causa nostra prae=
stare. easque vias et rationes pro sapientia ac Bonita=
teque sua apud Ser.ma filiam suam et consiliarios eius cae=
terosque adversarios nostros inire studeat, quibus ad pa=
cificam iam tandem Regni nostri possessionem pervenire
possemus. Debuisset equidem Ser.tas vestra statim ab
initio partes suas interposuisse, et cum nunc eadem
ex presenti rerum Hungaricarum statu probe animad=
vertere possit, inter quos qualique in periculo Ser.tis
vestrae filia, nepos que versentur, nempe inter eos
qui omnem salutis suae spem in Turcarum auxiliis
positam habent, tanto magis incitari debet Ser.tas
vestra ad capienda maturiora consilia quae ad Re=
gni Hungariae salutem, totiusque reip. cae Christianae
quietem faciant, quaeque filio et Nepotulo suo certam
securitatem afferre queant. Admoneat Ser.tas V.
filiam suam: (id quod etiam atque etiam petimus) ut bene
animadvertat, ne incerta pro certis eligat, neue
se se quorundam improbitate, qui magis privatam quam
ipsius ac filii sui publicamue utilitatem quaerunt, atque
adeo per sceleratam audatiam, ambitionem avaritiamque
suam Regnum ipsum in diram servitutem conijcere,
duntaxat ut ipsi aliquandiu dominentur. Turca=
rumque Tirannidi prodere constituerunt, adminus
tuta consilia transuersum rapi permittat. Neue
forsan aliqua regnandi cupiditate eorundem im=
piis et exitiosis persuasionibus correpta de filiolo
suo sub falso quasi imperio inibi retinendo cogitet
In quo toto quod dicitur caelo exerratura sit: Ita ut
concedamus Turcam absque dubio admissurum (cuius=
modi nunc fratrem Georgium ab ipso Turco obtentam
esse iactitare audimus) ut puerulus ille, in eo

statu in quo pater illius fuit, in ipso Regno perma:
neat: tamen quid fallacibus eius promissionibus
in hac re tribui confidiqz possit ac debeat, tu vetera
multorum regnorum quae callidis artibus insidiosaqz
fraude sua occupata pedetentim destruxit et extinxit
exempla tum Christianae provinciae per quam plurimae
aut illi subiectae aut deditae aut eius fidem sequutae
nihil nisi foedum se pati servitium, et intollerabilis iuga
servitutis sufferre, cui lamentantes tum vel recentis
illius ad Transiluanos Turcicae legationis series
abunde docere potest. siquidem sub his fictis sub:
dolisqz pollicitationib9 Christianos homines illice:
re consueuit, vt se ipsius potestati tributi nomine
subiiciant, ac fortunas rebsqz suas, saluas tutasqz
se habituros sperent, cum tamen eos haud diutius
ea spe falsa inaniqz frui permittat: quam donec opor:
tunitatem pro desiderio suo nactus, illos ex impro:
uiso, nihilqz tale opinantes opprimere exscindere
ac funditus extirpare se posse videat. Nullis enim
legib9 nullis rationib9, nullis foederib9, quantum:
uis sancte stipulatis: nulla deniqz fide adeo teneri
obstringiqz potest, quin semper ansam occasionemqz
quaerat, ad excidium Christianorum anhelandi, suisqz
provinciis, finitima ac vicina quaeqz loca deua:
standi, et in potestatem suam incessanter redigendi
Ita nihil magis quam Christianorum sanguinem sitit,
magisqz nihil quam vastitatem Christianarum regio:
num, nobilitatis extinctionem desiderat, quae cum
ita sint: perqz quae Transiluaniense negotium luce clari9
cernere liceat, quo modo atrocissimus ille
tirannus, per partes, ac veluti per tetrarchas
ad tempus aliquod diuidere, ac pro arbitrio suo

offitiales hincinde in eo collocare proposuerit, non alia
jam de causa quam ut cum illud quasi per membra disse-
ctum facilius occupari posse sciat per quamcunque occa-
sionem sibi opportunam et idoneam, totum tandem Regnum
pedibus suis subiiciat. cumque ex litteris per Turcum
in Transiluaniam transmissis, multisque aliis indiciis
perspicuum et compertum sit tanto odio extremaque
inuidia Ser.mum quondam Regem Joannem apud Tur-
carum Tirannum laborasse, ut etiam dum viueret eum
de Regni statu expellere, atque adeo e medio tollere
sedemque regiam occupare in animo habuerit: prout
alterum illud adhuc cordi habet: multo magis profecto
timendum erit, ne Turcus etiam si nunc, vel quia
hoc tempore venire non potest, vel quod alio bello im-
plicitus est, dicti Regis Joannis filiolum in tam te-
nera etate sua in Regem tanquam patris successorem
sub aliquo gubernatore conseruare velle fingat.
Ad primam tamen occasionem, cum sibi commodum et
oportunum visum fuerit, formidabili potentia, crudeli-
tateque irrumpens de repente, eiecto filiolo illo, suisque
omnibus, non solum sedem Regiam sed et totum Regnum
obruat: unde quanta per communem totius Chri-
stianitatis calamitatem ignominie nota opprobriis per
totum orbem Christianum circumuolitatura Ser.tis
vestre, eiusque familie decus dignitatemque, Regina
ipsa ex eiusce modi inconsulto dominandi affectu:
post occupatam inimicum a Turco Budam, non tam asper-
sura: quam obfuscatura sit, et quantum subinde discri-
men periculumque, non nostra solum Regna prouinciaeque
verumetiam Ser.tis vestre vniuersa ditio, dominiumque
illico sensura essent. Ser.tas vestra ut pro sapientia
sua optime coniicere potest, ita etiam diligenter con-

siderare et precaveri debet.

Porro cuiusmodi super his quae Ser.tis vestrae Orator Ser.mae Reginae Isabellae verbis nobis significavit responsum dederimus, qualemque in his et aliis rebus cum eodem Ser.tis vestrae Oratore sermonem habuerimus, ipse quidem Ser.ti vestrae abunde explicare poterit.

Quod reliquum est Ser.tem vestram scire volumus, nos super tractatibus pacis cum Ser.ma Regina Isabella Ser.tis vestrae filia conveniendi etiamnum non abhorrere dummodo nobis in manus nostras Buda simul cum arce in continenti detur. Si vero Ser.ma Regina ad petitionis nostrae honestatem accedere noluerit, nosque si Regni nostri possessionem acquirere cupiamus, mediantibus armis, eam consequi oportebit, in eo sane casu, identidem Ser.ti vestrae plane et aperte contestatum hic facimus: nos pacis tractatibus stare nullo pacto obligari, aut teneri velle, nec causam adeo fore cur ad ea quae Ser.tis vestrae filiae et Nepotulum suum concernunt, observanda praestandaque adstricti esse debeamus, aut vellemus. Non enim alia de causa ratione, quam propter Buda et alias Coronae arces, ad manus nostras consignandas, eliberandi patrimonii obligatio facta est; Tum omnis vero culpa non nobis sed iis imputari debet qui hactenus impedimento fuerint, et sunt, quo minus eiusdem Regni possessionem pacifice et sine armorum strepitu assequimur. Quocirca si ita mediante [?] Jus nostrum persequi omnino necesse sit, Ser.tem vestram pro certo credere volumus, nos adiuvante in primis causae nostrae aequitatem Deo opt: Max: deinde cum auxilio Sacrae Ces.ae et Cath.cae M.tis, fratris et domini nostri char.mi

necnon Regnorum et prouintiarum nostrarum viribus
et subsidiis caeptam expeditionem nostram non solum
non relinquere: sed pro toto posse nostro. tum aduersus
rebelles factiososque et obstinatos homines istos vel
reprimendos: vel ad nostri obedientiam quocunque mo:
do compellendos. tum pro adipiscenda Regni nostri
possessione penitus continuare. nullisque ea in re
vel sumptibus vel laboribus parcere quo ad Regiam
sedem. reliquaque Coronae nostrae loca consequamur.
Ser.tem vestram fel.me valere optamus Datum in no:
stra Ciuitate noua Austriae xii Decembris. Anno
Domini M°D°xl. Regnorum nostrorum Romani
x°. Aliorum vero xv°

Ferdinandus ss

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle Regine Vngarie

Ser.ma Princeps filia nostra char.ma. Ex litteris M.tis vestrae ingentem animo dolorem accepimus. Videmus enim eam istic quasi obsidione quadam cinctam magno in periculo versari. Ex quo cum liberari illam cuperemus, authores fuimus M.ti vestrae, ut se Trencinium reciperet. Quod nostrum consilium non satis probari consiliariis quos habet istic M.tas vestra ex iis rationibus perspicimus quas attulerunt, quam ob rem istic potius durare quam proficisci aliquo M.tem v. oporteat, quos nos quidem optimo animo facere persuasum habemus, neque contemnendae nobis rationes eorum videntur. Sed cum ex nobis progenita sit M.tas vestra nemo potest amantius illi aut fidelius consilium dare quam parens filiae amantiss.mus. longius prospiciunt oculi nostri: qui magis excruciamur animi ex iis incommodis et difficultatibus in quae M.tas vestra coniecta est. unde afflictis rebus subsidii aliquid expectatur, inde magis nobis metuimus, quam ab his qui hostium loco habentur Nos et professionis nostrae et promissorum nostrorum non possumus non esse memores. Quare perstamus in proposito et sententia, ut omnino discedere istinc et tutiorem aliquem in locum migrare M.tem v. velimus. Nusquam autem videtur nobis M.tas

vestra tutius posse commigrare quam Cassoviam, quae cum sit terris nostris vicina poterit a nobis si usus sit celeriter illi consuli. Quam ob rem quantum potest contendat et elaboret M.tas vestra, ut eo pervenire una cum filio, Consiliariisque suis possit a nobis dabitur opera, ut id bona cum venia Ser.mi Do. Ro. Regis fieri queat, nec aliquid sit ab exercitu eius M.ti vestrae periculi pertimescendum. Quod si forte quod non speramus, apud Ser.mum Do. Ro. Regem id obtenturi non essemus, tum vero agat cum Consiliariis suis M.tas vestra, ut donis aliquibus etiamnibus eam Cassoviam cum exercitu deducant. Si vero nollent eam Consiliarii isthinc dimittere, tum habita cum Ser.mo Do. Ro. Rege intelligentia, intendat nervos omnes, quo possit consilio et auxilio illius aut Trencinium, aut Posonium, aut quocunque tandem alio pervenire modo, ut ne in obsidione ista permaneat. Sit enim modo salus M.tis vestrae in tuto, facile nobis cum Ser.mo Do. Ro. Rege conveniet, ita ut et M.ti vestrae, et filii eius dignitati consulatur iuxta pacta, quae inter Ser.mum olim maritum M.tis vestrae et M.tem Regiam Ro.m intercesserunt. Illud autem caret summo studio ut res suas et thesauros Ser.mi olim mariti sui secum exportare possit. Quod si non possit praestat rerum quam incolumitatis iacturam facere, modo salva isthinc evadat et incolumis M.tas vestra rei familiaris incommoda facile sarcientur. Nobis non alia de re, quam de salute M.tis vestrae cura est antiquior. Hoc est consilium quod in praesentia M.ti vestrae impartimur, absumus longius, neque cito ad nos quae isthic gesta sunt perferuntur,

M.tas vestra omnes elabendi vias quærat, atque e re nata consilium capiat, quantum nos amat, tantum sit de eo sollicita, ut ex arce Budensi migrare queat. Qua in re vtetur M.tas vestra etiam consilio ven.lis Andreæ Czarnkowski Scholastici Oratorisque et Secretarii istic nostri, cui nos mandata dedimus, vt si est adhuc apud Ser.mum Do. Ro. Regem, quibuscunque possit rationibus saluti M.tis vestræ dignitatique prospiciant. Sin autem alibi est, vt primo quoque tempore ad M.tem eius redeat, neque prius inde discedat quam iussus per nos fuerit. Ad eum itaque M.tas v. scribet, atque illius opera in iis quæ confici volet apud Ser.mum Do. Ro. Regem vtetur. Interea nos hic de alio quopiam deliberabimus, quem si res ipsa postularit ad M.tem vestram mittemus. Scripsimus et ad Consiliarios M.tis vestræ, vt ei auxilio sint, quo possit tutum aliquem in locum istic migrare. Quarum litterarum exemplum M.ti vestræ mittimus, cuius etiam arbitrio permittimus, velit necne litteras illis reddere. Quod si non reddere M.ti vestræ deliberatum fuit, mittimus litteras fidei in quibus nullius certi hominis nomen est perscriptum eas curabit per quem volet M.tas vestra reddendas, et quæ visa fuerint e re illius per eum qui reddiderit, mandata nostro nomine exponi iubebit. Has autem litteras nostras, si ita visum erit M.ti vestræ, legat illis licebit. Sed cauebit tamen ne in manus cuiusque perueniant, sed lectas illico confundet. Vtetur hic in rebus iudicio suo, ac tutiora quæ fuerint consilia sequetur. Quam bene valere optamus. Datum Vilnæ xxv. Mensis Decembris Anno dni M° D° xl°.

Sigismundus primus Rex Polonie Stephano Verbetio Cancellario regni Vngarie

SPectabilis et Mag.ce sincere nobis dilecte. Gratulam.o Ser.ti tue reditum incolumem a Turcarum Cesare. Cui si ex animi sententia ceciderunt istic omnia gaude: mus. Caeterum cum vna fuerit ex iis S.tas tua, qui Ser.mam filiam nostram Ser.mo olim Do. Joanni Hun: garie Regi in matrimonium dari postularunt, et ad Ser.mum sponsum M.tem eius deduxerunt, om: niaqz nobis fausta ac felicia precati, ac fidem stu: dium et obseruantiam suam, erga Ser.mam filiam nostram prolixe sunt polliciti. Iure hoc ab illa postulare vi: demur, vt nunc prae caeteris adesse velit Ser.ma fi: lia nostra, cuius salus ingenti nunc in discrimine versari videtur. Nostrum hoc tempore non aliud est desiderium, quam vt ea extra telorum iactum esse audiamus. Ita dum salus illius, ac infantis filii Ne: potis nostri char.mi in tuto sit, facilius transigi reliqua poterunt. Ita ea Buda conclusam esse et obsidione premi dolentius ferimus quam credi possit Ita vt nihil sit ei aliunde periculi, tamen vt sunt imbecilla mulieres, et infantes pueri timido in: genio; veremur ne terror iste armorum et sonitus machinarum aenearum, aliquod saluti eius discri: men afferat, nunc dum se merore conficit mor:

bus ipsa sibi accersat. Quare quanti nos, quanti Ser.ma filiam nostram quanti Nepotem nostrum char.mum facit tantum contendat et elaboret S. tua, ut Ser.ma filiae nostrae una cum infante filio Nepote nostro rebusque et thesauris eorum Buda exire liceat et Cassoviam proficisci. Id si opera S.tis tuae perfectum erit magnam apud nos graciam inierit, atque huius illi(us) officii memores olim sumus futuri. Datum ut supra Vilnae XXV. febr. M° D° xl

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Petrovicz, Turck valent Epo
Varadiensi Monacho

Spectabilis et Mag.ci ac Reverende in Christo pater sincere nobis dilecti. Accepimus adventare iam Nuncios, qui ad potentiss.mum Turcarum Caesarem missi erant. Quod si paccata omnia attulerunt gaudemus. Sed nihilominus animi vehementer discrutiamur, quod Ser.ma Do. Hungariae Regina filia nostra char.ma una cum infante filio Nepote nostro: inter armorum strepitus istic versari intelligimus. Pro paterno amore erga illam nostro non possumus de M.te illius non esse vehementer solliciti. Ac aequum esse existimamus, ut et sexui et aetati huic ita provideatur ut extra terrorem iactum esse queant. Quid enim imbecilli faeminae? quid infanti puero cum armis commune? non dubitamus quin quae fiunt a S. vestris ea fiant optimis animis. Habemus enim fidem earum

ita perspecta, vt in dubium nobis venire neque possit
neque debeat. Sed cum ex nobis prognata sit Ser.ma
filia nostra, nemo maiore de illa quam nos cura affi-
citur et sollicitudine. Res est solliciti plena timoris
amor. Rogamus S. vestras et summo studio hortamur
vt nos cura ista animi nostri leuatos velint, ac
in vnum consilia sua conferant, quo possit Ser.ma
filia nostra vna cum infante filio suo Nepote nostro
rebusque et suis et illius omnibus tutum in locum ali-
quem commigrare. Tutior autem nostro iudicio
non est alius quam Cassouia. Quae cum et ab armo-
rum strepitu remotior, et Regno nostro sit vicinior
videtur nobis commodius ibi quam alibi esse posse.
Interea temporis transigetur aliquid cum Ser.mo
Do. Ro. Rege quod sit e re dignitateque Ser.mae filiae
nostrae et infantis filii eius. Neque minor ea in re
vestrarum S. ratio habebitur. Quae vt antea erga
Ser.mum Regem suum, ita nunc erga infantem fi-
lium eius praestantem fidem suam, studium et obseruan-
tiam multum probauerunt. Quae si hoc nostrae vo-
luntati dederint, vt cum omni Comitatu suo Ser.mam
filiam nostram Cassouiam deducant, magnam apud
nos officio hoc suo gratiam inibunt. Ita vt nihil ei
a circumsedentibus periculi impendeat, veremur
tamen ne se maerore conficiat, luctuque suo et
animi angore morbum aliquem accersat sibi.
Quidquid autem ad eam esset (quod absit) incom-
modi peruenturum, quem iustius accusare possimus
quam Ser.tes vestras, quae culpa vacare non possent
si per eas staret, quo minus incolumitati com-
moditatique suae Ser.ma filia nostra consulere
posset. Etiam atque etiam hortamur S. vestras quanto

nos faciunt, tantum dent operam, ut interea morum stre:
pitu Ser.ma filia nostra ne diutius versetur ad fa:
uorem nostrum et gratiam S. vestris demerendam ni:
hil magis poterit pertinere, quam si primo quoque
tempore istinc eam eduxerint, et in locum aliquem
tutiorem deduxerint. Quod S. vestris curae fu:
turum pro ea fide studio, et obseruantia, qua sunt
erga nos et erga Ser.ma filiam nostram ac infantem
filium eius Nepotem nostrum firmiter persuasum ha:
bemus. Ac gratos nos et memores huius S. vestrarum
officii fore pollicemur. Quas bene valere optamus.
Datum vt supra. Vilnae XXV. Febr. M° D° xl.

Andree Czarnkowski Scolastico Crac
ad Ferdinandum Romanorum Regem
ac ad Isabellam Reginam Vngarie Oratori

Sigismundus Rex Polonie.

Venerabilis devote nobis dilecte. Si est adhuc D.o tua apud Ser.mum Do. Ro. Regem, ne se istinc commoveat sed novam apud illum nostro nomine legationem obeat cuius instructionem illi mittimus. Si vero alibi est D.o tua, omni cunctatione semota ad M.tem eius redeat et hec ipsa que mittimus mandata nostra exponat quorum summa hec est quod petimus ut per M.tis eius exercitum Ser.me filie nostre Cassoviam proficisci liceat. Si, quod non speramus, obtineri id non posset: legat Do: tua diligenter exemplum litterarum quas ad Ser.mam filiam nostram mittimus, et ad voluntatem nostram in illis perscriptam se se accomodet, ac e re nata consilium capiat. Quod quidem cum longius absimus ita subtiliter perscribi a nobis non potest, cum minimis momentis in bello presertim maxime sepe fiant inclinationes temporum, que Do: tue diligenter erunt conservande. Ac illud in primis dabit operam ut quecunque Ser.ma filia mandata illi dederit ea diligenter exhauriat, omnes autem ingenii, consiliique sui nervos in ea contendat, ut ex ista obsidione Ser.mam filiam nostram quacunque ratione liberet. Itaque quemadmodum ex litteris ad illam nostris intelliget, hec curarum

votorumqz nostrorum summa est. Si cum D.tic tua Ser.mus Rom. Rex expostulauerit de legato per nos ad Turcam misso, missum esse inficias non ibit: sed illud tamen pernegabit aliquod nos a Caesare postulasse contra fidem datam per nos Ser.mo Do. Ro: Regi decretum nobis fuisse mittere Nuntium hunc ante mortem etiam Ser.mi Do: Hungariae Regis, idqz admonente Mag.co Palatino Siradiensi, ut quae fuit de finibus controuersia ea dirimeretur. huius rei causa legatum miseramus cui et hoc in mandatis dedimus, ut peteret Caesarem Turcarum, ne mortuo Ser.mo Joanne Hungariae Rege Hungariam armis inuaderet, neue aliquas in eam incursiones fieri permitteret. Curabit autem D. tua, ut Cubicularius hic noster cum litteris nostris ad Ser.mam filiam nostram tuto peruenire posset. Quod si difficultas aliqua ea in re fuerit proferet exempla litterarum, leget M.ti Regiae Ro.rum, quin et ipsas litteras nostras aperiet, si res ita postulauerit, ut sciant omnes et intelligant, nihil nos nisi optima fide agere, neqz aliud in pectore clausum, aliud in lingua promptum habere. Non commouebit autem se istinc D.o tua, nisi data fuerit illi per nos facultas. Quod si vero aut ipse Ser.mus Do. Rom. Rex Budam mittere Do: tuam voluerit, aut Ser.ma filia nostra praesentis illius potestatem sibi fieri postulauerit, tum vero ut Budam proficiscatur D.o tua per nos licebit. Si legerit Ser.mus Do. Rom. Rex aut exemplum litterarum aut litteras ipsas, quas ad Consiliarios Budenses scripsimus, et leuius eas quam res postulare videtur scriptas esse dixerit tum D. tua ideo factum esse respondebit, quod cum et Ser.ma filia nostra cum infante filio Nepote nostro, et

thesauri utriusque omnes in potestate eorum sint non est visum nobis eos asperius tractare, ne quid Ser.ma filiae nostrae Nepotique nostro incommodent, quorum nobis pro paterno animo nostro habenda est hoc tempore maxima ratio. Suadebit autem Do.tio tua M.ti Regiae Ro.rum, ut et ipsa vias omnes et rationes quaerat, quo comitate potius et benignitate sibi eos demereat quam asperitate aliqua magis etiam alienos reddat. Qua in re si volet M.tas eius D. tis tua opera uti non illi negabit. Sed si Buda fuerit hac de re missa ita demum quod pollicita fuerit praestabit, si Ser.mae filiae nostrae negotia bene processerint: tum vero rebus ex sententia confectis, poterit D.o tua Consiliariis Budensibus promittere, si velint reconciliari sibi Ser.mi Do: Ro: Regis gratiam, nos authoritatem eam nostram interposituros, quin et ut id faciant eis poterit persuadere. Ita tamen aget omnia ut ne Turcarum Caesar contra nos irritetur quem nos inimicum habere nolumus. Ubicunque autem fuerit Ser.mus Do. Ro: Rex, eo proficiscetur D. tua. cui nunc mittimus quingentos florenos, quod si longius eam profectam intellexerimus, plus etiam illi pecuniae suppeditabimus. Mittit autem Ser.ma Coniux nostra Ser.mae filiae nostrae pharmaca quaedam, quae ut per Cubicularium hunc ad M.tem eius perferri possint, curae erit D. tuae. Si vero Cubiculario nostro Buda aditus non patebit, retinebit apud se Do: tua pharmaca dum alia se mittendi opportunitas per nostrum tamen aliquem offerat. Datum Vilnae XXvi.a Decembris Anno Domini M.o D.o xl

Ad Mandatum Regiae M.tis proprium

Bassa Campiductor Thurcarum
Isabellę Reginę Vngarię

Ser.ma Regina et Domina domina clemen.ma
Caesar vestrae gentis dominus, cum magna multitudine
bellatorum parati et prompti sumus istis diebus venire
in auxilium filii M.tis vestrae. Cui seruitia mea com-
mendo. Et si Deus omnipotens sanitatem meam pro-
longauerit, plus seruiam quam vnquam feci Regiae M.ti
defunctae. Tandem inimicis arcem Budensem tribu-
ere ne siuatis, quousque nos istluc peruenimus.
Tandem Deus omnipotens M.tem v. constituat simul
cum nato eius in bona valetudine ac prosperitate
ex Esseck M° D° xl.

Duci Prussiae Alberto Marchioni Brandeburgen.

Sigismundus primus Rex Poloniae.

Ill.me Princeps et domine Nepos noster char.me
Declararunt nobis Consiliarii et Nunctii terrarum nostra-
rum Prussiae qui fuerunt in proximis Grudencensibus
Comitiis congregati, Ciuitates nostras mandato nostro
libenter paruisse, et a percutiendis nummis iam su-
persedisse. Sed nisi idem factum sit ab Ill. vestra, ma-
gnum exca re ad terras nostras Prussiae incommodum
peruenturum. Itaque diligenter nobis supplicarunt, vt

quibuscunqz possemus rationibus adducere conaremur Ill. vestra quo et ipsa toties iam a nobis admonita tandem aliquando moneta cudere desineret. Nam cum idem Ill. vestra nummorum genus cudat eodem signo, eodem etiam ut vocant grano et pondere aequum est, ut eodem etiam quo nos, quo Ciuitates nostrae tempore desinat. Neqz meliore conditione esse velit qz non iam Ciuitates nostrae, sed nos etiam ipsi, qui cum interesse id Regni ditionumqz nostrarum videremus iampridem cudere numos desiuimus Neqz soli vero hoc terrarum Prussiae, sed et Regni nostri Consiliarii et Nuncii, magnis a nobis clamoribus efflagitant. Ita ut tantae omnium voluntati cedere nos sit necesse. Quare Ill. vestram iterum atqz iterum hortamur, et ab ea summo studio postulamus, ut quod facere debet faciat citius, et a cudenda moneta iam tandem supersedeat. Nam quod cum Senatoribus suis prius hac de re in proximis Comiciis se consilium inire velle scribit, videtur ea mora non parum detrimenti et Regno et ditionibus nostris adferre posse, cum presertim non scribat Ill. vestra, quo tempore Comitia sit habitura Interea vero querunt Ciuitates nostrae omnes cudendae monetae artifices ad Ill.tem vestram migraturos atqz ita fore ut sola illa tantundem cudat, quantum si Ciuitates istae si non desiissent cussurae fuissent Hortamur Ill.tem v. etiam atqz etiam diligenter secum reputet, ne quae ex re lucrum querit ex ea plus ad eam detrimenti redundet. Nam nos diutius negare non poterimus iis qui incredibili hoc a nobis studio postulant, quin aliquando, quod suadent faciamus. Atqz ut est in prouerbio, Iam pedem visa est via. Datum Vilnae xii.a Nouembris Anno Dni M.o D.o xl. Regni vero nostri tricesimo quarto.

R.mi d. in Cheo.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Consiliariis Terrarum Prussiæ

Rndi in Christo patres Mag.ci et S. sincere nobis dilecti. Exposuit nobis mandata S. et F. vestrarum Generosus Achacius Czema Castellanus Gedanen. fidelis nobis dilectus, quem nos ita ut a nobis S. et F. vestræ petierunt attente audivimus, ac curam istam et sollicitudinem earum in rationibus terrarum nostrarum Prussiæ constituendis commendamus. Quid autem responsi a nobis tulerit, et de frumento, et de Lipsensi Academia et de Abbatibus ipso referente, S. et F. vestræ cognoscent. Cæterum de aliis quæ Judicia et Commissarios attinent paulo post cum per valetudinem licebit, ea expendere respondebimus. Interim S. et F. vestras bene valere optamus. Datum Vilnæ xii Novembris M.o D.o xl.o

Paulus Plotowski Præpositus Varmien. Nuntius regius
Regiæ M.ti Poloniæ. S.

Missus iussuque contuli me huc ad Conventum Grauden. cum pro festo S. Michaelis institutum, summo studio egi ut Contributio pecuniaria decerneretur, a qua re dominorum Consiliariorum animos, et aliorum ordinum voluntates non aversas collegi, nisi convocationis incommoditas obfuisset: videlicet quod litteræ vestræ M.tis ad nonnullos districtus aut non pervenerunt aut sero redditæ sunt, ut homines ad Comitia venire

deliberati non potuerint. Idcirco tempus liberius ad consultandum de contribuenda pecunia petierunt. et Conuentum sibi ipsis indici. ad festum S. Stanislai proximum diffugii causa ex censeo. Nanque ante pestem hic dui debacchantem allegabant. quo minus contribuerent An dignabitur M.tas vestra dilationem eis proferre id esto arbitrii vestrae M.tis. Ceterum mihi non videtur vt eorum votis M.tas vestra indulgeat. sed alium Conuentum eis circa festum Natalis domini statuat. et mandet vt voluntati vestrae M.tis obtemperent.

Quod vero ad priuilegium producendum attinet: quo nituntur ab oneribus regni se esse liberos: omnes sunt perculsi. negotio absoluto. et dato michi responso: humillime pecierunt. et quidem stantes agerem apud M.tem V. vt in suis Iuribus et libertatibus conseruarentur.

Qui insuper sit animus ordinum Prussiae. et ad alios Legationis articulos illis per me expositae. hunc ex responso illorum. quod cum presentibus mitto. M.tas vestra cognoscere dignabitur Datum in Grandentz Vta octobris M°D°xl°.

Responsum Consiliariorum Prussie, Paulo Plotowski Preposito Varmien nun. Regio datum in Grandecen Conuentu die quarta Octobris Anno doi 1540

SAcra Regie M.tis Domini nostri clemen.mi Legatio licet ex aliqua parte in his consistat, que in proximo Marienburgen Conuentu dominis Consiliariis et aliis ordinib9 harum terrarum de periculis, tam Regno Polonie, quam his Prussie terris impendentib9 nunciabantur. In eo tamen auctior est nunc: q hec pericula non solum ex Valachia, verumetiam ex Hungaria post luctuosum ex humanis discessum Ser.mi Regis Joannis impendere videantur, atq3 ideo maiore vigilantia providendum esse Sacra M.tas hortari dignetur, ne quid terre iste detrimenti capiant, ex quib9 omnib9 animum vere regium ac pientiss.mam erga suos harum terrarum subditos sollicitudinem nemo est qui non animaduertat. Quocirca domini Consiliarii vna cum ceteris ordinib9, hanc erga se clementiam suscipiunt, venerantur, et obuiis quod dr vlnis amplectuntur, gracias non quas debent (debent autem quam maximas) sed quas possunt agentes eius S. M.ti Regie, eamq3 in se propensionem Regiam omnibus fortunis suis demereri nunquam cessabunt.

Ceterum quod latius continet S. R. M.tis Legatio et ad communem harum terrarum defensionem spectat

domini Consiliarii ac caeteri ordines quemadmodum in proximo Marieburgensi Conuentu se facturos re: ceperunt: ita nunc quoque recipiunt, sese voluntati et iussioni Regiae obtemperaturos esse, ne quid eorum ad quae debito astricti sunt ex eis desideretur.

Queruntur autem tam Nobilitatis quam paruarum Ciui: tatum Nuncii litteras Regias, quibus in hunc Conuen: tum euocantur, serius solito his quorum interest reddi: tas esse: immo nonnullis eorum reddi adhuc debere, indeque factum, quod nullum iuxta Constitutionum tenorem cum fratribus suis Conuentum particularem aut collo: quium in quo cum plena facultate amandarentur habere potuissent, neque responsum aliquod ad praesens dare posse, ob eam potissimum rationem quod haec Sacrae M^tis Legatio, talis ac tanti ponderis plenaque acrimo: niae sit, qualis nunquam antea in iis terris au: dita apud eos fuerit, unde hoc duntaxat a dominis Consiliariis maximum in modum pecierunt, ut totum negotium huius tam insolitae inauditaeque Legationis apud Sacram R. M.tem, ita tractarent, ne nouo aliquo onere grauarentur. Quin potius in suis anti: quis Juribus, priuilegiis, libertatibus, et consue: tudinibus conseruarentur.

Et quia haec Legatio ad vniuersos harum terrarum or: dines spectat, et ipsi Nuncii, nullum aliud responsum dederunt, consequenter neque dominis Consiliariis ad illos saltem articulos, de pecuniaria Contribu: tione statuenda: de oneribus cum Regno ferendis ac priuilegiis proferendis, responsum aliquod dari

licuit. Humillime igitur rogant: Sacra M.tas Regia hanc dilationem boni consulere dignetur.

Elbingenses et Gdanenses malleum posuerunt, et a cudenda moneta subsident a festo diui Michaelis proxime elapso, sicuti Marienburgi receperunt. Deuotiss.me tamen orant domini Consiliarii, ne S. R. M.tas cesset Ill. dominum Ducem Prussiae hortari: vt ipse quoque a cussione monetae supersedeat.

De adulterina Moneta quae passim in vulgus spargitur, quod adhortari dignata est S. R. M.tas Domini Consiliarii et alii quorum hoc officium est, nullam operam intermisserunt, vt eius rei authores inuestigari potuissent: hactenus tamen neminem talem deprehenderunt, sed neque vlterius quantum in eis est cessabunt debitam diligentiam praestare, ne talis adulterina moneta, in has terras importetur: aut importata in fraudem hominum expendatur, poena in fraudatores constituta.

Gratiss.mo audierunt animo domini Consiliarii, ac caeteri ordines quod S. M.tas Regia de obseruandis Constitutionibus nuper per ipsam confirmatis adhortata est. Pollicenturque in omnibus quae ad istas constitutiones attinent satisfacturos voluntati et adhortationi S. M. Regiae: ita vt nemo de his quae ad iustitiam pertinent, merito queri possit. Hoc tantum deuotiss.me orant domini Consiliarii, vna cum caeteris ordinibus, quo S. R. M.tas eas constitutiones, et praesertim primum in eis articulum, prout clementer confirmauit: clementius obseruare atque clemen.me manutenere

quo ad reliqua etiã obseruanda subditi magis inci:
tentur et fiant alacriores

¶ In Religionis negotio vt ea inuiolata conseruetur domini Episcopi quod est eorũ officiũ, et quatenus in eorũ potestate est, nullũ non mouerunt lapidem mouentq; ne quid in ea vel nouetur vel violetur; sed omnia in suo veteri tenore persent; ac mandatũ Regiũ contra hæreticos in executionem ponatur sicuti et positũ est. Ceteri quoq; domini Consiliarii ac Ciuitatũ Nuncii affirmant apud se et in suis dominiis et Ciuitatib9 nihil esse innouatũ, neq; vt nouetur esse permissuros. Mandato quoq; Sacræ R. M.tis præfato, se in omnibus morigeros præstaturos præstitisseq; ita vt liberos etiã suos ex vniuersalibus studiis hæretica labe infectis reuocauerint, non sine magno eorũ incommodo, quippe cũ nullus sit in his terris ludus literarius in quo ista iuuentutis flos bonis l[i]t[er]is instituatur. Qua propter obsequentiss.me S. M.ti Regiæ supplicãt, vt in hac quoq; re litteraria M.tas sua regia ipsis de bono remedio prospicere dignetur. Id quod domini Consiliarii vna cũ omnibus harũ terrarũ ordinibus perpetuis seruitiis, et illibata fide pensare studebunt, erga M.tem eius Sacrã. In cuius tandem gratiã et protectione, cũ omniũ obsequiorũ suorũ subiectione atq; exhibitione comendari petunt.

Legatio ab Alberto Duce in Prussia ad Sigismundum primum regem Poloniae

Humili amica debita ac decenti annunciata salute litterisque credentialibus oblatis S. M.tas ipsius M.ti Regiae haec sequentia indicanda

Postquam S. M.tas Regia Poloniae Rex ac dominus meus clemen.mus Ill.mo Principi Prussiae Duci similiter Domino meo clemen.mo ad Ill. eius celsitudinis sollicitam subditam atque ex animo bono prolatam instantiam pro abroganda Imperialis Camerae odiosissima proscriptione, quae in hunc usque diem, prout Ill.ma ipsius Celsitudo scire potest nondum sublata est, clemens Regium omnique solatio plenum responsum quinto die Mensis Junii praesentis istius anni ascripserit, Nempe cum Ill.ma ipsius celsitudo apud S. M.tem Regiam adeo instaret atque urgeret, cumque eadem prouinciae istius rationes id tantopere postulare cerneret S. M.tas ipsius Regia celerem Nuncium breui cum litteris ad Romanam Caesaream M.tem mittere, atque eidem S. M.tis Reginalis consortis ipsius char.mae Dominae meae clemen.mae

negotiorum gestori mandare atque iniungere vellet, ut is diligenter instaret quo ex sententia res ista conficeretur et primo quoque tempore responsum ad S. M.tem ipsius perferendum curaret. Quare etiam Ill.ris eius celsitudo bono animo esse deberet, maxime cum S. M.tis Regia facile se ea quae velit apud Romanam Caesaream M. obtenturam speraret. Tales igitur S. ipsius Regiae M.tis clementes Regiaeque promissiones Ill. ipsius Cel.ni gratiss.mae fuerunt. In quas etiam eadem una cum suis fidelibus subditis (quibus eaedem promissiones in istis iam celebratis Comitiis annunciatae sunt) quas non minus gratis laetisque animis acceperunt quam Ill.ma ipsius celsitudo) ad vitae usque finem firmiter sperabat. Confidens S. M.tis Regiae legatum iam nunc domum esse reversum, atque non solum proscriptionis huius nomine, verumetiam propter alia sibi demandata, atque imposita negotia omnino gratum ac laetum Nuntium eidem attulisse. Haec cum ita sint S. M.tem Regiam Ill.ma ipsius cel.o humillime diligen.misque orat, ut eadem ex paterno clementi, Regioque affectu Ill. ipsius cel.i responsum a Romana Caesarea M.te propter proscriptionem datum, quamprimum patefacere dignetur, quo Ill. ipsius Cel.o idem fidelibus suis subditis communicare possit, deque eodem ex parte utraque gaudere queant. Sin vero S. M.tis Regiae legatus propter multitudinem gravissimorum negotiorum a Ro.na Caesarea M.te iam nullum responsum impetrasset, et praefatus tamen legatus adhuc ibi perseveraret, vel etiam S. M. Regia suos legatos fortasse brevi ad Ro. Caes. M.tem iterum missura esset, ut S. M. Regia ex singulari Regiaque clementia iisdem Legatis (prout mandatum ad S. M. v. Regiam ab Ill.ma

ipsius Celsitudinis . Generoso ac Strenuo Achacio Czema
Castellano Gedanensi datum continet. proinde ut littera Ill.
ipsius Cel.tis fidelium subditorum supplicatoria praesentes
orant, proscriptionis causam diligenter agere dignetur
quo tandem S. M. ipsius Regia ab hac frequenti atque cer-
te necessaria conveniendi molestatione immunis
existere ac Ill. ipsius Celsitudo eiusque subditi, ut pote
ad quos haec res, quandoquidem negociationes suas
in Romano Regno exercere cogantur, magis quam ad
Ill. ipsius Celsitudinem pertinet ab hac gravissima tedi-
osissimaque proscriptione liberari possint. Ac posteaque
vita omnium hominum divina potentia secundum creati-
onem et humanam naturam eo directa sit atque ordinata
quod ex divina voluntate ac naturali conditione
in hoc calamitosissimo mundo locum manentem non
habeat, sed morte tandem peccatorum debita solvere
cogatur, ac sic per eadem media praecipue vero
per graciam Dei omnipotentis, ad caelestia, infinitaque
gaudia aeterna vitam animaeque salutem (quam Jesus
Christus unicus noster mediator nobis omnibus benigne
concedat amen) nos ire pervenireque oporteat ad haec:
uti apparet, cum nihil sit certius isto, de quo iam dixi,
nihilque contra incertius, quam tempus, locus, ac hora
qua iustus iudex nos hinc vocaturus sit. Quapropter
merito quilibet prae reliquis omnibus ac maximis etiam
causis et negociis, se ita praeparare debet, ut nullo
non tempore divinam illam evocationem, tanquam homo
Christianus expectare, et tunc ab humanis illis, frivolisque
rebus immunis esse possit. Cum itaque Ill. ipsius Celsitudo
apud se haec omnia uti homo, qui fortasse maximum vitae
stius suae terrestris faxit Deus ad salutem, transegit
diligenter cogitet atque perpendat, se etiam ita ad hanc

viā et emigrationē uti miser Christianus praeparare ac munire libenter vellet ut quando iam istud tempus ex divina voluntate et constitutione appropinquaret atque instaret Ill. ipsius Cel.o ita inveniretur quo eadē quantum possibile, sine impedimento ac molestatione relictorum bonorum, negotiorum, ac etiam consortis, liberorum, terrarum, denique subditorum quae omnia Deus in hanc usque horam dedit atque concessit, et adhuc dare atque concedere potest, hinc ad aeterna (quo Deus omnipotens per unicum mediatorem Jesum Christum nos omnes rapiat) in pace demigrare posset Ill.ma ipsius Celsitudini talia praemeditanti, non minimum quiddam incidit, quod Ill. Cel.o secundum ipsius simplicem intellectum post rerum divinarum considerationē, diligenter observandum videtur, Nempe cum Ill. ipsius Cel.o obire et hinc demigrare deberet (quod uti dictum est de voluntate ac praedestinatione pendet divina) quo modo suam char.mam consortem, suavissima pignora, praeterea terras ac subditos, qui erga Ill. ipsius celsitudinē se semper fidos fidelesque exhibuerunt, in bona ac temporali pace sufficientibus bonis, post se relinquat, quo cum iam Ill. ipsius Cel.o esse desineret ipsi vero supranominati omnes in hac vita adhuc existerent Ill. ipsius Celsitudinis, humanus paternus fidus, ac clemens animus propter hanc suam curam ac bonam voluntatem appareret, ne etiam illum iam in sepulchro, tanquam immitem, inhumanum nec satis largum consortem, patrem, ac dominum, accusare possent, quae mala Ill. ipsius Cel.o sibi a Sacra M. Regia ut Domino suo clemen.mo, avunculoque suo char.mo non precari certo persuasum habet, ac quamvis Ill. Principis Prussiae Ducis Domini mei clemen.mi Char.ma

consors S. M. R^lis eiusdemq; Regiis paternis amicis ac clementibus pollicitationib9 C in quas post Deum quã plurimum est sperandum ○ propter Nuptiarum donationẽ sit certificata. Ill.ma tamen ipsius Cel.ne, mirifica haec secula, varii ac periculosi casus, quib9 preter omnem spem multum saepe adversi et mali, per improvisas irruptiones, seditiones, et similia, evenire et accidere solet, nonnihil exercent atq; comonent. Quapropter ut istis omnib9 perveniat^ur, ac S. M. R. Poloniae inclitae Coronae, necnon Ill. ipsius Celsitud.is eiusdemq; terrarum et subditorum damnum ac praeiuditium quantum unquam possibile praecaveat^ur Ill. ipsius Cel^o, apud se deliberato Consilio statuit. Postquam Sacra M. R^a. in suis Regnis ac Ducatib9 longissime hinc abesset, et ab istis terris existeret, praeterea multis gravissimis communis Christianitatis et aliorum negotiis quottidie obruta esset. ipsius char.ma consorti per firmum ac ordinarium testamentum ultimamue voluntatem quosdam tutores, testamentarios, Consiliarios ac servitores, constituere atq; ordinare, qui ipius uti aequum videtur, curam gererent, adscriptas ipsiq; dedicatas aedes, et similia occuparent, praeterea qui ipsi in omni aequo bono et iusto auxilio, atq; a consiliis essent. Nihil min9 etiam relictorum post se suavissimorum pignorum istarumq; terrarum commodo semper inservirent. Quapropter S. M. Regia Ill.mus Princeps Prussiae Dux et Dominus me9 clemen.mus humillime dedit.me q; orat ut eadem per Regiam et clementem confirmationem Ill. ipsius Cel.tis, tunc relictam char.mam consortem suavissimosq; liberos, praeterea istorum tutores Consiliarios, ac servitores, quos Ill. ipsius Cel^o.

in ipsius ordinario testamento denotauerit. Regie ac
clementer commendatos habere haec omnia iam enumera:
ta. tanquam humanissimus. clemen^mus^qz dominus Rex
pater ac supremus dominus feudi conseruare ipsius con:
sortem liberos. omnesqz illis adhaerentes in omnibus
aduersis ad ipsorum inuocationem. ab omni iniuria ac
iniquitate. deffendere atqz tueri dignet^ur. quod nemo
aliquid iniusti contra illos inceptare moliatur. sed
potius S. M.^tem Regiam. ipsiusqz tutellam. defensionem
et authoritatem C. quae apud omnes plurimum merito
valet. metuere cogantur. Quo autem haec omnia
commodius. firmiusqz fiant. S. M. Regiam Ill. ip:
sius Cel^o. nunc iterum etiam atqz etiam omni obedientia
summis votis precatur. vt eadem Ill. eius Cel^is
testamentum confirmare. atqz iuxta se in ista confir:
matione Iuniorem S. M. Regiam dominum meum cle:
men.mum clementer inducere non dedignetur. quo
si quando S. M. R^a. C. quod Deus misericors diu
prohibeat. hanc vitam finiret. ipsius tamen placi:
tum atqz decretum Iunior S. M. R^a. firmiter ser:
uare atqz defendere. Praeterea Ill. ipsius Cel^is
consortis liberorum harum terrarum. et subditorum.
nec non ordinatorum tutorum. Consiliariorum et seruito:
rum clemens dominus. atqz deffensor esse. Nihil mi:
nus etiam omnia. quaecunqz S. M.^tas R. nomine
supradictorum fecisset. vel etiam facere voluisset.
iunior S. M^tas R. praestare dignaretur. Sicut
Ill^s ipsius Celsitudo. non minus S. M. R^am
iuniorem quam etiam seniorem haec omnia diligen:
ter curaturam firmiter sperat

Sacra

Sacra quoqz M^tas^ Regia apud Ill. Principem Prussiae Ducem dominum nostrum clemen.^mum^ nuperrime per suos Legatos scire fecit quod eadem propensa esset, istas contentiones ac lites Regundarum finium inter magnum Ducatum Lithuaniae et Ducatum Prussiae, si Ill.^mae^ ipsius Celsitudini ita placeret, vel proximo tempore veris componere atqz dirimere. Illma autem ipsius Celsitudo ad talem Regiam postulationem tunc temporis summa obedientia id responsi dedit Ill.^mae^ ipsius Cel.^ni^ id tempus propter apparentes tunc paludes et alia impedimenta parum commodum, verum hiemale commodius videri. Quandoquidem vero S. M.^tis^ Regiae Legati vernali tempore limites bene obambulari atqz determinari posse summo studio contenderint Illma ipsius Cel.^o^ haec omnia nequaquam contemnere aut negligere sed potius quosdam suorum Consiliariorum ac subditorum ad limites, qui penitus nibi, et quo modo aestivo tempore ea loca transgredi possint perlustrent mittere decrevit. Quando igitur Ill. ipsius Cel.^o^ ex istorum relatione limites in vere possibiliter determinari posse intellexerit, ac S. M. Regia ista hieme in Livonia regundorum finium diem iam instituerit (ad quod propositum Ill. ipsius Cel.^o^ divinam gratiam ex intimo corde precatur) Ill. ipsius Cel.^o^ tempus instituere S. M.^ti^ R.^ae^ summo Regioqz iudicio humiliter reliquit, summa humillimaqz obedientia orans S. M. R.^am^ Ill.^mam^ ipsius Cel.^nem^ de istis omnibus per presentes oratores suos certiorem reddere, et istum diem cum in ver usqz differri debeat, eo citius constituere dignetur, quo veteres limites signaqz granicierum densitate arborum, graminibus vel fruticibus nondum tecta appareant, et cerni possint. Haec erga S. M. R.^am^, ut dominum suum clemen.^mum^

auunculumq3 pientissimum C quem nunc Deo opt. Maximoq3 comendat. Ill. ipsius Cel.o summo semper studio omni debita obedientia omnibusq3 fortunis ac viribus demereri conabitur.

Vltimo quamuis S. M. R.a tanquam Christianissimus sapientiss.mus, pientiss.musq3 Rex, etiam absq3 Ill.ma Cel.is sua monitione, cura, aut sollicitudine Lithuaniæ atq3 Liuoniæ fines ac limites finire facile poterit. Ill. etiam ipsius Cel.o ea quæ ad pacem, tranquillitatem, et bonam vicinitatem quam ad aliqua alia pertinerent scribere et dicere libentius vellet. Ser.ma tamen M. tem Ill. ipsius Cel.o ex officio ea quæ nuper certiss.mo comperit, celare minime potest, firmiter sperans S. M. Regiam ea non aliter quam animo Regio, et bono esse accepturam Ill. ipsius Cel.i iam dudum et nuper etiam paucos ante dies pro certo nunciatum est quosdam in Liuonia palam et aperte dixisse, quod multum ab ipsis etiam vltra granicies, extirpatum atq3 ædificatum esset, et ad talem vim atq3 impetum, eos nihil aliud quam S. M. Regiæ bonitatem nimiam atq3 licentiam allicere, et quod euismodi violentia, impetu et audacia granicies hoc facilius conseruare et obtinere posse sperant. Exinde Ill. ipsius Cel.o prorsus nihil addubitat quin S. M. R.a suos Consiliarios ad talem præscriptum terminum ac diem, ita ac eiusmodi mandatis pro sua summa innata et Regia sapientia ablegabit, quo per nominatorum Liuoniensium iniquos conatus Magni Ducatus granicijbus nihil detrahatur, sicut S. M. Regia in istis omnibus absq3 vlteriori admonitione, moderationemq3

facile inueniet. Haec S. M. R. Ill. ipsius Cel.o superiori:
bus dictis rationib9 nempe offitio et debita obedientia
commota singulariter indicare mandauit atq3 in:
iunxit

Responsum ad praecedentem Legationē à Rege Legato Ducis Prussiē

SAcra M.tas Regia, non potuit ipsa per aduersā
valetudinem suā D.ni vestrae ad ea quae Ill.mi Do. Du:
cis Prussiae nomine attulit respondere. sed magnum
et corporis et animi sui Ser.mū hunc filiū suū Regem
et dominū meū clemen.mū loco sui constituit, atq3
in hunc modū ad Legationē D. vestrae responderi iussit.
Principio quod proscriptionem attinet Imperialis
Camerae, vt ea tolli posset, summo studio S. M.tas
Regia apud Imperatoriā M.tem contendit et la:
borauit, cui9 litterarū exemplū quib9 S. M.ti R.ae
respondet, etsi per Do. Castellanū Gedanēū non ita
pridem Ill.mo Principi misit; tamen vestrae quoq3
D.ni dari iussit: alterū Ill.ti illius perferendū. fa:
cturā se promittit, vt omnem opem atq3 operā suā
interponat quo possit ista proscriptio per quamcunq3
occasionem induci primo quoq3 tempore et antiqua:
ri.
Regundis finibus diem constituit. S. M. R. petri et
Pauli qui futur9 est in ipso fine Iunii Iudices

Commissarios quos datura sit nondu̅ deliberauit, sed breui edet eoru̅ nomina ac Ill. Do: Ducem faciet per litteras de iis certiorem.

De Lignicensib9 quae admonet Ill. Do. Dux, ea cura S. M.tis Regiae prouidebunt, cui gratu̅ est hoc Ill. eius officiu̅, quod ita diligenter obseruat S. M.tis eius comoda. Agnoscit in eo studiu̅ illius erga se singulare.

Vtraqz autem M.tas a Do: vestra postulat, vt Ill Do. Ducem alterius Nepotem, alterius consobrinu̅ char.mu̅ et Ill.ma eius Coniugem verbis vtriusqz salutare plurimu̅ iubeat, cuncta illi laeta precetur, et prospera, ac de fauore et gracia vtriusqz M.tis prolixe omnia polliceatur.

De altera Legationis parte, probatur vehementer S. M.ti Regiae, Ill.tis Do. Ducis haec prouidentia, quod cu̅ sciat, nihil esse morte certius, nihil hora mortis incertius, du̅ et corpore sano est, et mente sibi constat Ill.tas eius, Facto testamento posteroru̅ suoru̅ rationib9 prouidere statuit, atqz eas in tuto quoad humano consilio prouideri possit collocare. Quod autem nondu̅ facti testamenti confirmationem petit ab vtraqz S. M. Regia: etsi non dubitat S. M. Regia vtraqz, testamentu̅ id quod facere constituit Ill.mus Do: Dux, legittimu̅ fore et offitiosu̅, quonia̅ tamen ad manu̅ non habet pacta quae intercesserunt inter M.tem eius et Ill. Do. Ducem, quo tempore in fidem se et potestatem S. M. eius contulit, non habet Consiliarios preter paucos, non habet itidem tantu̅ facultatis in viris vt possit ea ad presens expen:

dere visum est deliberationem hanc in proxima Regni Comitia reijcere, ubi comonicato cum Regni Senatoribus consilio, ad hanc Legationis partem Ill.mo Do. Duci respondebit, spem et fiduciam suam in Deo collocat fore ut et se, et Ill. Do. Ducem in id usque temporis salvum servet ac incolumem. Quod quidem Ill. Do. Duci aeque ac sibi ipsi ex animo precatur et optat.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Regi Romanorum

REddita sunt nobis M.tis vestrae litterae quibus a nobis postulat, ut fratrum qui degunt in Monasterijs Regni nostri Linda Lucka et obra Iura et Privilegia quae sunt eis a maioribus nostris concessa sarta tecta conservemus, neque eorum voluntati cedamus qui aequitati magis quam summo Iure innitentes, nonnihil in eis mutari cupiunt. hoc sibi de nobis M.tas vestra persuadeat, nihil esse quod quidem in potestate nostra sit quod non in illius gratiam libentissime simus facturi, cui quibuscunque rebus possumus studium nostrum et amorem declarare cupimus. Sed quod nunc a nobis postulat M.tas vestra, de eo quum decretum iam factum sit maioribus in Regni nostri Comitijs, de consilio sententiaque senatorum Regni nostri, et totius equestris ordinis, non est nobis integrum quod cum illis per nos est institutum id absque illis rescindere, et irritum facere. Caeterum ubi primum Regni nostri Comitia habuerimus

dabitur a nobis opera ut M.tas vestra, sua nos commen-
dationis rationem habuisse intelligat. Nunc extra
Regnum cum simus de his quae in Regno nostro de omnium
ordinum sententia constituta sunt, mutare nobis quoque
non licet. M.tem vestram rogamus ut exiguam hanc mo-
ram boni consulat, suo tempore et loco diligenter hac de
re sumus acturi. Quicquid autem a nobis perfectum
fuerit faciemus postea M.tem v. certiorem. Cui nos fra-
terno amori et beneuolentiae comendamus, eamque quam
diutissime incolumem, et foelicem esse cupimus. Datum
Vilnae secunda Nouembris Anno Dni M° D° xl°.

Alberto Duci Prussiae
Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ill.ris Princeps. Nepos noster char.me. Defertur
ad nos Ill. vestram tradi sibi velle Cives quosdam nostros
Elbingen. quos esse suos homines asserit, atque ditione
sua decessisse, et Elbingi suum domicilium collocasse,
Itaque ex pacto eos repetit. Atqui ita nobis renunciatur
non modo ante instaurata pacta et foedera verum
etiam antequam in fidem nostram concessisset Ill.tas vestra
quin potius ante bellum illud gestum, homines istos in
Ciuitatem nostram Elbingen. commigrasse: ita ut ex
pactis quae nondum erant instaurata repeti non
possint. Quare hortamur Ill. vestram atque abea po-
stulamus, ut ne quid Ciuibus istis negotii facessat,
sed eos in Ciuitate nostra Elbingen. quiete commo-
rari permittat. Quod ad mutua inter nos commun-

ctionem augendam pertinebit. Praeterea multorum que:
rimoniis ad nos perfertur Ill. vestram non sine gravi
totius Regni nostri et Civitatum Prussiae incomodo
quo minus libera sit per portum Balge navigatio im:
pedire. Quae res cum aperte pactis et libertati commu:
ni antiquitus observatae repugnet. Hortamur Ill. v.
vt pactis stet iura et morem atque usum veterem con:
servet ac liberam unicuique per portum istum navigandi
potestatem faciat. Ita futurum est vt et apud nos be:
nevolentiam non vulgarem ineat, et omnis dissidiorum
occasio tollatur, quam bene valere optamus. Datum Vilnae
ix octobris Anno Dni M° D° xl°.

Legationis pars ad Ducem Prussiae à rege Sigismundo Poloniae

Praeterea S. M. Regia Dominus noster clementissimus
(remittere) iussit Ill. Do. vestrae, quod Consiliarii et subditi Regni
illius, instant summo studio, ut meminisse velit ali:
quando authoritatis et superioritatis suae, neque patiatur
ab Ill. D. vestra premi homines suos equestris ordinis
si qui sub ditione illius bona possident.

Nominatim vero pro Nobili Do. Joanne Golinski pre:
ces suas interponunt, quem cogi dicunt ab Ill. D.
bona sua proiicere, et dimidio minoris vendere
quam quanti empturos se si liceat nonnulli
offerunt. Non it inficias S. M.tas Regia cum

dignum animaduersione facinus D. Golinski designauerit
sed eum tamen iam satis panarum dedisse existimat. Nam
et ignominia est ingenti affectus quae quidem bene natis
et ingenuis durior etiam accidere solet, quam quiuis cor:
poris excruciatus, et sumptu praeterea non mediocri
in hunc usque diem grauatur. Exitur ex ditione Ill. D.
vestrae non sine turpi nota existimationis suae. id,
fit volente et consentiente S. M. te Regia. sed ita tamen
consentiente vt ei pro bonis iustum precium persoluatur.

Ad eam rem Commissarii sunt designati tam a Sacra
M. te Regia quam vestra Ill. D. sed dimidio minoris
bona illi aestimarunt: eum sit inter commissarios
Regios qui in beneficii loco petat, vt sibi tanti emere
liceat, quanti sunt a se suisque collegis aestimata. Mira:
tur S. M. Regia. Si nemo est inter subditos Ill.
D. vestrae qui velit ista bona tanti emere quod emendi
potestatem aliis praecidat, qui sunt ditionis S. M. R.

Hortatur ~~Ill.~~ D. vestram atque ab ea postulat. vt aut
a suis tantum numerari iubeat, quantum alii sunt
soluere parati aut aliis potestatem emendi per:
mittat, et D. Jo: Golinski ab ea qua abstrictus
est fide sponsionum liberum esse iubeat. Est hoc Chri:
stiani Principis in ea potius peccare partem vt
clementior quam vt iusto seuerior videatur.

De Moneta quoque magnas dicet esse hominum queri:
monias quod ea non sine magno Regni detrimento
cuditur. Itaque admonebit nostro nomine Ill. eius
vt eam cudere desinat. Nam id se Gedanum quoque
iam facturos obligarunt, sub finem Septembris

Mensis proximi. Quod si quod non putamus Ill. eius a cudenda moneta supersedere nollet, ineunda nobis ratio necessario est, qua moneta hac omnibus his qui nostrae sunt ditionis interdiceretur.

Responsum Ducis Prussie de cudenda Moneta

Legati Regii praeterea indicarunt, cum multae propter monetam querimoniae oboriantur postulare Regiam M.tem ut Ill. Do. Dux Prussiae exemplo Gedanensium etiam a cudenda moneta desistat. Si vero hoc facere recusaret, Regia M.tas certa media excogitare cogeretur, quo huius monetae usus in omnibus suae M.tis ditionibus prohiberetur. Super quo Dux Prussiae respondet se non dubitare Regiam M.tem recenti et graciosa adhuc memoria tenere ea quae annis superioribus trigesimo septimo s. supra sesquimillesimum per suae M.tis Legatum nobilem ac Generosum Do. Thomam Sobocki ad hanc postulationem diffusius responderit, ex quo gratuita privilegia a vetustate quoque huic provinciae et ditioni concessa hactenus etiam continuo usu citra controversiam pacifica retentione non parum et Iuris et splendoris acquisiverit. Quin et novissima confoederatione per Regiam M.tem iterum renovata, roborata et confirmata extiterint. Necnon et in veteris monetae abrogatione quantum operis ac laboris insum:

pserit quo subditos haud citra magnum et indicibile dam:
num induceret: adhuc multis compertum est. Nullo enim
modo consensissent in veteris monetæ abrogationem
et in novæ huius perpetuum usum, si non in omnibus Re:
giæ M.tis Regnis et ditionibus speravissent duratura.
Qua re et sua Cels.o, cum certa subditorum suorum sci:
entia Regiæ M.tis postulationi huiusmodi minime potest
accedere: nec licere etiam: denique inconsultum videretur
subditos suos hac de re attentare: ne redderentur pu:
sillanimes, suspicando, quasi Regia sua M.tas antiqua
Privilegia et Iura huius provinciæ quæ secum in Re:
gnum Poloniæ detulisset, Ill.ma enim Cels.o contra fœ:
dera ipsa et transactiones infirmare instituisset
quemadmodum et sua Cels.do adhuc hæret, metuendo
periculosis illis temporibus parum utilitatis hac pro:
positione in Remp.cam inductura. Ea propter sua
Cels.do plena fidutia sperasset, sua R. M.tem, multi:
plicium Privilegiorum ac munimentorum longo usu acqui:
siti Iuris contemplatione promereri: ab ea postu:
latione prorsus destitisse, ac Iura sua, suæ Regiæ M.tis
defensione quod et adhuc sibi promittere non cessat
illesa sane permansura. Sed quia iis omnibus non
inspectis Regia sua M.tas, iterum atque iterum po:
stulat, petit sua Ill.tris Cels.do humillime, supplexque
orat, ne Regia sua M.tas in tam arduo negotio
properare velit tantisper clementi animo citra
~~motum~~ more cruciatum expectare, donec in proximis
Comitiis cum fidelibus suæ celsitudinis subditis, tam
Nobilibus quam civilibus et plebeiis, quorum inter:
est scire, consilium capesset necessarium et oportu:
num, eorumque animi sensa perquiratur. Quidquid
tandem unanimi sua consultatione citra nota:

bilem Privilegiorum iacturam et Iurium abrogationem in Regiae M.tis beneplacitum gratificari poterit, summo semper studio vt feudalem et fidelem Principem decet, conabitur praestare perpetuo

Consiliariis terrae Prussiae
Sigismundus Rex Poloniae

Inter alia mandata quae acceperat a Consiliariis et Nuntiis terrarum Prussiae nostrarum, Generosus Achacius Cema Castellanus Gdanensis hoc quoque nobis exposuit: sparsum esse in terris Prussiae rumorem: nos nostram erga Ill. Do. Ducem Prussiae nepotem nostrum char.mum voluntatem immutauisse, atque odium quoddam erga illum concepisse, quod quamuis inclusum adhuc esset; vereri tamen tam nostros quam Ill. Prussiae Ducis homines, ne erumpat aliquando, atque ideo minus liberas rerum actionumque suarum voluntates habere, ac periculum esse, ne commercia inter eos fieri desinant, quae ex re et ad nostras et ad domini Ducis Ciuitates plurimum esset incommodi redundaturum. Itaque petiit a nobis omnium ordinum nomine vt Ill. Do. Ducem gratia potius nostra et beneuolentia prosequeremur, deposito odio, si quod contra eum a nobis esse conceptum. Nos vero mirari satis non possumus vnde rumor hic ad Prussiae terras peruenerit. Nobis cum Ill.mo Duo Duce non paruae necessitudinis causae intercedunt

q̄ et arcta nos propinquitate attingit cum sit sororis
nostrae filius, et in fide praeterea nostra est et in
potestate. Neqz adhuc diriimendae necessitudinis
huius causam nobis ulla praebuit, quin etiam ne praebitu-
rum quidem unquam persuasum habemus.

Porro longe absumus ab ea lenitate, ut odisse eum
velimus, quem amandi multae, odio prosequendi
causa nobis nulla est. Quod si qua etiam re ani-
mum ille nostrum offendisset: nos vero nihil dubi-
taremus vel pro iure propinquitatis, vel pro au-
thoritate in illum nostra Regia, litteris eum nostris
admonere, neqz dissimulatione ulla uteremur
sed profiteremur ac prae nobis ferremus, si quid
esset quo nostram ille voluntatem offendisset. Cum
autem nihil intercesserit quod animum erga illum
nostrum merito alienare debuerit, planum hoc esse
volumus vanissimum esse rumorem, qui de nostro
erga illum odio dissipatus est. Nos vero quoad ille
in officio fuerit: quemadmodum et est adhuc, et do-
mino quoqz futurum semper speramus, non mo-
do nullo eum odio, sed summo etiam favore nostro et
benevolentia prosequemur. Datum Vilnae xv Novembris
M° D° xl°.

Quae ab

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci in Prussia

Quæ ab Ill.ti vestra Mandata accepit Generosus Achatius Czema, ea nobis fideliter exposuit. Nam et de rationibus constituendis Ill. vestræ, terrarumqꝫ Prussiæ curæ nobis esset, cum de Regno Hungariæ cum Ser.o D.o Ro. Rege acturi essemus, a nobis contendit, et summa Ill.tis vestræ voluntatem ad nos detulit, adiuuandæ Ser.mæ filiæ nostræ, hoc tam difficili illius tempore adeo ut spiritus etiam Ill.tis vestræ vilis sit futurus, dum illius rationes in tuto collocare nobis vero gratificari posset. Ac primis quidem illud nobis vehementer probatur, quod Ill.tas vestra tanta est cura et vigilantia in terris Prussiæ conseruandis. Qua in re daturi sumus operam: ut nos ipsi quoqꝫ posteriores tulisse videamur, ac simulatqꝫ occasio se nobis obtulerit, agemus cum Ser.mis fratribus diligenter, ut et Ill.tas vestra sit ea molestia libera, quæ nunc animum eius angit: et terris Prussiæ ita prouideatur ut nihil eis sit a quoquam periculi pertimescendum.
De altero vero, quod tanta animi sui alacritate præsto se affuturam Ser.mæ filiæ nostræ: atqꝫ omnia illius pericula indubitanter adituram pollicetur, agimus illi ingentes gracias, ac speramus quidem vsum non fore. Sed si res ita postularet et consilio et auxilio Ill.tis vestræ essemus vsuri. Illud certe dabimus operam: ut intelligat se tantam hanc volun.tem ad gratas et me:

mores detulisse quae a nobis non minoris aestimantur quam si ad rem collata iam essent. Vilnae XV. Novembris M° D° xl°.

Instructio ad Summum Pontificem à Rli Mte Bona Sfortia Poloniae domino Oczieski data die 16 Novembris 1540

Nuntius noster in hanc sententiam verba apud Sanct.m Dominum faciet.

Dicet in primis se a nobis ad illius Sanct.tem esse missum ut nomine nostro eius Sanct.tem visat, salutet, ac longam ei, ac felicem in Sacrosancta Ecclesia Catolica praesidentiam precetur, osculumque ac obedientiam nostram ad pedes suae S.tis offerat.

Dicet deinde quod reputantes nos animo nostro iniquitatem praesentium temporum: quibus fides ac relligio Christi cum ob infidelium potentiam: tum ob errores haereticorum, hominumque improbitatem in deterius vergat et coarctetur assidue: ingentem ex ea dolorem capiamus, quod ab ineunte aetate nostra, sic docte educatae ac institutae simus, ut in cultu Dei opt: Max: religioneque ac fide illius propaganda, ecclesiisque rite constabiliendis, et moribus bonis restituendis omnia studia nostra defixa habeamus.

Hinc est: quod nos in modernis fidei turbinibus: cupiamus

vehementer: ut Barensis, Rosanen, ac Hostunen Ecclesiae Pontifices suos, in suis Cathedris semper habeant: praesentes, quos tamen propter eorum absentiam videntur non habere: quae etiam propter negligentiam Antistitum in sua fabrica et reparatione necessaria, adeo non restaurantur: ut ne funditus corruant multum sit pertimescendum, quem tantum neglectum ac iniuriam homines videntes: multum offenduntur: fremuntque, quin etiam exemplo ipsorum suorum Antistitum, in pietate et cultu erga Deum fiunt in dies magis ac magis remissiores. fit itaque ut Ecclesiae illae suis ornamentis orbatae: cum subiectis sibi populis periclitantur. Civitates vero suo etiam decore privatae sunt: et cultus divinus interit. Vehementer itaque de restituendis, restaurandisque ipsius Ecclesiis, et cultu divino sollicitati sumus.

Cum qua cura, et pia hac sollicitudine nostra, studia etiam ac voluntates subditorum Vasallorumque nostrorum ditionis nostrae Italicae congruunt, qui ingenti desiderio Episcoporum suorum praesentiam assiduam apud se requirunt, eiusque desiderii ac optati sui, opera, opeque nostra compotes effici efflagitant, nobiscumque hac de re summo studio ac diligentia egerunt.

Quorum postulationibus, ut potest aequis ac honestissimis cum refragari nobis fas non esset, cum hanc illis mentem, non nisi a Deo inspiratam esse credamus quin etiam nos sponte pro genuina nostra erga Deum pietate et in subditos nostros benevolentia cupientes qua parte possimus prospicere religioni ac rationibus Ecclesiarum in dominio ac ditione nostra

Italica consistentium. volentesque et Ecclesiis ipsis Cathe:
dralibus, pristinum suum splendorem decusque reddi. et do:
minico gregi suos pastores restitui. et cultum diuinum
adaugeri. Supplicamus ipsi Sanct.mo Domino. vt eius
Sanc.tas hoc tam pium nostrum et subditorum nostrorum de:
siderium paterna sua clementia velit promouere. no:
bisque Bari ac Rossani Archiepiscopatus: et Episcopatus Ho:
stunii facultatem conferendi ad vitam nostram conce:
dere dignetur: sic videlicet vt quoties vacatio illorum
siue per mortem. siue alio quouis modo obtigerit,
liceat nobis vita nostra durante ad has Ecclesias li:
bere cum plena potestate. viros quos nobis visum fuerit
dignos ac idoneos nominare. qui in Cathedris suis
Pontificalibus assidui ac presentes praesideant: po:
pulosque eorum curae et fidei commissos Christiane
gubernent.

Cui quidem supplicationi nostrae: pioque ac sancto de:
siderio nostro. credere nos illius Sanc.tem. pro
suo pastorali debito annuere debere: et preces no:
stras non esse auersaturam. Quae cum eo spectent vt
status tam Ecclesiarum illarum quam subditorum no:
strorum. presentia pastorum recte administratus saluus
ac incolumis permaneat. merito suo preces ipsae,
nostrae repudiari per eius Sanc.tem non debeat.

In quo Sanc.tas sua boni optimique ac vniuersalis
omnium Christianorum patris ac pastoris officium faciet:
saluti populorum illorum. qui ad Ouile pertinent sue
Sanc.tis prospiciet. Ecclesiisque illis earumque decori
consulet. Vnde et apud immortalem Deum premium
aeternum. et apud homines Christianos laudem

maxima consequetur, et nos ad bene merendum de se ac de sancta Romana Ecclesia reddet obligatiores.

Quod si vero Sanc.tas sua adduci non posset, ut nobis ad vitam nostram hanc facultatem concedat, contendet Nunctius noster, studio quo poterit maiore, ut eius Sanc.tas det nobis eam facul.tem pro una duntaxat vice, quo liceat nobis personas quas vellemus ad unam quamque Ecclesiarum predictarum seorsum semel nominare, et illarum sedes ac dignitates Episcopales ex arbitrio nostro conferre.

A R.li Alte Bona regina Polonie data ad Ducem Ferarie Jo: Radimilo Marshalcowicio

Cum in conspectum Ill.mi Domini Ducis Ferrariensium venies, manumque illius osculatus fueris, tenens manu litteras Sacre R.lis M.tis dices.

Ill.me ac excellen.me Princeps. Sacra ac Ser.ma R.lis M. Polonie, Domina mea clemen.ma, misit per me ad vestram Ill.mam D.nem hasce litteras suas quas ego eidem Ill.mae D.ni vestre cum debita reverentia offero ac reddo.

Osculatas porriges l(itte)ras quibus lectis dices.

Ill.me ac Excellen.me Princeps, Domine honoran.me Cum valetudinis meae curandae gratia, iter hoc meum

ad amplissima ista Italiae Regna ingredi vellem.
Sacra ac Ser.ma R.lis M.tas Poloniae Domina mea
clemen.ma dedit mihi in mandatis vestram Ill.ma
D.nem adeundi visendi ac salutandi. ego obsequens
mandato vestram Ill.mam D. nomine illius M.tis viso
et saluto: Etenim M.tas illius R.lis tam eidem Ill.mae
D.ni vestrae quam uniuersae eius inclito Dominio lon:
gam salutem diuturnam incolumitatem. felices suc:
cessus. fausta laetaque omnia ex animo precatur et optat: tan:
quam amico suo singulari et consanguineo char.mo
omneque studium. propensionem. beneuolentiam. et
amorem suum sincerum ad vestram Ill. D.nem ita
defert. vt quibuscunque in rebus. tam eidem Ill.mae
D.ni vestrae quam uniuersae eius familiae gratifi:
cari posset: id cum ingenti animi sui alacritate li:
bentissime est factura Sacra illius M.tas. Cupitque
vicissim. vt vestra Ill.ma D.o. tanquam amicus et
consanguineus beneuolen.mus. pari etiam amore et
veteri illa solita beneuolentia sua Sacram illius
M.tem prosequatur. Quod M.tas illius Ser.ma
grat.mo est animo ab Ill.ma D.o vestra acceptura.

Ad Nepotem Cardinalis Mantuani si
presens simul fuerit sermone conuertes

Et te etiam Ill.me Princeps. Ser.ma Regina mea
plurima salute impartit. quem in filii loco charum
habet. precaturque Ill.mae D.ni tuae prosperos ac
laetos rerum tuarum progressus. optatque vt Deus opt.

Max: Ill.ma D. nem tuam in sua diuina gracia in hominum ebar.te per omnes etatum tuarum gradus ac per omnia ingenii, sapientiae, virtutum, honorum, dignitatum, fortunarum ac felicitatum tuarum incrementa crescere faciat ad laudem et ornamentum familiae tuae, ac ad totius Reip.cae nostrae Christianae conseruationem, id quod ego verbis ac votis Principis ac Reginae meae clem.mae Ill.mae D.ni tuae ex animo precor.

Sin autem abierit a Car.li nepos finita ad Car.lem oratione, hoc etiam interposita aliquanta mora adiunges

Vellem etiam Antistites Ill.me Ill.mam D.nis tuae R.mae nepotem visere, ac ab ipsa Regina mea Ser.ma salutem eius Ill.li dicere, quod vt cum bona gracia vestrae R.mae D.nis facere mihi liceat oro

Ingressus ad nepotem dices.

Sacra R.lis M.tas Poloniae Domina mea clementi.ma quemadmodum patrem R.mum ita etiam et Ill.rem D.nem tuam, quem filii loco amat, plurima salute impartiri iussit; precaturque vt supra.

Sigismundus primus Rex Poloniae Ferdinando Romanorum Regi

Ser.me etc. Cum in proximis Comitiis quae habita sunt per nos Cracoviae ita inter nos et Oratores M.tis vestrae convenerit, ut duob9 Mensib9 ante Wschovien Conventum, libelli iniuriarum et damnorum quae ultra illas missas ad Glogovien Conventum data essent hominib9 nostris in Arcem M.tis vestrae Pragen conscripti mitterentur, quo scire aliquanto ante possent, qui in Jus vocabuntur quibus de rebus causam eos dicere oporteret, atque ut hoc ipsum homines quoque M.tis vestrae facere tenerentur quo et ipsi duobus ante Mensib9 quam in Civitate nostra Wschovien Convent9 hic habebitur libellos iniuriarum et damnorum quae acceperunt, in Arcem nostram Cracovien conscriptas mitterent, ut ex nostris quoque hominib9 qui erunt in Judicium vocati, non omnino ad causam dicendam veniant imparati. Nos eius rei memores, pactisque et Conventis stare cupientes ad Arcem M.tis vestrae Pragen conscriptos iniuriarum et damnorum, quae praeter priores adhuc repertae sunt, libellos mittimus, quib9 ab hominibus M.tis vestrae se nostri affectos esse queruntur ut possit M.tas vestra nominatim eos in Jus vocare a quib9 iniurias istas factas esse cognoverit, non dubitamus quin vestra quoque M.tas pactorum et Conventorum memor suorum iniurias, si quae modo similes sit vicissim in arcem nostram Cracovien missura

quo nos quoqz tempori nostris hominibus diem dicere possumus, ne omnino ad causam dicendam veniant imparati Datum Vilnae vii Augusti Anno Dni M° D° xl°

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum regi

Ser.me. Misimus antea M.ti vestrae libellos iniuriarum quibus nostri se homines affectos querunt. Nunc alii nobis novarum iniuriarum libelli missi sunt quos et ipsos etsi paulo serius vestrae tamen M.ti transmittimus: ut eos qui fecisse iniurias dicuntur sistere se in oppido nostro Wschowensi iubeat causam de illis dicturos. Rem multa nostra commendatione dignam facturam Datum Vilnae vi Mensis Septembris Anno Dni M° D° xl.

Contractus inter Regem Polonie et
inter Ores Regis Ferdinandi Reges,
qui anno 1.5,39 Cracoviá venientes,
ad Regem nrm ad Comitia regni noie
Regis Ferdinandi egerunt vt via ex
Polonia Mercatoribus aperiretur in
Slesiam, et commercia fierent mutua

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis etc. Significamus: quod accepto responso a nobis Oratores Ser.mi Do. Roma: Regis in congressum colloquiumqz nonnullo: rum Regni nostri Senatorum et Consiliariorum venire po: stularunt: quo cum iis de die deqz loco conuenire cu: perent, vbi sopiri omnes controuersie, et tum Ser.mi Do. Ro. Regis quam nostrorum hominum animi tran: quillari possent. Quam ad rem se plenum et sufficiens a Ser.mo Do. Roma: Rege suo mandatum habere affirmabant, quod quidem coram his ipsis Regni nostri Senatoribus et Consiliariis qui fuerant per nos desi: gnati postea protulerunt, atqz ita cum eis consencien: tibus animis conuenerunt, vt de omnibus istis contro: uersiis, iniuriis, damnis, predis, rapinis, spoliis que vtrinqz intercesserunt, cognoscendi dies pre: finiretur, proxima sancti Galli in Ciuitate nostra Wschowa, quo quidem Ser.mus Do. Ro. Rex octo viros, nos alios totidem cum plena potestate mitte: re debebimus, qui Judices agant Commissarios et contentiones dirimant, controuersias disceptent damna, iniurias, predas, rapinas, spolia et cetera

idgenus incommoda iuxta eas quae data sunt prius Glogoviae instructiones et quae postea dabuntur sarciri vtcunqz curent et vel amice transigant omnia vel Juris via cognoscant. Ita tamen vt non ta[m] personarum quam locorum vbi vel vnde iniuriae factae sunt ratio habeatur: vt si quae sint a quocunqz tandem vel in Hungaria vel in Slesia vel in quibuscunqz locis quae sunt ditiones Ser.mi domini Roma: Regis facta nostris iniuriae resarciantur similiter Commissarii quoqz nostri sarciri curabunt si quid eiusmodi in Regno nostro a quocunqz factum est.

Quod si quae causae paulo difficiles magis fuerint quam in eo conuentu terminari non possint: tum vtraqz pars ad suum Regem referet quodqz inter nos et Ser.mum Do. Ro. Regem conuenerit id ratum erit et firmum ac vtriusqz nostrum decreto homines vtriusqz stare opportebit.

Haec cum ita essent per oratores Ser.mi Do. Ro. Regis et Senatores ac Consiliarios Regni nostri tractata quoniam expedire vtriusqz nostrum hominibus visa sunt atqz ad graciam concordiam amicitiam inter eos conciliandam pertinere libenter ad ea consensimus: ac praeterea polliciti sumus fore vt deinceps in manu potestateqz nostra et Senatorum Consiliariorumqz nostrorum antiquatio siue relaxatio edicti nostri sit de non exportandis ex Regno in Hungariam et Slesiam per nostros mercatores mercibus neqz inde in Regnum nostrum importandis. Quod si plene fuerit hominibus nostris de damnis iniuriis predis rapinis spoliis ita vt Commissarii

nostri et nos Reges constituerim9 satisfactu. Tum vero erit voluntas nostra edicti huiꝰ seu Interdicti inducendi, antiquandi, relaxandi. Si minus erit ita satisfactu, edictu hoc nostru nos induci nequaqua paciamr.

In quoru omniu et singuloru fidem et testimoniu hec scribi, sigilloqꝫ nostro obsignari fecim9. Datu Cracoviæ in Comitiis generalib9 Regni V. Marcii Anno Dni Mo Do Xl.

Has precedentes litteras, Regia Mtas dedit Oratorib9 Ser.mi Do. Ro. Regis, qui ab eo missi venerant Cracovia ad Regia Mtem ad Comitia Regni generalia quiqꝫ agebant diligenter, de sublatione interdicti, deqꝫ relaxatione, et apertione viæ in Slesia et Hungaria.

Similes etia litteras Regia Mtas ab eisdem Oratorib9 accepit, sub titulis et sigillis eoru, quæ in eadē verba scripta erant uti præcedentes, solūmodo mutatis mutandis. Na iidem Legati plenu mandatu habebant.

Oratoru autem nomina hec sunt. Joannes de Zerotin in Stražnicz, supremus Marchionat9 Moraviæ Camerarius, Hynko de Werbna in Namiest, et Georgius a Loxan Teutonic9 Vicecancellarius Regni Bohemiæ.

universib

Sigismundus I Rex Poloniae

Vniuersis et singulis quorum interest, planum testatumque facimus, quod in his litteris de die deque loco Conuentus, qui proxime habendus est inter nos et Oratores Ser.mi Do. Rom. Regis conuenit, obliuione quadam accidit: vt quam de re tam inter illos, quam inter Senatores et Consiliarios Regni nostri nominatim cautum erat, non ascriberetur illud, quod ascribendum postea curauimus quod duobus Mensibus ante Wschouiensem Conuentum libelli iniuriarum et damnorum quae data sunt hominibus nostris, in arcem Ser.mi Do. Ro. Regis Pragensem conscripti mitti debent: vt aliquanto ante sciri possint qui in Jus vocabuntur: quibus de rebus causam eos dicere oporteat. Hoc ipsum homines quoque Ser.mi Do. Ro. Regis facere tenebuntur, vt et ipsi duobus ante Mensibus quam in Ciuitate nostra Wschouiam Conuentus hic habebitur, libellos iniuriarum et damnorum quae acceperunt, in Arcem nostram Cracouiensem conscriptos mittant: quo ex nostris quoque hominibus qui erunt in Judicium vocati, non omnino ad causam dicendam veniant imparati. Haec etsi in litteris illis per obliuionem scripta non sunt, pro eo tamen ac si scripta essent haberi volumus. Quo plus autem fidei tribuatur litteris his nostris, signo eas nostro obsignari iussimus. Datum Cracoviae vi Martii Anno Domini MDXL.

Similes has litteras Vniuersales oratores praedicti sub suis sigillis et titulis Regiae M.tis dederunt

Instructio Comissariis a Sigismundo rege Polo(niae) ad cognoscendu(m) de finitimorum iniurijs vnacu(m) Commissarijs Regis Romanorum . 26 Aprilis 1540

Salute dicta . Narrabunt quemadmodum conuenerat inter nos et Ser(enissi)mu(m) Do(minum) Ro(manorum) Regem . misisse nos anno superiore Glogoviam Legatos de sarciendis iniurijs deq(ue) disceptandis controuersijs . quae inter nostros homines et Silesios extitissent . neq(ue) stetisse per nostros . q(uo) minus eo tempore finis controuersijs omnibus imponeretur . Sed cum non modicos sumptus fecissemus . omnes conatus nostros irritos cecidisse . atq(ue) oleum et operam quod aiunt nos perdidisse cuiusuis potius quam aut nostro . aut nostrorum vitio . Id etsi molesto animo tulerimus . tamen cum ad superiora proxima Comitia Legatos iterum ad nos suos Ser(enissi)mus Do(minus) Rom(anorum) Rex misisset . ac per eos postulasset . vt iterum Judices aliquos Commissarios mitteremus . qui tandem aliquando lites istas et controuersias terminarent : pro summa animorum q(ue) non minus quam sanguinis coniunctione quae nobis cum Ser(enissi)mo Do(mino) Ro(manorum) Regi intercedit . negare illi non potuimus . Itaq(ue) se ad eam rem designatos a nobis esse dicent . cum plena statuendi . cognoscendi . iudicandiq(ue) facultate . si quem nostrorum hominum ex Slesijs alicui fecisse iniuriam constiterit cogent eum ad sarciendum : atq(ue) inibi iustitiam exequi conabuntur . Si res fuerit momenti maioris per voluerem nun(tium) eum ad nos referent

Illud omni ratione cavebunt, ne per nos aut nostros stetisse videatur, quominus iustitia omnibus administretur.

Admonebunt deinde eos qui locum tenebunt Ser.mi Do. Rom. Regis, ut ipsi quoque dent operam quo semota omni cunctatione satisfiat nostris quoque hominibus de iniuriis quas eos a Slesitis accepisse constiterit.

Ac in primis illud eis curae sit, ut praedones isti ne grassentur, qui publice Regni nostri hostes professi sunt caedemque nostris hominibus ac inimicitias denunciarunt.

Si quaesitum de eis fuerit, quid spei subsit de inducendo edicto, spei non multum ostendent; sed si causae omnes sublatae fuerint, quamobrem edictum hoc promulgare necesse habuimus, tum vero se non desperare quin pro eo quanti facimus Ser.mum Do. Ro. Regem non recusaturi simus quin edictum hoc antiquemus tantoque se id polliceri magis sibi de nobis posse dicent, quod tota iam res potestatis nostrae facta sit.

Poterunt eo loco causas omnes proferre, quibus adducti sumus, ut edictum hoc promulgaremus, atque ad eas quae sunt recensitae coram Ser.mo Do. Rom. Rege has quoque tres adiicient.

Quod per Viennam quoque cum esset antea libera cum mercibus proficiscendi facultas, mercatoribus nostris ex Italia redeuntibus, ea praecisa est; coguntur que devijs itineribus magno cum sumptu et difficultate merces suas vehere.

Quod cum maiores nostri non mediocri impensa templum

extra mœnia Ciuitatis Wratislauiens edificauerunt, cuius patroni semper erant Reges Poloniæ, et non relata ad nos ausu quodam temerario Wratislauiens templum id demoliti sunt quam ex re multam iniuriam et contumeliam ad nos peruenisse interpretamur.

Quod ordinarium S. Petri apud omnes Christianas gentes solui consueuerit, atque id in prouincia Gnesnens a Sanct.mo Domino nostro pro Regni defensione donatus nobis fuisset, Slesitæ soluere eum recusant, cum tamen ex re illorum sit tributum hoc dare: quandoquidem propugnaculum quoddam, et antemurale Slesiæ Regnum est nostrum: ut illius plurimum interfit integrum id ab hostium impetu conseruari, cum nihil nobis separatim a Slesitis accidere queat.

Capitula fœderis iuxta formulam a Ser.mo Do. Ro. Rege conscriptam constituent: atque Ius habebunt addendi et minuendi suo arbitratu, ita ut Regni nostri rationibus conducere maxime existimauerint.

Statuendi tamen confirmandique et robur addendi his de quibus conuenerit penes nos potestas esto. ad nos Capita confœderationis mittantur, nostraque auctoritate confirmentur. Ita et eos qui vice Ser.mi Do. Ro. Regis Iudices istic erunt, idem facturos non dubitamus.

Si de domino Kuna facta erit mentio, in eandem sententiam respondebunt, in quam responsum est Ser.mo Do. Ro. Regi, quod petendi ille iustam causam non habeat, quod neque Consiliarius neque nuncius noster fuerit, neque de matrimonio nostro quidquam ad eum pertinuerit, ac ingesserit se quidem sermonibus nonnullis cum Ill.ma

olim domina parente Ser.ma Coniugis nostrae: sed quae pollicitus est eorum nichil praestiterit, neque ut maxime voluisset praestare potuisset. Fieri posse ut promissis eius adducta Ill.ma Princeps, ac fidem illi habens dederit illi litteras, sed quae pondus habere non possent nisi secutis rebus quas promiserat. Cum autem irrita cecciderint promissa illius, nulla est obligatio. Nichilominus Ser.ma Coniunx nostra ex mera liberalitate sua datura se illi dono certam summam receperat. Quam illius benignitatem cum contempsisset vicissim ab ea contemptus est. Ne tamen facta ille sibi putet iniuriam, non recusat Ser.ma Coniunx nostra quin si ita visum sit domino Cunae in sacro Romano auditorio causa haec disceptetur.

Plenipotencia Commissariis ad Conuentum Wschonensem

Cum inter nostros et Ser.mi Do: Ro: Regis homines multae iniuriae intercesserint, multaeqz controuersiae extiterint vt periculum esset, ne neglecta inde scintilla, nisi maturae prouisum esset, magnum aliquod excitaret incendium. Visum esset nobis, et Ser.mo Do. Ro. Regi cumprimis oportunum idesse remedium ad lites istas et controuersias tollem, vt vtrimqz Judices deligerentur, qui de iniuriis istis deqz controuersiis cognoscant, atqz ei rei locus est in Ciuitate nostra Vschonum constitutus, dies vero dino Gallo sacer. Cum autem spectata sit et probata prudentia, aequitas et integritas Sinceritatum vestrarum, eis potissimum prouinciam hanc imponendam duximus et presentibus imponimus, iniungimusqz et committimus vt ad praefinitum diem Wschonii praesto adsint, dataqz libera facultate et si quibus opus fuerit fide pub.ca quem saluum Conductum vocant, omnibus iniurias persequi causamqz dicere cupientibus eisqz in sui presentiam admissis, ac querelis eorum exauditis perinuestigataqz diligenter ex his quae fuerint vtrimqz proposita rei veritate. Controuersias, aut per concordiam si fieri possit transigant, aut per decreta sua sententiasqz diffinitiuas decidant et terminent, atqz id quod aequitatis, iustitiae, bonaeqz vicinitatis retinendae

ratio postulauerit, remoto quouis fauore et odio atque omni affectione sublata Deum tantum pre oculis habentes, vnanimi consilio et suffragio cum Ser.mi Do. Ro. Regis Commissariis statuant, pronuncient, decidant, quam ad rem Sinceri.bus vestris plenam et omnimodam facultatem potestatemque damus presentibus et concedimus quidquid per Sinceri.tes vestras de consensu Ser.mi D. Ro. Regis delegatorum Judicium constitutum fuerit, quod quidem ad restinguenda alia atque ad pacem amicitiam, tranquilitatem inter finitimos conseruandam pertinuerit, Id omne ratum gratum et probatum habituri atque vt vbique locorum in ditionibus nostris sancte inuiolateque obseruetur ac debite executioni tradatur serio mandaturi, quando hoc ipsum facturum se Ser.mus D. Ro. Rex in suis ditionibus promisit. Datum Cracouiae XXII Aprilis M° D° XL.

Sigismundus primus Rex Polonie
Hieroniim Rorario Summi Pontificis
oratori ex Polonia digresso

MAg.ce Sincere nobis dilecte. Non est nobis dubium quin teneat S. tua memoria quae scripsit hic de Annatis in rem nostram acturam nobis receperit. Ac iam aliquid ab ea profectum esse confidimus. Ita enim nobis de studio in nos S. tuae persuademus nihil eam curae diligentiae et laboris praetermissuram in dimidia saltem Annatarum reliqueque pecuniae quae a recens factis Epis

istuc transmitti solet pro Regni nostri necessitatibus
impetranda. Nunc accidit ut mortuis aliquot in
Regno nostro Episcopis alii sint nobis in eorum locum
nominandi. Quare hortamur S. tuam atque ab ea po-
stulamus det operam ut quae illi peccunia e Regno
istuc exportare tenentur, eius dimidiam partem
pro necessitate Regni nostri relinquere hic possint.
Nam si antea periculum nobis impendebat Valachia
per Turcas occupata, nunc multo maiori ver-
samur in discrimine cum et Hungariae Regnum
alterum non nostrarum modo ditionum sed et totius
Christiani orbis propugnaculum in ancipiti esse vide-
tur: periculumque sit ingens ne utraque ex parte vi-
cinos Thurcas habeamus. Quare quantum potest
tantum contendat et elaboret S. tua ut San.mus
D. noster perspectis iis in quibus versamur periculis:
et eius quae nunc et quae postea erit eadem de causa
peccunia efferenda dimidiam partem perpetuo no-
bis condonet. Nos vero et Sancti eius hoc nomi-
ne multum debebimus et erga S. tuam gratos nos
et memores praestabimus. Datum Vilnae XVII No-
vembris M° D° Xl.°

Oratio domini de Granuela Oratoris Caesarei in Conuentu Vormatiensi 25 Nouembris 1540 die Sanctę Catherinę

In die sanctae Catherinae conuentum est rursum ad
postulationem dominorum praesidentium. Ibi dominus de
Granuela literis et mandato Cęsaris recitato in
hanc fere sententiam verba fecit.

Constare vobis satis iam opinor R.mi Ill.mi Specta-
biles Mag.ci etque Domini de indicto hoc celeberri-
mo Conuentu a Caesarea M.te et q non tantum indu-
bitata haec voluntas sit Imperatoris ut in hoc orna-
tissimo cetu tot doctissimorum et ornatiss.morum virorum
omnium ordinum et Statuum congregatorum de causa
religionis de resarcienda concordia et pace pub.ca
agatur sed etiam q diligenter prius examinata et
deliberata haec controuersia referri postea ad pro-
ximum iam indictum Conuentum debeat quidquid ab
utraque parte conuentum et decretum esset. Equidem
clementiss.mus Caesar cuius iussu et nomine mox
hic in initio orationis cogor hanc excusationem
absentiae suae Caesareae M.tis referre: vehementer
quidem exoptat huic praesenti Conuentui in
propria persona interesse: sed imperii curis
et his domesticis procellis et fluctibus negociorum
impedita fuit, et Ser.mus Rex Ferdinandus fr

Caesareae M.tis eius qui et antea in Haganensib9 actio-
nib9 aliquã partem horum negotiorũ ex volun.te et
mandato Caesareae M.tis in se recepit ac sustinuit non
grauatim iã simul ad tractationẽ hui9 causae hic
apparuisset: si non eius Regia M.tas ad necessaria
certaqz quedã negotia extracta et obligata modo
esset. Cũ autem Caesarea M.tas michi demanda-
uerit, vt in vices eius cũ amplissimis et honestiss.mis
mandatis modo exhibitis et recitatis succedere debeã
non licet vllã iusta ex causa etiã quantũuis impar
sim huic negotio Caesareã autoritatem defugere.
Incredibile vero est quanto studio, et quanto Ger-
mano amore erga Germaniã Caesarea M.tas flagret
summe exoptans illã his diuturnis etiã nunc ex-
tis dissidiis ac discordiis, in Ecclesias et resp.cas
palã grassantib9 liberatã. Nec michi de vobis huc
destinatis et congregatis vllũ est dubiũ, quin notũ
vobis sit et quisqz vestrũ penes se diligenter expen-
dat animo, in quanto discrimine et periculo res
et causa religionis collocata, et quã vehementer
opus nunc sit necessaria et stabili reformatione
Ecclesiarũ. Quod cũ ita sit, nichil perinde decere
vestrũ officiũ existimabitis quã vt his praesentib9
malis piis et Christianis consiliis eatur obuiã, et
simul praecludatur via ne latius serpant, et maio-
ra fortassis incommoda in dies accumulentur.
quemadmodũ enĩ in exorto incendio Ciuitatis, quẽqz
ex ciuib9 decet operas suas ad illud extinguendũ
conferre: Ita nos etiã hoc tempore in primis decet
manibus pedibusqz contendere, vt hoc cõmune
incendiũ extinguatur et resarciatur pub. ca haec
concordia, pax et tranquillitas, quã quidem ad

rim eam imitari vos debeat hic turbatissimus status et dissipatio rerum pub.carum, tum vero maxime singulorum vestrum animi accendi atque extimulari debent partim pietate ipsa, partim sacro sanctae fidei zelo: partim charitate in respub.cas. Ponite obsecro hoc in loco vobis ob oculos et cogitate saltem quantum adeo malorum et communium calamitatum ex eiusmodi discordiis et dissensionibus in tota usque Germania exortum sit et permanaverit. hinc enim illae caedes sunt, tot funera, et quod omnium miserrimum, profligata est religio, extincta charitas, et decus omne veteris et Catho.cae Ecclesiae. Nec quisquam est ita felici ingenio tantaque ubertate orationis preditus, ut haec mala omnia enumerare queat. Germania ante, et religione, et fide, et devotione, et omni virtutum genere laudatissima semper fuerit et tot iam mala et calamitates per annos nunc aliquot subinde exorta sint, summe dolet hanc ita degenerasse, et horum omnium Germaniam authorem haberi. Et profecto, nisi presenti et opportuno aliquo remedio hiis malis omnibus succurratur: non sic Cecias nubes quam calamitas calamitatem trahet et accumulabit.

Cum ergo Cesarea M.tas de controversia religionis et fidei nostrae hanc amicabilem et Christianam collocutionem ad inquirendam veritatem ad gloriam Dei instituerit, optandum plane est, ut afferantur huc animi non occupati cupiditate inanis gloriae et altercationum; sed Christiani moderati, habentes in conspectu Christum ipsum crucifixum. Nec dubitate, quin Christus ipse salvator noster expansis brachiis hoc ipsum a nobis omnibus petat, idem rogat et precatur Supremus Pontifex, augustissimus Cesar noster et Rex

Ferdinandus. Itaqz per viscera misericordiae, per passionem Christi, per autoritatem Imperatoris obtestor, ut tunicam domini undiqz laceratam atqz discissam resarciatis: memores 1. nominis Christiani in sacro sancto baptismate sortiti et inclitae huius nationis Germanicae vestrae. Quidquid enim malorum posthac et in posterum propter obstinatiam animorum et conceptarum opinionum, non restaurata concordia eventurum est, totum hoc quidem vobis ut autoribus imputabitur, rursus vero, si vos sancte, si modeste, si sobrie in hoc praesenti et maximo negotio gesturi estis: primum Deo et Ecclesiae rem longe gratissimam praestabitis; Deinde Caesaream M.tem summa vobis clementia et benignitate devinctissimam reddetis. Et Caesarea eius M.tas dabit operam ut ad proximum iam indictum Conventum, extrema manus his negociis imponatur. Reliqua quae ad moderationem huius controversiae spectare videbuntur, in processu causae dicentur.

Dixi.

Oratio R.mi domini Archiepi Feltren. Legati Apostolici habiti in colloquio Vormatiensi die octaua Decembris ad verbu ex ore dicentis excerpta

Dominus et seruator noster Jesus Ill.me Domine R.di
Mag.ci ac Nobiles viri fratres et maiores obseruan.mi
Dominus inqua et seruator noster Jesus Christus ob im-
mensa erga nos charitatem Deus homo factus cu
ad patrem omnipotentem oraret nedu pro his qui
crediderunt sed etia pro his qui credituri erant
precatus est vt omnes vnu essent sicut ipse in patre
et pater in eo. Mandatuq nouu hoc dedit discipulis
suis vt inuicem diligerent ea re omnes cognituros
esse q eius essent discipuli. Nihilq frequentius eoru auri-
bus inculcauit quam mutua beneuolentia mutuaq
charitatem. Vas etia electionis Paulus docuit nos
ante omnia habere charitatem q ea sit vinculu
perfectionis diligere proximu sicut se ipsu: et q in
hac omnis lex compleatur: et q in quib non exer-
ceatur charitas illi aberrantes in vaniloquiu con-
uertantur, et tanqua aes sonans ad omne opus bo-
nu inutiles reddantur.

Huius percepti fratres et domini amantiss.mi si me-
mores fuissem: profecto non tot dissensiones
non tot contentiones inter nos exortae essent
non eo tu res processisset vt a mutua charitate et
beneuolentia discedentes in apertiss.mas inimicitias
et acerbissimas contentiones incidissem: Non bella

sanctissima suborta fuissent detestandaque clades: nec vero tot animorum Christianorum dissidia nobilissimam hanc prouintiam in eum statum deduxissent, vt vix illam agnoscam quam ante annos xx.ti videram. Cui calamitati opem ferre cupientes nonnulli Romani Pontifices, nullis occasionibus, nullis precibus, nullis ad Conuentus Germaniae missis legationibus hoc efficere potuerunt, vt haec dissidia religionis tollerentur. Paulus autem Tertius Pontifex Max.s indicto ad Vicentiam libero et Christiano Concilio: illucque missis Legatis nihil proficere potuit. Cum enim illi duos illic Menses expectauissent et pauci admodum aduentassent: Concilium in aliud tempus et locum reiicere conatus est Ea tamen mente vt illud presente Cesarea M.te celebraret. Nuperrime vero Carolus quintus Imperator inuictissimus hoc Christianum colloquium veluti praecursorem quendam Deinde Ratisbonensem Conuentum instituit, vt salutare aliquod remedium morbo huic nimis inueterato afferret hic vt Sacrae Romanae Ecclesiae primogenitus et obediens filius, et propterea ipsius questor vocatus maxime optans hanc nobiliss.mam Prouinciam pacatam, et piissimam matrem suam agnoscere voluit. Mandante id etiam mihi Summo Pontifice vt vobiscum hic adessem, vtque ad ea quae pacis et reconciliationis essent hortator essem.

Responsum domino Feltren datum nomine utriusque partis per doctorem Iacobum Moguntinensem Scribam

R.me Domine: Illustris ac Mag.cus Sacratiss.mae Caesareae M.tis orator et Commissarius: item R.di Generosi. Nobiles. Spectabiles. et clariss. morum Rmorum pu Electorum caeterorumque Principum Consiliarii hic presentes audiverunt R.dae D.nis vestrae orationem. sane gravem. pia. Christiana. et libenter audiverunt. Et ob eam causam qua exhortati sunt ne desint suo officio. ipsi pollicentur vicissim et se exhibebunt ut videantur quesisse gloriam Dei et ea quae faciunt ad pacem et tranquillitatem Christianam. et ita se exhibebunt. ne videantur defuisse officio suo.

Annus domini
.1541.

[illegible]

[illegible]

Annus domini .1541.

Anno isto non fuerant Comicia in Regno acta

Et Rex tunc Vilnę morabatur

Sigismundus primus Rex Poloniæ Alberto Duci in Prussia Marchioni Brandeburgensi

Illustris Princeps, nepos noster char.mus. Ut proscriptionis Decretum a Cæsarea M.te induci possit, et antiquari, non minori nobis atque Ill.ti vestræ curæ est. Neque enim magis id illius quam nostra interesse videmus, ut id primo quoque tempore fieri queat. quare deliberatum nobis erat ad Cæsaream M.tem aliquem hac de causa legare, Sed quoniam verebamur, ut tempori venire posset, cum ante dies plus decem cœpta sunt Comitia haberi, quæ ne prius absolverentur, quam noster eo nunctius pervenerit, periculum esse videbatur. Litteras ea de re scripsimus ad Cæsaream, et Romanorum Regiam M.tes, et alios nonnullos, quas Ill.ri domino Georgio Marchioni, fratri Ill.tis vestræ Nepoti nostro charr.mo dari iussimus, quod si is abesset per nostrum eas cubicularium, reddi iis ad quos scriptæ sunt mandavimus. Recte sibi de nobis pollicetur, atque etiam de Serr.mo filio nostro Ill.tas vestra, non modo non esse nos impedituros illam in his quæ legittime fuerint per eam constituta sed authoritate nostra Regia et rata illa habituros, et si quis contra ea venire ausus erit defensuros ac uter alteri superstes futurus sit, solius est Dei iudicium. Sed si Ill.ti vestræ, cui longam incolumitatem optamus prius quam nobis, humanitus aliquid acciderit nihil est quod de nostro, erga Ill.tis vestræ Coniugem et liberos suos animo dubitet. Nos officio nostro Principi

feudatario nulla sumus in re defuturi. Nam hoc quod scribit Ill.tas vestra nobis firmiter est persuasum nihil eam nisi legittime, et officiose facturam atque omni diligentia prouisuram, ut suorum rationibus ita consulat, ut nihil interea de Iure nostro, successorumque nostrorum detrahat.

De die quam finibus regundis praefinimus, sententiam nostram nobis mutare integrum non est, absentibus nunc Magni Ducatus Dni nostri Senatoribus, de quorum consilio diem hunc statuimus. Simul atque vero ii reuersi fuerint, cum illis una deliberabimus, possit ne alius dies paulo aut celerior, aut tardior finibus regundis constitui. Quod si illis ita visum erit, faciemus Ill.tem vestram certiorem. Sin autem nihil mutandum existimauerint, nos quoque in sententia permanebimus.

De Elbingensibus, nihil aliud quam seruari pacta volumus, in quibus expresse cautum est eos tantum a Dominis suis repeti posse, qui biennio ante proxime gestum bellum se subduxissent.

De portu quoque nauigandi clare perscriptum est liberam esse per eum debere nauigandi potestatem citra ullam exceptionem.

De profugis credimus nos quidem mandasse suis Ill.tem v. ut ne receptum eis darent, verum dominis eos suis restituerent. An autem dicto illi audientes fuerint, dubitare nos fecerunt, frequentes postea nostrorum de colonis suis retentis querimoniae. Porro num diligentiores futuri sint officiales Ill.tis vestrae in mandatis illius exaudiendis, quam adhuc fuisse videntur, res ipsa declarabit, et nos et Ill.tas vestra magna erimus utrique molestia liberati.

De annona nihil aliud quam quod in pactis est postulamus, quibus ut satisfiat aequum esse censemus. De moneta quae scripsit Ill.tas vestra, ea in Comitiis, quae proxime in terris nostris Prussiae habebuntur cum earum Consiliariis

communicabimus ac eorum hac de re sententia cognita nostram quoque Ill.ti vestrae aperiemus.

De appellationibus, a quibus ad quos eas fieri, et legibus cautum et moribus receptum sit, neque nos ignoramus, neque V. Ill.tem clam esse putamus. Sed Gedanensium tamen causa quemadmodum se habeat, scriptis ad eos litteris cognoscemus quibus etiam ut Jus dicant subditis Ill.tis vestrae, hiis quas illis mittimus litteris mandamus. Bene valeat Ill.tas vestra, et sit felix. Datum Vilnae XX Die Mensis Januarii. Anno domini M D XL I. Regni vero nostri XXXV.o

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis Ducis Prussie

Rn.di Generosi, Nobiles, famati sinceri et fideles dilecti. Quae de appellationibus queruntur S. et f. vestrae, et si quid de his et legibus cautum, et moribus est receptum. Neque ipsi ignoramus, neque S. et f. vestras clam esse existimamus. Scripsimus tamen ad Consules Gdanenses subditos nostros, ut hii dent operam, ne quis iuste de non administrata sibi iustitia per eos, coram nobis queri possit, et quemadmodum causa ista se habeat nobis perscribant.

De re monetaria scripsimus copiosius Ill.ri Principi Domino Alberto Duci Prussiae nepoti nostro charissimo etc. S. vestrarum Domino, totumque negotium ad proxime futura Comitia Terrarum nostrarum Prussiae reiecimus. Quod proscriptionem attinet, de ea abroganda ad Caesaream et Romanorum Regias M.tes accurate scribi litteras iussimus, quibus proficii aliquid posse speramus, uberius omnia S. et f. vestrae

ex his quae ad Ill.mum Principem et Do. eam scripsimus cognoscent. Datum Vilnae Die Mensis Januarii M.D.xli°.

Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniae ad Conuentum Terrarum Prussiae data Paulo Plothowski Ppto Varmien.

SAlute dicta et gracia Regia ac fidei litteris oblatis Orator in hanc sententiam verba faciet.

Cum toties iam admonuerit S. M.tas Regia de periculis et discriminibus quae non Regno maiora quam ipsis Prussiae terris impendent atque vna rationem vt inirent D. vestrae postulauerit qua communia pericula communibus et coniunctis viribus propulsari possent: Satis mirari non potest nondum ea se persuadere potuisse quae non ad priuatam ullam S. M.tis eius, sed ad pub.cam terrarum istarum vtilitatem pertinere videntur. Quid enim aliud proximis superioribus Comiciis effectum est quam quod in hoc Mensis Maii Comicia extracta est de rebus tantis consultatio, atque id propterea quod quibus litteris conuentus edicebatur ea paulo sunt serius reddita quam quidem excusationem accipit Sacra M.tas Regia, sed veretur tamen si diutius cunctatum sit, ne quid ex eo cum reliquae ditiones eius M.tis, tum terrae istae Prussiae detrimenti capiant. Noui enim et maiores motus indies existunt, ac ingentes apud vicinos procellae, tempestatesque excitantur. Qui sit Regni Hungariae status, notius est, quam vt a me differi pluribus oporteat. verendum est, ne pro dolor illud eueniat, quod dixit veritas. Omne Regnum in se diuisum desolabitur. Quod Saeuius arma Turcarum quieuerunt, factum est id tum quod serius Caesar de morte Ser.mi

Regis Joannis redditus erat certior tum quod minus commodum fuit anni tempus ad arma capienda, in ea vero quae proxime impendet aestate magni sunt in Hungaria motus expertimescendi. De qua si quid factum sit quod Deus omen avertat, quis est qui non videat, quantum inde sit ad omnes S. M.tis Regiae ditiones periculi redundaturum. Neque vero ex sola illa parte Regno est metuendum, sed multo magis etiam ex Valachia, in qua cum occisus nuper sit Satrapa, qui fuit a Turcarum Caesare collocatus, gravem sibi terra illa Caesaris iram conflavit, quae cum ab Hungaris nihil possit hoc tempore praesidii expectare, quorum nimio plus implicata nunc sunt negotia, neque aliunde spes aliqua auxilii ostendatur, facile quivis perspicere potest, eos ad Turcarum impetus sustinendos pares non esse, ita ut grande sit periculum, ne pro Valachis Turcas iam vicinos habeamus. Quae cum minime contemnenda videantur, etiam atque etiam hortatur D. vestras Sacra M.tas Regia, ut ne expectent quoad in terras istas Prussiae Turcae impressionem faciant, sed dum abest adhuc paulo longius periculum, viam et rationem excogitent, qua coniunctis cum Regno viribus propelli queat. Non est quod existiment D. vestrae ipsas per se Regni vires sufficere ad fines contra tam potentem totius Christiani nominis hostem tuendos, et impetum illius reprimendum. Est hoc quidem divina vis, ut nullo armorum et exercitus terrore opposito, nullis collatis signis quamlibet etiam et fortes et numerosas copias ad internitionem delere possit, tantum abest, ut parva manu idem efficere nequeat. Sed si quis ipsas per se vires humanas expendat, nullae tantae sunt unius alicuius Principis Christiani, quae satis esse possint ad frangendum Caesaris Turcarum potentiam, et ad ea quae impendent ab eo pericula propulsanda.

Quod si itaque ipsa M.tas Regia omnes Regni sui opes

minime sibi suffecturas arbitratur ad fines contra tantos
hostes tuendos. Considerent iam D. vestrae quid futurum esset
in terris istis Prussiae, si solis illis, quod Deus omen obruat
Regni destitutis, tanta esset vis tantus hostium impetus exci-
piendus. An non conducibilius multo est integris Regni vi-
ribus suas, ut ergo cum eo vires terrae istae coniungant, et foris
potius bellum gerant si necessitas postulet, quam ut de aris et
focis, de fortunis omnibus, de vita denique ipsa ultimum in
discrimen vocentur. Est in ore omnium, Imperatoris cuiusdam
factum, qui quos oratione non poterat, vafro quodam consilio in sen-
tentiam suam pertraxit. Duos enim in conspectu omnium consti-
tuit equos, fortem unum et validum, infirmum alterum et imbe-
cillem. Ac validi quidem illius caudam ab imbecillo sene
paulatim carpi: infirmi alterius a iuvene qui fuit insi-
gni robore universam simul convelli iussit. Ac senis quidem
confectae manus dum singulos pilos extrahunt, nullo ne-
gotio ministerium sunt executae. dum interim robusti illius
adolescentis dextera universam simul caudam evellere cu-
pientis irrito se labore fatigat. quid aliud hoc exemplo calli-
dus Imperator significare voluit quam coniunctas multorum vires
etiam a potente hoste non facile superari. Quod si multo
alius imbecillior partes aggrediatur, et singulas seorsum provin-
cias subiugare sibi contendat, multo citius voti potiturum.
Neque dissimile fuit illius factum, qui cum octoginta filiis relictis
ex corporis diversorio, aeternam sibi in domum migrandum esse
videret, iaculorum fasciculum in medio poni, et ut cum ordine
singula frangere conarentur iussit. quod cum eorum nemo,
quamlibet validus et robustus praestare posset. Senex ipse
iam capularis, omnibus corporis viribus destitutus, alte-
rum quod aiunt pedem in cimba Charontis habens, accepta
singula iacula facile confregit, atque hoc illos exemplo admo-
nuit, ut semper inter se coniunctis essent voluntatibus et

viribus ita eum inuictos fore. Disiunctos vero et dispersos neqz mutuum se iuuantes, cuiuis eos predae oportunos futuros, et facile sub hostium imperium subiunctos iri. vel iis itaqz exemplis prouocari D. vestras oportet, ad coniungendas terrarum harum Prussiae cum Regno vires. Neqz est quod existiment aliquid hac ratione iuribus et priuilegiis suis derogatum iri. Nam vt vna hirundo non facit ver, vt est in prouerbio, ita si semel aliquis de iure suo concesserit nonnihil, magis adeo vel amore erga Principem suum vel publica necessitate cogente, quam q(uo)d ius suum desertum velit, non statim ius et priuilegium suum amisisse dicendus est. Deinde vero verum est illud quod dici consueuit, necessitas frangit legem, omnes leges omnia iura et priuilegia ad vtilitatem Reip.cae referri oportet. quae si mordicus retenta, damna datura sint: concedi aliquid de Iure quandoqz praestat. Nemo enim leges legum causa, saluas esse vult, s(ed) reip.cae Itaqz in bene institutis rebus publicis, viri quiqz prudentes. nisi in pace quidem iuribus, Priuilegiis, consuetudini: In bello soli vtilitati parendum esse censuerunt, et semper ad nouos casus temporum, nouorum consiliorum rationes accomodauerunt, potius est pro vna vice de Iure suo nonnihil concedere, q(uam) nimia tuendi illius pertinatia non modo de Juribus et Priuilegiis, verumetiam de fortunis omnibus, de incolumitate, de vita denigz ipsa in dubium venire. Cum igitur D. vestrae perspiciant, non iam Regni solius, verumetiam harum Prussiae terrarum rationes postulare vt commune incendium communibus viribus restinguant, vt omnes opes suas et copias cum Regni opibus et copiis terrae istae coniungant, si qua maior vis quam procul Deus avertere dignet(ur) Regno impendere visa fuerit. Hortatur D.nes vestras Sacra M.tas Regia, atqz ab illis postulat, vt inter se consilia communicent, ac rationem inueniant, qua vnitis viribus hostis immanitati potentiaeqz resisti posset. Considerent D. vestrae, cum si quid huic terrae accidat, omnes Regni opes ad eam tuendam

convertantur an non aequum sit parem illi gratiam referri si potentior id hostis adortus sit, quam cuius impetum suis Regnum viribus propulsare possit? Iniquum certe foret ac impium, eos periclitantes deserere quorum saepe in tuendis terris his strenuam D. vestrae ope atque opera usae sunt. Deinde vero Regi suo et domino non adesse, de Regno deque fortunis omnibus dimicanti: Cogitent D. vestrae quam id a virtute omnium nobilitateque futurum esset alienum, quare ut in eam sententiam inclinent. Hortatur Sacra M.tas Regia, ut coniungendas suas cum Regno vires censeant si quae ferat necessitas.

Neque hoc dicat aliquis, non habere terras has, unde subsidii ferant aliquid: cum ex omnibus provinciis quae subsunt S. M.ti Regiae non sit alia ulla, quae belli nervis magis abundet. Multo minus autem audiendus est, si quis non tantam adhuc vigere necessitatem dicat, ut aliquid a D. vestris contra iura et consuetudines terrarum istarum sit postulandum. Potest enim hoc de Regno deque terris istis dici. Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. Cum itaque omnis undique vicinia bellorum incendiis ardeat, cum tota Valachia permagna Hungariae pars in Turcarum potestate sit, num expectandum est, dum in Regnum ipsum Poloniae Turcae se immittant. Atque sera tum futura esset de propulsando periculo consultatio. Aliquanto enim ante dum in tranquillo res sunt providere oportet, ut ne quid impendentes procellae et tempestates calamitatis adferre possint. quod si tuta etiam essent in Regno omnia, non ignorant tamen D. vestrae, quam non desint in ipsa Germania, qui terris istis Prussiae inhiant; quorum nefarii conatus, ut prohiberi queant vel hoc solo nomine, quam maxima conferri pecunia opus est, quae ad omnes subitos casus scribendi militis facultatem suppeditare queat.

Tenent procul dubio memoria D. vestrae, cum esset nonnihil in terris istis pecuniae collectum, quanta fuerit eius utilitas

quo tempore de Regno Daniæ dimicabatur, cui¶ rei nisi missa esset ea in subsidium fortasse minus ferendum vicinum terræ istæ fuerant habituræ. quo tempore fecit Sacra M.tas Regia vt ex suo etiam fisco aliquot millia in subsidium Regi mitteret, quo possent terræ istæ in tuto conseruari et nunc itaq3 danda erit opera vt quam maxima pecunia confici queat, qua liceat impendentia pericula propulsare.

De moneta egit S. M.tas Regia per Oratores suos cum Ill.mo D. Duce Prussiæ, cuius responsum D. vestris descriptum mittit, atq3 ab illis postulat, vt collatis inter se consiliis, quid porro faciendum sit S. M.ti Regiæ significent. Nam quod visum erit D. vestris quod quidem ex vsu terrarum istarum esse possit, S. M.tas Regia non grauatim est factura.

Grauate fert idem Ill.mus Dominus Princeps Prussiæ a suo tribunali, ad S. M.tem Regiam nonnunq3 prouocari. Non ignorat S. M.tas Regia iure feudi ita esse constitutum, vt a vasallo ad D. Feudi semper appellare liceat, multoq3 id sibi grauius esse ferendum censet, de authoritate sua non parum detrahi, per Ill.mum Principem dum prohibere conatur eius Ill., ne qua fiat a se ad S. M.tem Regiam quæ est superior dominus appellatio. S3 nihil tamen de tanta re statuere vult ipsa M.tas Regia, nisi prius D. vestrarum sententias exploratas habuerit. A quibus postulat, vt pro fide quisq3 et officio suo quid ea de re sentiat libere dicat, et quod aut omnibus vno ore, aut maiori parti visum erit de eo S. M.tem Regiam D. vestræ reddent certiores.

Quæ autem de re monetaria, deq3 appellationibus scripsit ad S. M.tem Regiam Ill.mus D. Dux Prussiæ, ea ita vt scripta sunt ad me misit, vt ea vestris D. legenda darem A quibus consilia conferri cupit, quid sit Ill. eius litteris respondendum.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Paulo Plotowski Ep[isco]po Varmiensi

Venerabilis devote nobis dilecte. quandoquidem iste mos est terrarum nostrarum Prussiæ. ut Margemburgi, et non alibi Comitia habeantur verno hoc tempore. nisi legittimum aliquod impedimentum occurrat, Mariemburgum D. tua proficiscetur legationem nostram obitura. et non Graudentum atque ad ea quæ in instructione conscripta habet. addet etiam hæc quæ in sceda presentibus inclusa D. tuæ conscripta mittimus. ante eum qui est de moneta articulum. fact. pro gracia nostra. et fide atque officio suo. Vilnæ XXV. Aprilis. Anno M D XL I

Etsi autem S. M.tas Regia pro conservando in Regno Daniæ Rege. et pro harum terrarum securitate et pace stabilienda. plurima supra id quod ex his terris collectum fuerat superioribus annis impendit. nihilo tamen secius novissime tributa peccunia in usus harum terrarum. si qua ingrueret necessitas. in thesauro reposita habet. cuius cum vidisset calculum. eamque esse summam. quæ expectationi M.tis eius et pro imminentibus propulsandis periculis longe ex æquo non responderet. quo illa ad reprimendos incursus fieret auctior pro solicitudine qua gerit in subditos suos omnes prospicere illis cupiens. fore necessarium existimavit. priusque hostis fores pulset ut iterum non exigua colligatur peccunia. quæ repositæ accederet, unde in omnem eventum. si qui motus subito hostiles sentirentur. maturius atque oportune miles conscribi. et a finibus

inimica manus propelli longius posset. cum hoc modo sint tempora, in quibus non sit tutum Christianis nedum infidelibus credere, quando inter ipsos etiam Christianos reperire licet qui non quod iustum est, sed quod quouis animo suum reddere possint vel dolo, vel armis affectant. Neque tunc prodessent pro comparando belli neruo consilia, quum iam hostes obsideret hostis. Porro ne quis causari possit, ob id hoc tempore non conuenire, vt in commune quid exigi deberet, eo quod modo rerum ad victum pertinentium penuria esse dicatur. Is perpendat maiorem futuram indigentiam, si quis hostis imparatos oppletaque hostes horrea circumueniat. Neque est quod dicatur, semel atque iterum tributum esse pecuniam, quando quidem a multis annis duriora et magis periculosa non fuerunt tempora, quod cogit necessitas leges cohibere nequeunt. Satius est tempestiuius quam serius futuris prospicere. cum presertim ingens nunc sit in Hungaria Thurcarum exercitus, qui periculum est, ne Buda iam sit potitus quam si semel quod absit nactus fuerit, non facile sibi eripi pacietur, ac magnam essent habituri Thurcae ad res contra Christianos bene gerendas, et ex sententia sua conficiendas oportunitatem, Neque tam Regnum quam terrae istae Prussiae magnum discrimen effugere possent, cum et in Valachia alteram iterum Palatinus est interfectus, et restitutus a Caesare Thurcarum, is qui prerum extorris erat factus Petrus qui hostili semper fuit animo, erga S. M.tem Regiam, vt ex illa quoque parte finibus Regni sit metuendum.

Quod si obiiciat aliquis, non redditam esse priorum collectionum ab exactoribus rationem, neque sciri qui, vel quantum quisque dederit, quiue a tribuendo immunes fuerint, ob idque quod non ex aequo res gesta nonnullis videatur, molestum esse exactionem iterum admitti. Meminit S. M.tas Regia, vt recte omnia fierent, vtque omnium perceptorum ratio poneretur, non semel datas esse ad exactores litteras,

datur, atq; est in posterum senerioris ut omnino dominis Consiliariis de perceptis ab exactoribus ratio reddatur qua certo constabit perceptorum calculus et modus, neq; sinet M.tas Regia, ut temere aut per errorem deinceps negligentia similis committatur. Ac ne hoc gratuito tributo se quisq; grauatum conqueri possit, facit ptatem M.tas Regia statuendi D. vestris, quando et Nobiles passim coquunt ceruisiam, et a coctione istiusmodi quemadmodum nouissime factum est, ut ipsi contribuant quae Contributio nulli seorsum erit oneri. Siquidem communiter omnes qui hunc coquunt potum coq; utuntur attinget, qui si carior erit, non modo nihil incommodi, sed hoc insuper inde commodi sequetur, q magis erunt homines sobrii, atq; in suis negotiis studiosiores et laboribus, sicq; reip.cae tranquillitati ac securitati consuletur, erunt ad manum semper futuri sint qui retundere possint impetus hostium repentinos. Dabit etiam operam Sacra M.tas Regia, ut provideri possit, ne quemadmodum ex proximo Conuentu Graudentino scriptum accepit incursiones ex Regno, et violentae rusticorum profugorum in his terris rapinae fiant, sed ut inde repetantur

De assessoribus deq; aliis rebus de quibus S. M.ti Regiae supplicatum est, nihil aliud q; q.d decet faciet S. M.tas regia: constitutiones terrarum harum Prussiae confirmabit: nihil in iudiciis vi fieri aut armata manu permittet, sub poena a D. vestris statuenda, cui huiusq; sortis sit aliquis eum solidam iustitiam consequi volet atq; ut ii qui in iudiciis praesunt, sententias libere pro cuiusq; causae aequitate pronunctient. Deniq; qualem se praestitit adhuc Ser.ma M.tas Regia talem deinceps quoq; se praestabit, neq; ullum boni Regis et Principis officium in se requiri patietur.

Sane cum in his omnibus adeo clementem se et indulgentem D. vestris S. M. Regia exhibeat, persuadet sibi eas non

dentius cunctaturas quin huic necessariæ et omnibus communi:
ter ad pacem et temporum tranquillitatem retinenda salubri
Contributioni velis et remis intendant.

De tempore quo statuenda sit Contributio, videtur S. M.ti
Regiæ, ut a proximo die festo S. Martini incipiat duratura
ad aliud festum eiusdem sancti Martini insequentis, atque ut
nemo cuiuscunque status aut ordinis fuerit in his terris, ab hac
constituenda Contributione immunis fiat, verum ex æquo
in omnes decernatur.

Ad hunc usque locum publice dicet omnia. Cætera de mone:
ta deque appellationibus coram solis dominis Consiliariis
aliis exclusis, quos etiam admonebit nostro nomine ut pro:
videant, ne qui novi motus in religione oriantur.

Peruenit ad aures nrás esse officinam Chalcographicam in Ci:
uitate nostra Gedanensi. Attendendum itaque erit diligenter,
ne quæ in ea excudantur, quæ ad veterem fidem et reli:
gionem labefactandam pertinere videri possint.

Epi, Palatini, Castellani, Nunctii Ciuitatum ex Conuentu Prussię Sigismundo Regi Polonię

Ser.me potentiss. necnon Rex et domine domine clementiss. mo Deuotiss. morum obsequiorum nostrorum, in gracia Sacrae M.tis vestrae humilem comendationem. Nunctius Sacrae M.tis vestrae in his Comitiis post recitatam pub.cam legationem retulit ad nos iussionem M.tis vestrae, vt collatis inter nos consiliis significaremus quid censeamus respondendum Ill.mo Domino Duci Prussiae, recusanti in ponendo malleo monetario M.tis vestrae, et Ciuitatum ei subditarum exempla sequi, ac prouocationes a tribunali suo ad M.tem vestram admittere. quibus in rebus cum cupiamus fideliter pro nostro officio, vestrae M.ti consulere, primum rationes Ill.mi Domini Ducis, quibus in recusanda cessatione monetandi niti videtur, contulimus ad pacta, quae inter M.tem vestram, et ipsum interuenerunt, putamusque concedendum esse eius Ill.ti, quod Priuilegia quidem illius quęcunque vel ex vetustate renouata, vel recenter concessa sunt de potestate cudendi monetam perpetua sint. Rationem vero monetandi, quae in proportionibus grani et ponderum consistit, ac ad reruenenta vsumque publicum exigitur, neque perpetuam neque constantem esse posse, sed tantisper valere et ferendam esse, dum cum vtilitatibus reip.cae congruit. Non enim ad eum qui cusori cedit prouentum sed ad commoda vel detrimenta publica eas res accomodari oportet, quemadmodum et Priuilegia omnia, si vicinorum aut reip.cae calamitatem secum trahunt, constare sibi non possunt, sed tamdiu vtendi illis facultas adest dum in publicam iniuriam vsus ipse non reciderit, quis enim ferat

habentem fluminis aut vectigalis ius, si hostem in patriam transferat, aut vicinam ripam traiectu illi concedat.
Cum vero Ill.mus D. Dux in hac monetae constitutione communem nobiscum operam sumpserit ac consiliorum confoederatione omnia quae ad has rationes pertinent cum M.te vestra et nobis tanquam ad unam ditionem pertinentibus transegerit, neque sibi in hac deliberatione quicquam proprium servaverit, consequens utique est, ut quemadmodum pro publica utilitate res constituta est, ita eam dissolvi oportere, si fuerit compertum perniciem publicam inde nasci, nec aequum est in hac consiliorum societate, cum potior pars privatam utilitatem publicae postponit, alteram adversari, et sua tantummodo commoda metiri, publica negligere. Compertum itaque cum sit, quod perniciosa sit toti Regno monetae tanta multiplicatio et cudendi nulla intermissio, quod ipsi quoque domino Duci non potest esse non perspectissimum, consilium hoc nobis potissimum videtur, ut M.tas vestra misso ad illum nuncio, vel per litteras iterum eius Ill.ti declaret, quantam cladem non solum inclito Regno, eiusque subditis, sed etiam ipsiusmet aerario iam forsitan ex praesenti commodo feliciori, terrisque eius illa immoderata monetae copia olim sit allatura, eumque placide hortetur, ne solus ipse desciscat a communium consiliorum foedere, sed potius vestrae M.tis, ac caeterorum Consiliariorum iudicio se attemperet, in hac mallei positione donec de commodioribus monetandi modis ordinatio fiat, salvis tamen ipsius Ill.tis Iuribus et Privilegiis omnibus, quibus hac mutua consiliorum communione nihil derogabitur. quod si M.ti vestrae voluntati non obtemperans obstinax esse perrexerit, non est quod amplius consulamus, neque enim debemus docere M.tem vestram, quem in modum se erga Principem suum feudalem gerat.

In altera quaestione de deferendis appellationibus a tri:

bunali Ill.mi Do: Ducis ad iudicium M.tis vestrae aliquanto perplexius esse videtur consilium. putamus autem plus rei difficultatem qz quid in Iure sit expetendum esse, nequaqz enim citra magnam animorum acerbitatem continget, si Principis sententias in ambiguitatem revocare cuivis licebit, coganturqz subditi domini Ducis in Regnum ipsum sequi Iudicia cum moribus eorum minime convenientia, quod affirmabunt etiam contra exemplum Germanorum Principum fieri non ~~subsistentium~~ sustinentium preter ipsorum personas, quenqz ad Caesarium Tribunal trahi. Quod si pacta quoqz inter M.tem vestram et dominum Ducem disquirimus, non reperimus solidi quicqz, quod proprie huc pertineat. Cum enim de actionibus inter se Principum, ac aliorum adversus Principum personas satis exacte omnia sint in leges redacta, de subditorum mutuis actionibus in medio relictum est, nec aliud dispositum qz quod communes habent leges quenqz coram suo iudice esse conveniendum, ut appareat in hoc casu nihil a consueto mutandum placuisse. Si enim secus inter partes convenisset, maxime id fuerat exprimendum. Deinde inter ipsas pactorum leges pugnantia quaedam sententiarum reperitur, quas par magis est ipsa M.tem vestram interpretari, qz nostro arbitrio declarationem accipere, in ipsis nempe infeudationis litteris post terrarum castrorum et Civitatum ipsius Ducatus inscriptionem ita subditur similiter una cum omnibus et singulis eminentiis Iuribus et pertinentiis universis, nullis exceptis, sicut eiusmodi terras priores Magistri generales, et idem ordo habuere et usqz ad presens nuperrime gestum bellum, usu et fructu tenuerunt, in posterum perpetuo et haereditarie in commune et individuum feudum, tenendas, habendas, fruendas, utendas et possidendas, quae verba pura quidem sunt ac longe patentia, quibus non dissimilia videntur, quae articulus XXIX initae pacis continet. Porro astrictiora sunt,

quae articulus xii habet ita loquens. Debet Regia M.tas Marchionem Albertum, suos haeredes, et omnes incolas suprascriptarum terrarum Prussiae in omnibus Privilegiis huic transactioni et superioritati Regiae non repugnantibus conservare etc. Superioritatis mentio, an etiam ad Jurisdictionem sit trahenda, an ad pristinos tantum dominos referenda non facile fuit nobis discutere, quamquam in hac varietatis collatione, multis firmiora videri poterunt, quae facta scribuntur quam de quibus fiendis in futurum convenitur. Certe apud vulgare iudicium minus patebit calumniae, si quod simpliciter prolatum est servetur quam si his quae dubia astrictioraque, ac a caeteris dissidentia sunt inhaereatur, quod ipsum nos quoque pro dignitate M.tis vestrae, et Regii decoris amplitudine, potius sequendum existimamus. Haec pro nostra erga M.tem vestram fide et debito, in his quae consultanda inter nos proposuit, visum est, non tam consulere quam Regio prudentiss.mo que ipsius Judicio discutienda offerre, cupientes nostra devotiss.ma studia semper probari S. M. vestrae, cui nos ut domino nostro clementiss.mo humiliter comendamus precamurque ei a Domino Deo vitae incolumitatem, et rerum omnium felicitatem provectiss.ma. Datum Mariemburgi ex Conventione generali Die xv. Mensis Maii. Anno Domini M.o D.o xl 1.o

Fideles et devoti Capellani et S.res Praelati Palatini Castellani, Succamerarii Terrarum Civitatumque Nuncii ac caeteri S. M.tis vestrae Terrarum Prussiae Consiliarii. Mariemburgi in Conventione generali pro festo S. Stanislai congregati

Sigismundus primus Rex Poloniæ Carolo quinto Imperatori Catholico

Ser.ma etc. Menses iam aliquot intercesserunt, cum nos ad M.tem vestram scribere meminimus, atque ab ea magno studio contendere, ut proscriptionis decretum contra Ill.rem D. Albertum Ducem Prussiæ, Marchionem Brandenburgensem, Nepotem nostrum charissimum latum induci vellet et antiquari, quod parum esset dignum ea coniunctione et amicitia, quæ vetus nobis cum M.te vestra est constituta, multis etiam propinquitatis vinculis magis atque magis colligata et corroborata, proscriptum esse eum, qui et in fide nostra est, et cum a M.te vestra minime alienus, tum nobis arcta est necessitudine coniunctus. Ad hæc ita nobis tum M.tas vestra responderat, sibi nisi in Comitiis cadere quicquam statuere, integrum non esse, sed cum primum esset habitura Comitia, curæ sibi petitionem nostram futuram. Cum itaque certiores facti simus hoc tempore Comitia Ratisbonæ haberi, esse M.ti vestræ in memoriam ea revocanda duximus, quæ illi superioribus Mensibus de abrogando proscriptionis decreto scripseramus. A qua maiorem in modum petimus, ut petitionis illius nostræ, quod se facturam receperat, rationem hoc tempore habere velit, atque odiosum istud proscriptionis decretum a non suis iudicibus latum circumduci iubeat et rescindi, quandoquidem nullam Iurisditionem habet Iudicium Cameræ M.tis vestræ Imperialis in vasallum nostrum, in eum qui in fidem nostram Regnumque Poloniæ concessit. In qua maiores eius antequam rebelassent,

nonnulli semper fuerunt. De quo mirari quidem nos satis non possumus, quod tantum sibi sumpserit, vt contra eos qui nostri sunt, et non alterius cuiusquam Juris et potestatis, sententiam ferre non dubitare, ipsius M.tis vestrae iudicium facimus, si quisque moliri vellet aliquid contra eum qui et vasallus noster est, et sororis nostrae filius, num nobis illi deesse liceret? aut non omnia nos potius agere, oporteret pro Feudatarii Principis officio, vt eum a vi et impetu cuiusuis sarctum tectum conseruare possemus. Sed nobis tamen nihil aeque curae fuit vnquam, atque vt non modo retinere possemus, constitutam nobis cum M.te vestra necessitudinem, verum etiam maiore indies cumulo augere. In quo nostro erga illam officio permanemus, neque sumus ab eo vnquam discessuri. Iterum atque iterum M.tem vestram rogamus, vt quo nos erga se animo esse videt, eundem erga nos vicissim suum in hac petitione nostra declaret. Erit hoc aequitatis et iustitiae M.tis vestrae a non suis Judicibus latam sententiam rescindere ac ad veterem inter nos et maiores vtriusque nostrum mutuam coniunctionem non poenitendis accessionibus augendam et amplificandam plurimum pertinebit. Datum Vilnae XXII Januarii, Anno Domini M D XLI° Regni nostri XXXV°

Ferdinandus Romanorum Vngarie Bohemie Rex Carolo V.° Imperatori fratri suo

Ser.mo etc. Institit apud nos magno studio Ser.mus Princeps Dominus Sigismundus Rex Poloniae, frater et affinis noster charis.mus, medio Orator(is) sui ad M.tem et dilectionem vestram destinati, vt quoniam ante aliquot annos Ill.mus Albertus Marchio Brandenburgensis proscriptus esset a iudicio Camerae Imperialis, et pro ea proscriptione rescindenda, ipse Rex Poloniae, tam apud M.tem et dilectionem vestram quam apud nos multoties iam egisset: sed tamen causa ipsa semper in Comitiorum tempus reiecta fuisset, vellemus nunc tandem id negotii apud M.tem et dilectionem vestram promouere. Ratione enim ipsarum terrarum Prussiae satis iam Christiani sanguinis profusum esset et eam causam pro ipsius voto terminando, non solum commodum rei Christianae prouideretur, verum prouideretur etiam per id, ne quid exinde damni, et incommodi, ad vtriusque nostrum liberos perueniret. Cum itaque nos pro Christiani Principis officio, effusionem Christiani sanguinis praecauere maximopere semper cupiamus, et preter ex quo cum Ser.mo Rege Poloniae tot et tam strictis necessitudinibus, et sanguinis vinculis obstricti sumus, adeo vt Ser.mus Princeps dominus Sigismundus secundus Rex Poloniae, non alius sit quam filius noster, facile existimauimus ad nos quoque vna cum Ser.mo Rege Poloniae pertinere vt omnibus viis et modis pro nostro paterno affectu prouideamus, ne communes vtriusque nostrum liberi aliquid detrimenti sustinere cogantur.

quod procul dubio fieret, si aliquis in terris Prussiae tumultus et armorum strepitus excitaretur, quamobrem nos paterno erga liberos affectu ducti praeterquam q etiam Ser.mo Regi Poloniae impense semper gratificari, illiusq3 votis, quoad rationes nostrae patiuntur, satisfacere cumprimis optamus. M.tem et dilectionem vestram etiam atq3 etiam rogamus, velit praefatum Ser.mi Regis Poloniae oratorem pro solita sua clementia benigne non solum non audire, sed etiam in ipso negotio Prussiae eaq3 nos comones liberos nostros concernente, ita sese exhibere ut nullo periculoso negotio implicentur, sed reuocata quantum fieri potest proscriptione illa, quietem et tranquillitatem in terra Prussiae ad eos aliquando prouentura consequatur. quodquidem si M.tas vestra efficiet, sicuti eam pro suo erga nos liberosq3 nostros amore esse facturam valde confidimus rem nobis cum omnium gratis.ma faciet, tum etiam pro praesenti rerum nostrarum statu valde utilem et proficuam. Sicuti M.tas et Dilectio vestra pro sua summa prudentia per se facile considerare potest.

Praeterea et hoc a M.te et dilectione vestra petimus fraterne, ut in negociis Ser.ma Do. Bonam Reginam Poloniae etc. sororem et consanguineam charis.mam concernentibus, per nos eidem M.ti et Dil. vestrae, et per litteras, et per nunctios nostros iam aliquoties commendatis. De quibus idem Orator denuo apud M.tem et dilectionem vram tractare in mandatis habet, sese ita gerere dignetur, ut ipsa Ser.ma Regina plane cognoscat, commendationes nostras sibi apud M.tem et dilectionem vestram multum profuisse. In quo nobis M.tas et Dilectio vestra rem similiter gratis.ma faciet, erga se omni fraternae beneuolentiae studio, una cum ipsa Ser.ma Regina promerendam.

Caeterum M.tem, et Dilectionem vestram q3 diutis.me ac felicis.me valere imperareq3 optamus. Nos firmo ipsius amori et beneuolentiae etiam atq3 etiam comendamus. Datum Viennae XIX Aprilis MDXLI.o

Sigismundo primo Regi Polonię Carolus V. Romanorum Imperator

Ser.me Princeps frater et consanguinee noster charis.me
Redditę sunt nobis ab vestra Ser.te binę litterę quibus et de
rescindendo in his nostris et Imperii Comitiis Decreto Banni
Prutenici nos adhortatur, et Regni Hungarię defensionem,
ac Ser.mę Principis Dominę Isabellę Reginę Vngarię
viduę Ser.tis vestrę, ac tanquam nostrę filię charis.mę ratio:
nes nobis commendat, Nos quidem Ser.me Rex, si dubita:
remus actiones nostras Ser.ti vestrę notas esse, pluribus ver:
bis uteremur ad ea commemoranda, quę cum pub.ci boni cã
tum vestrę Ser.tis gracia prestitimus, vel in his ipsis rebus
de quibus nunc a Ser.te vestra admonemur. Etenim quod ad
causam Prutenicam attinet, Ser.ti vestrę studium nostrum iam:
pridem satis probatum arbitramur, dum effectum Decreti illius
banni non semel tantum suspendi iussimus, non tam habita
ratione officii nostri quam facię illius coniunctionis, quę cum
Ser.te vestra nobis intercedit, ipsiusque intercessionis,
atque utinam tam esset in potestate nostra Decretum illud, citra
ullius iniuriam in totum abrogare quam id S.ti vestrę gracia facere
cupiamus. Verum hanc rem nobis integram non esse S. vestra
tum demum cognoscet, si quando Imperii constitutiones de
pace publica deque prerogatiua supremę Jurisditionis nostrę
in Imperio, dignabitur in consilium adhibere, reperiet enim
nos minime posse eas constitutiones salua religione Jus:
iurandi quo Imperio sumus obnoxii, vel antiquare, vel
extra legittimum tramitem aliorsum vertere.

At interim ne quid officii in nobis desideretur decrevimus hac vestrae S.tis postulata Imperii ordinibus proponere. Daturi plane operam quoad eius per nos fieri potest, vt vel composito inter partes negotio, vel aliqua ratione sedato, vestra S.tas intelligat nos nihil prius in votis habere quam vt pristina illa animorum inter nos coniunctio, et inter Imperii Cives, et Ser.tis vestrae subditos, mutua societas et amicitia, vt inter vicinos populos decet, constanter perseueret, ac non solum non labefactetur, verum indies cumulo maiore augeatur

Iam quod ad causam Hungariae attinet, quam S.tas vestra nobis ac Ser.mo fratri nostro, Romanorum Vngariae Bohemiae etc. Regi, Imperiiqz ordinibus inprimis commendat, et ad rationes Ser.mae Reginae filiae suae attinet, hoc Ser.ti vestrae persuasum esse volumus, nos iuuandi illius Regni desiderium minime deposuisse, adeo vt in his Comitiis vna cum causa religionis nullum aliud negotium tractandum prius susceperimus quam de iucunda ratione, qua et Vngariae Regni, et Reip.cae Christianae rebus aduersus Turcarum infestationes, communibus viribus, auxiliisqz consulatur, verum multa nobis cum Ser.mo fratre nostro, tum etiam aliunde nunciantur, de praefata Ser.ma Regina vidua, deque iis quorum illa consiliis tota niti, ipsorumqz opera a pactis, inter Ser.mum fratrem praefatum nostrum et quondam Regem Joannem nostro interuentu initis, et ad eiusdem Ser.mi Regis Joannis instantiam, tum per nos, tum praefatos Principes, mediante eorum iuramento firmatis recedere velle videtur, quae huic nostro instituto non parum obstabunt. Dolemus sane si vera sunt, quae nobis nunciantur paucorum hominum consilia perniciosa, tantum apud illam posse vt res cum suas tum Regni in discrimen adduci malit, quam eas conditiones amplecti quibus et suae et Regni tranquillitati cautum sit, et vnde multo maiora qz ex foederum

pactis sperare possit: tantum abest ut de nobis, aut de Ser.mo fratre nostro Romanorum, Ungariae etc. Rege, vereri debeat eiusmodi rescindi pacta, aut illa sibi denegata iri, quae vel ipsi vel eius proli per nos et Ser.mum fratrem nostrum ex pactis promissa sunt. Proinde Ser.ti vestrae damus expendendum, si eadem Ser.ma vidua Regina postbabitis ac spretis tum nobis, tum Ser.mo fratre nostro, illorum consiliis acquiescere pergat, qui pro sua libidine, ipsi fratri nostro negotium facessere, et pub.cam tranquillitatem modis ac mediis in Christianae Reip.ae perniciem tendentibus inquietam reddere, turbareque non cessant. An nos deceat in iusta causa deesse fratri? quominus, si res ita postulet, et vires et auxilia nostra conferamus; et illum in adipiscenda Regni sui possessione pro virili nostra iuvemus, easque rationes ineamus per quas sublata paucorum tyrannide et ipsius Regni et Reip.ae Christianae, quae nisi eo illo tranquilla esse non potest, securitati tandem consulatur, quod nostrum consilium, uti speramus Ser.ti vestrae haud improbatum iri, ita illam pro fraterna nostra coniunctione necessitudineque hortamur, et ab ea petimus enixe, uti pro sua in praefatam Ser.mam Reginam viduam authoritate, velit illam inducere, ut aequas conditiones accipere, publicam quietem nostramque et Ser.mi fratris nostri amicitiam et necessitudinem, aliorum privatis affectibus anteponere malit, quam et se et Regnum ipsum in manis discrimen conicere, ac in praeceps dare. Quod si vestra Ser.tas uti plane confidimus, apud ipsam filiam suam, curaverit effeceritque, quod illi factu non erit difficile, et publicae quieti et ipsi Ser.mae filiae suae, eiusque proli recte consulet, et rem suo in Rempub.cam officio consentaneam, et nostra necessitudine dignam faciet. Nosque et Ser.mum fratrem nostrum sibi iam multis nominibus deditos, magis magisque devinctos reddet. Deus opt. Max. vitam diuturnam et felicem concedere velit. Datum in Civitate nostra Imperiali Ratisbona, Die iii Mensis Martii. Anno Domini M°DXLI°. Imperii nostri XXI. et Regnorum nostrorum XXVI°.

Ferdinandus Romanorum Ungarie Bohemie Rex Sigismundo primo Regi Polonie

Ser.mo Princeps frater et affinis charis.mo. Non dubitamus Ser.tem vestram recenti tenere memoria, se cum per litteras tum per Oratorem etiam suum apud nos iam pridem magnopere institisse, uti apud S. Caesaream et Catholicam Regiam M.tem fratrem et dominum charis.mum promotione intercessioneque nostra tantum effeceremus, quo dilectio et M.tas sua Caesarea, eam proscriptionis sententiam quae contra Ill. Albertum Marchionem Brandenburgen. Principem et consanguineum nostrum charis.mum a Iudicio Camerae Imperialis ratione terrarum Prussiae lata est pro communi quiete atque adeo utriusque nostrum liberorum bono et commodo abrogandam rescindendamque iam tandem statueret. Nosque proinde nonnisi sincero affectu et perquam diligenter ea de re ad Dilectionem et M.tem suam scripsisse quemadmodum alias de eo ad Ser.tem vestram litteras dedimus. Cum itaque superiori tempore Dilectionem et M.tem suam Ratisponae convenissemus, Illud ipsum negotium apud eam summo studio et diligentia, sicuti Ser.ti vestrae polliciti eramus prosequuti sumus effecimusque, ut Dilectio et M.tas sua nobis nunc per Procancellarium suum ad nos destinatum significaverit se intuitu tam arctae necessitudinis nostrae qua cum Ser.te vestra coniuncti essemus, atque etiam tam diligentis intercessionis nostrae quam apud Dilectionem et M.tem suam hac in causa interposuissemus, benigne consensisse bannum et proscriptionem illam quo ad sui effectum ad annum unum suspendere, ut nimirum interim communes Commissarii, nempe a Dilectione et M.te sua, duo

et a Ser.te vestra pariter duo eligerentur nominarenturque qui tanque arbitratores et amicabiles compositores M.tis suae sacri Romani Imperii et Ser.tis vestrae et eius Regni nomine negotium hoc amicabili via componere terminareque modis omnibus conarentur, iniungens nobis subinde Dil.o et M.tas sua ut de his Ser.tem vestram certiorem faceremus, tum etiam suspensionem proscriptionis et sententiae ad annum duraturam judicio Camerae Imperialis, et administratori ordinis theutonicorum quo illam observandam curarent insinuaremus. Sicuti haec omnia iam non nisi diligenter executi sumus. Nihil enim optatius nobis est quam per omnem occasionem maxime autem in hoc ipso negotio communes liberos nostros concernente, sincerum fraternumque plane animum nostrum Ser.ti vestrae testatum facere. Reliquum ergo est ut Ser.tas vestra nos de designatione Commissariorum suorum quamprimum certiores reddat, ut pro parte Caesareae M.tis idem fieri, atque adeo negotium maturius confici queat. Ser.tem autem vestram diu feliciter vivere et regnare ex animo optamus. Datum in oppido nostro Lincio Die xxii Mensis Octobris. Anno domini M.o D. xli.o Regnorum nostrorum Romani xi. Aliorum vero xv.o.

Fridericus Dux Saxonie
Sigismundo primo regi Polonie

Ser.me Rex, domine Cognate et affinis char.me. Significavit nobis dilectus fidelis noster Volfangus à Schonberg quod duo ipsius filii in proxima expeditione in Vngaria adversus Turcam militaverint, quorum unus illa ipsa clade miserabiliter ibi accepta, ut ad ipsum delatum esset a Turcis occisus, alter vero nomine Joannes a Schonberg captus, et Constantinopolim

perductus fuisset, ac peciit a nobis vt sibi ad Reg. dignitatem vestram litteras comendatias impartiri velimus quibus fretus eo commodius prædictum filium suum ex manibus Turcarum beneficio et auxilio Reg. dig.tis vestræ liberare et redimere posset. Nos vero permoti eius precibus quas æquissimas esse duximus, et dolenter ferentes grauissimum casum et infortunium quod exercitus Christianus in vngaria nuper pertulit, non voluimus ei nostras litteras ad Reg. dig. vestram denegare, ac amanter petimus, vt vestra Reg. dignitas prædictum captiuum a Schonberg ex manibus Turcarum liberare et redimere velit, vt ille inde in potestatem Reg. Dig. vestræ perueniat. qua in re Volfangus a Schonberg quantum ad solutionem peccuniæ, quæ pro liberatione filii sui danda fuerit officio paterno non deerit. Et nos quidem iudicabimus nobis a Reg. Dig. vestra in hoc negotio singulare beneficium præstari et sibi præterea Reg. Dig. vestra prædictum a Schonberg Nobilitate et integritate præstantem perpetuo obligabit. Nosque vicissim Reg. Dig. vestræ oblata occasione, officium studium et obseruantiam nostram summa voluntate declarabimus. Bene valeat Reg. Dig. vestra. Datum Naunburgi. xxi Die Mensis Octobris. Anno Domini M° D xli°

Dei gracia Joannes Fridericus Dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii Archimarsalcus, Princeps Elector Lantgrauius, Turingiæ Marchio Missniæ, et Burgrauius Magdeburgi.

Instructio à Sigismundo primo Rege Poloniǣ data Commissariis ad regundos fines inter Poloniam et Marchiam: Datū Vilnǣ duodecima Februarii Anno doī 1541

Commissarii nostri priusq͂ȝ ad regundos fines erunt profecti, conquirent vndiqȝ diplomata quæcunqȝ habere poterint, in quibus limites sint descripti. Nos in thesauro nostro queri etiā iussimus, si quæ essent eius generis litteræ quæ si reperta fuerint in manus eorū per nos mittentur.

Legent propterea diligenter legationem quā habuit Aulicus noster Generosus Nicolaus Nipschicz ad Ill.^rem Do. Marchionē, et responsū illius. inde eiū quid faciendū eis sit colligent. Nam nos vt maxime velimus aliquā instructionem dare, tū cū situ loci perspectū non habeamus, neqȝ vnqȝ istic fueri: mus rectius posse consiliū dare videmus eos qui istic habitant qui statū rerū omniū tenent, bonorū tenutarii in finibus con: stituti. Non dubitamus autem quin eiusmodi diplomata habeat alicubi Mag.^cus Andreas de Gorca Castellanus Po: snanien. et Capitaneus maioris Poloniæ generalis.

Postraqȝ in rem presentem venturi erit, querent ex his qui fue: rint ætate prouectiores de finibus, et cum eorū relationi, tū scriptis nostris, si quæ habebunt innitentur atqȝ omni cura prouidebunt, ne quid occupent diutius vicini, hii qui sunt ditionis Ill.^ris Domini Joannis Marchionis quod ad Regnū nostrū pertineat. quandoquidem et nos nihil nobis volum 9 vsurpare alienū.

Quod si viderint eos qui missi erunt ab Ill.^o D. Marchione

terræ nostræ appetentiores, et ultra limites provinciæ suæ progredi velle, nequaquam id patientur, omnia nihilominus facient, ut ne rebus infectis discedant, ita tamen ut ab omni simultate caveant, sed ad nos se relaturos de iis quæ acta ibi erunt dicant, deque die conveniant, quo iterum ad terminandos fines conveniant a suo quisque Principe informatione accepta. Ac mallemus nos quidem confici istic negotium citra alterutrius partis iniuriam, sed si id fieri non poterit, et quod nollemus inchoatis rebus discessum erit, in proximis Regni Comitiis litteras inspiciemus si quæ offendi poterunt, et quemadmodum scriptum in illis fuerit de consilio Regni nostri Senatorum, procedi deinceps in causa hac iubebimus, modo ut Commissarii nostri cum Commissariis Ill.mi Domini Marchionis, si quæ erit in regundis finibus difficultas viam et rationem inveniant, qua tolli ea possit, et omnis istæ controversiæ complanari: ac paratis et constitutis inter se rebus ad suos quisque Principes redeant.

Quod attinet ad nos quibus de rebus citra utriusque partis iniuriam inter Commissarios convenerit, libenter ad eas assensum nostrum prebebimus. Idem facturum Ill.mum Do. Marchionem nobis persuademus.

Volumus preterea ut iidem Commissarii nostri de iniuriis ultro citroque illatis cognoscant, et ut per concordiam de his transigant, aut quacunque possunt honesta ratione componant.

plenipotentia.

Vniversis et singulis quorum interest plenum testatumque facimus quod cum personarent aures nostrae crebris dominum nostrum querimoniis de finium iniuriis, quod qui sunt in Marchia terris nostris viciniores sui progredi ultra fines, et tam ea quae nostra quam quae nostrorum dominum sunt, usurpare sibi auderent, quae ex re magnae essent ortae controversiae: Misimus Oratorem nostrum ad Ill.rem Do. Joannem Marchionem, ut ea quae bonae vicinitati essent contraria prohibere conaretur, cuius Ill.tas ita cum Oratore nostro convenit, ut uterque nostrum suos mitteret ad regundos fines iudices Commissarios. Nos itaque iuxta pacta quae inter Ill.rem Do: Marchionem et Oratorem nostrum intercesserunt, mittimus in presentia Commissarios nostros Reverendum in Christo patrem Do. Sebastianum Episcopum, et Magnificos Joannem Latalski Palatinum et Juniwladislaviensem Capitaneum, Andream Comitem de Gorca Castellanum et Capitaneum maioris Poloniae generalem Posnaniensem, atque eis plenam et omnimodam facultatem terminandorum finium deque iniuriis cognoscendi presentibus concedimus quaecunque per eos acta facta transacta fuerint, ea rata grataque habituri. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum Vilnae XII Februarii Anno Domini M°D°XLI°. Regni vero nostri Anno XXXV°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Terrarum Prussie

R[everen]di Magnifici, Generosi Nobiles et famati sincere nobis dilecti. Accepimus S. et F. vestrarum tres simul epistolas, vnam qua queri visę sunt, q[uod] in Comitiis Graudentini habitis destitutę fuerint responso nostro, ad ea quę de deliberationibus ordinum terrarum nostrarum Prussię in negotio postulatę per nos Contributionis, per Nuncium nostrum nobis significauerant. Alteram qua postulant, vt a Senatu Ciuitatis nostrę Gedanen[sis] ommissa, ad S. et F. vestras solita prouocatione ad nostrum tribunal appelletur. Tertiam qua causa nobis Thorunen[sis] Ciuitatis nostrę commendant. Ac primum quidem quod neq[ue] nunctium, neq[ue] litteras ad proxime habita Comitia misimus, eius rei causam dederunt S. et F. vestrę, quę cum toties a nobis misso Nuncio, semper eum inanem a se dimiserunt, et negotium de quo missus erat, subinde protelauerint, in beneficii id loco eas accipere oportuit, quod silentio offensionem animi nostri tegere quam contra, quam fert natura nostra et consuetudo perpetua, durius aliquid, quod indignitas rei postulabat, respondere S. et F. vestris maluerimus. Nunc illę, non esse sibi responsum, moleste ferunt, quasi non iustior nobis indignandi causa quod repulsam toties passi sumus. Si itaq[ue] animo nostro non indulsimus, neq[ue] acerbius cum S. et F. vestris expostulare voluimus, nulla de eo querendi causa habere videntur. Non potest enim non esse nobis molestum, S.tes et F. vestras, quę in fide authoritateq[ue] nostra sunt, quę Iurisditionem nostram cognoscunt, personę dignitatis nostrę tam paruam habere rationem, vt ea quę tanto studio a nobis postulari

postulari videt, negare toties non dubitent, quae si ciusmodi essent, vt ad priuatu aliquod commodu nostru spectare videri possent, ne sic quidem amantes domini subditos negare tantopere contendenti oportuisset. Nunc cu toties a nobis nihil aliud actu per Nunciu nostru, nihil aliud sit postulatu, a S. et F. vestris quam vt terras nostras Prussiae saluas esse vellent et difficillimis his, et cumprimis periculosis temporibus suas quisqz fortunas, suam quisqz salutem atqz incolumitatem conseruata cuperent, huic nostrae tam aequae postulationi, tanto cu Reip.cae commodo coniunctae, nihil esse, a S. et F. vestris loci datu, quo nos animo ferre debere putant? Nos vero ne nunc quidem deliberatu habemus, an vel ad ea quae proxime habebuntur istic Comitia Nunciu aliquem missuri sumus. Quod si legandu tamen aliquem esse deliberauerimus, qua de re nihil adhuc est nobis constitutu, quibus cu mandatis tum sit legandus, etiam atqz etiam diligenter consultabimus.

Iam quod alteris suis litteris postulant S. et F. vestrae, vt a Senatu Gedanensi, recta ad nos fiat prouocatio, omissa ea quae ad Comitia terraru nraru Prussiae fieri consueuerunt, Mirari satis non possumus, tam celeriter S. et F. vestras excidisse ea quae in prioribus de Iuriu, et Priuilegioru suoru conseruatione scripserunt, scilicet, vbi honoris aliquid et vtilitatis ibi salua esse Iura sua cupiunt, vbi oneris nonnihil et laboris ibi violari ea putant, ad se nihil preter dignitates et commoda, ad alios labores et molestias deferri volunt. Non erat certe optandu, S. et F. vestras meliore vt essent qua nos

ipsa conditione, qui si in hac affecta nostra et aetate et valetudine non recusamus tamen, quin, non vnius tantu terrae, sz tot populorum quibus praesumus causas et controuersias ipsi cognoscamus. Pluribus certe et magis arduis, quam S. et F. vestrae negotiis occupati, cur hoc illis onus refugiendu sit, non videm9.

Quos honorum ornamenta delectant, eos aequum non est omni onere et molestia carere velle. Neque inter priuata numerari oportet ea, quae ad Ius dicendum et controuersias cognoscendas pertinent, cum Reip.ae conseruandae non alia sit ratio melior quam si iustitia conseruetur, si ex aequo jus dicatur omnibus neque rerum domesticarum cura, eos qui Senatorio loco sunt ab his quae propria sunt eorum ~~muneris~~ offitii auocari ~~non~~ decet. Nobis non esse videtur e dignitate S. et F. vestrarum, vt ad id quod postulant faciendum de appellationibus istis animum inducamus, tum autem magnum ex eo incommodum ad multos peruenire posse videmus. Cum enim saepe multa in Comitiis transigantur, siue per concordiam, siue quod in Decreto S. et F. vestrarum acquiescit[u] hac commoditate multi essent cariturj quos et sumptus facere et molestias subire maiores oporteret ad nos proficiscendo.

Hac ad Comitia appellandi potestate sublata offensas esse oportet S. et F. vestras, quod rescissae sint per nos aliquot earum sententiae, atque ideo tacite postulare videntur, vt ne aut ad illas a Senatu Gedanensium, aut ab illis ad nos fiat appellatio. sed tribus instantiis quauis controuersia terminatur, qua in re facile nobiscum sencient, si eam quae fit in duplici iudicio vnius Ciuitatis nostrae Gedanensis vnam numerauerint, tum enim apud nos futura est tertia instantia, sed hoc tamen de S. et F. vestris vt suspicemur, quoniam prudentiam eorum cognitam habemus adduci non possumus, nec phas vt esse credant nos ab earum iudicio dissentire, alioqui quae futura esset superioritas, siue excellentia nostra, si res aliorum iudicatas sequi cogeremur et non id potius, quod iustum nobis videretur decernere. quin praesertim fieri possit, vt S. et F. vestrae domesticarum rerum cura praepeditae, atque ad rem suam familiarem celerius redire cupientes, minus diligenter ea de quibus controuersia est excutiant.

Quod Thoruniensium negotium attinet, ~~cum primis~~ inprimis Ciuitatis

nostrae commoda quantum possumus propagata ac S. et F. vestrarum commendationis libenter rationem sum habiturus. Vilnae penultima Octobris. Anno Dni M D xli°.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Marchioni Brandeburgen.

Ex litteris Ill. vestrae facti sumus certiores quibus de causis adducta pontem in Hochzeits deturbarit, quodque non recuset eundem in graciam nostram reficere. Ius nihilominus sibi reseruando eum iterum deturbandi cum id rationes postulauerint. Miramur quod id sibi graciae vult adscribi quod ex pactis facere tenetur. Ante centum enim annos et amplius ita conuenit, inter Ser.mum auum nostrum D. Vladislaum Poloniae Regem, et Paulum Rusdorff Prussiae Magistrum, ad quem tum ea terrae particula pertinebat, quam nunc ad eum pontem possidet Ill.tas vestra, ut pons in fluuio Drawa circa Hochzeits, cum libero transitu perpetuo maneret, hoc etiam addito quod si in partem Magistri, seu ordinis cesserit, et in eius structura negligentia commissa fuerit, licitum sit nobis aut Capitaneis nostris huiusmodi pontem nouum construere, et antiquum reformare, quoties fuerit opportunum. quod cum ad verbum ita in illo Priuilegio scriptum habeatur, satis mirari non possumus quid sibi Iuris vendicet Ill.tas vestra in ponte isto demoliendo aut quam sibi ea re factam putet iniuriam, quod Mag.cus Andreas Comes a Gorca Castellanus Posnaniensis, et Capitaneus noster Maioris Poloniae generalis eum nuper construxerit, quam etiam in illum sibi potestatem arroget Ill.tas vestra quod perinde ab eo exigit, ut constructum pontem, intra trium hebdomadarum

spatium denuo curet deturbandum quasi illius et non nostr
esset Capitaneus. Reuera aliud postulare videtur ea ne:
cessitudo quae inter vtrunqz nostrum satis arcta intercedit.

Nihil se fecisse scribit Ill. vestra ponte isto disiiciendo quod
his qui inter illam et Oratorem nostrum Nicolaum Nipschiczh ha:
biti sunt contractibus aduersari videatur. Interea tamen fa:
tetur constitutum inter illum et Ill. vestram fuisse, vt pendente
hac finium controuersia amice inter se viuant, vtriusqz nostrum
subditi, neqz alienum sibi quisquam vendicet. An vero non est
hoc alienum sibi vendicare demoliendi pontis de quo disertè
scriptum est in Priuilegio, quod pons in fluuio Drawa circa
Hoczeicth cum libero transitu perpetuo manebit, ipsa Ill.tas
vestra secum expendat, an non aperte pugnet hoc Ill.tis vrae
factum cum contractibus habitis cum Nicolao Nipschiczh. Gratum
nobis est quod Ill.tas vestra tantum in nos studium suum, tantam
animi sui propensionem, litteris suis ostendit, vt ea etiam
quae non tenetur, in graciam nostram se facturam promittat. Fie:
ri potest, vt vtamur aliquando hac tam liberali et amica
pollicitatione Ill.tis vestrae. Et si quid ab illa benigne nobis
factum fuerit, mutuo vicissim officio nostro compensabimus.
Sed quod pontis hoc negotium attinet, vt in graciam nostram aliquid
faciat non petimus. hoc tantum ab Ill.te vestra postulamus
vt ne quid contra quam Oratori nostro Nipschiczh recepit, contra
etiam Priuilegium nostrum faciat. Cuius de ponte sententia cla:
re sit perscripta. Minime decere videtur, vt Iura et Priuilegia
nostra non tueamur.

Sed de vestra tamen Ill.te nobis persuademus pro mutua hac
coniunctione quae inter nos intercedit, quae iuri et aequi:
tati videt esse consentanea, ea minime grauatim illam
facturam.

Porro quod scribit a suis nihil attentari in limitum negotio no:
stri quoque itidem nostro mandato se continent.

Quod vectigalia attinet, non arbitramur his quenquam ex ho:
minibus Ill.tis vestrae preter Ius et receptum morem grauari
si quid tamen eiusmodi factum est, Ill.tas vestra nobis perscribat
~~dicat~~, nos, ne fiat deinceps prouidebimus.

Quae causa autem fuerit, quod ad fines regundos Commissa:
rios nostros hactenus non miserimus, iam antea Ill.ti ve:
strae scripsimus, Nunc de mittendis aliquibus consilium capi:
mus et ita ut conuenit inter nos, duobus ante Mensibus de
voluntate nostra, Ill.tem vestram faciemus certiorem.

Petrus Tomicius Epus Cracovien.
Andreę Cricio Epo Plocensi

dotyczy [illegible] 1535

Rx.me Cum primum mihi litterę Rx.mę P.tis vestrę ex iti:nere ad me scriptę ad Radom redditę fuissent, egoque sermonem praepositi Nepotis Archiepiscopi cum Rx.ma P.te vestra habitum, caetera quoque permulta scitu necessaria ex eis intellexissem, nulla mora interponenda putavi, quin illico Regem adirem, et quo maxime potui studio et solertia res omnes, ut se habebant pervestigavi. Cumque primum omnium ex eo percontarer, esset ne ita quod designato Drevitio ad Archiepatum rursus Archiepiscopo denuo fecerit potestatem de eodem Archiepiscopatu cum aliis disponendi tractandi et pa:ciscendi, Respondit tentasse id quidem apud se Petricoviae Archiepiscopum, et ut assentiretur precibus contendisse, sed quo importunitatem eiusdem Archiepiscopi retunderet, ad ultimum his verbis ei respondisse. Charp.me (inquit) Coniugis no:strę Reginę suffragio Dominum Episcopum Cuiavien. in Archi:episcopum designavimus, quare inconsulta ea nobis domine Archiepiscope, nihil nunc super postulatis vestris respondere possumus. Subiunxit tandem Rex, rem ita se habere ut dicebat, et fidem mihi dedit, non aliis verbis ei respon:disse. Nunc videt Rx.ma p.tas vestra longe aliter se rem habere quam ille eam confixit, Nepotemque suum apud Rx.mam P.tem vestram refferendam subornavit, unde non possum non mirari Rx.mam P.tem vestram, qua est prudentia et ingenii acumine, tot et tantas res ab eo Domine (quem intus et in cute novit) profectas non penitus aspernari et eludere. Moliebatur ipse tentabatque olim a me similia, quod quidem non cla

fuit R. ma p. V. vestram. Sed ego Dei gratia ea moderatione et constantia, hominis versutias ita ab me submouebam, vt me ne minima quidem re circumuenire potuerat. idem etiã censeo R. mae p. ti vestrae faciendu ita vest omnes actiones et sermones, cum eo constituere, ne qua vsspiam rima pateat qua talis veteratoris artes irrepere possent, quod R. ma P. tem vestra pro magnitudine ingenii sui facile vitatura non dubito Cum haec ita haberent, misit idem ardelio Nunciu suu his diebus huc ad Curia clam me quidem, ita tamen vt ego nihilominus, praestigias, et Naenias eu quibus huc misit expiscarer. Egit per Magistru Curiae apud Regem et Regina, vt bona eoru venia posset de Archiepatu tractare et pacisci cum aliis qz cum Episcopo Cuiavien, significauitqz aut R. ma P. vestra aut Episcopu Posnanien, tamen addidit si sibi optio daretur malle se cum Episcopo Posnanien, super eodem Archiepatu pacisci, quam cum alio quopiam. quod si obtinere non posset Rexqz ipse et Regina in sententia perseuerarent, nullu aliu post mortem eius Archiepum fore futuru quam Cuiavien. Saltem, infrascriptas conditiones quas proposuit sibi permitterent, postulauit. Primo vellet quidem eu Episcopo Cuiavien super Archiepiscopatu tractare, sz ea lege, vt Cuiaviensis Episcopatu suo, Nepoti Archiepiscopi ex nunc cederet, Archiepiscopatus vero paratus esset tantu numoru singulis annis ipsi Cuiavien pendere, quantu Episcopatus ipse redditum haberet. Praeterea si his pactis stantibus Episcopu Cuiavien interea fata ex hac luce surriperent vt ipse ardelio regressu ad Archiepatu habere posset Ad vltimu si collatio vel Iuspatronatus Scholastriae Lancicien domui de Lasko perpetuo concederetur, verum has eius tricas, mixturasqz inexplicabiles ambae M. tes indignissime ferentes repudiarunt, et constanti animo responderunt. Licere quidem Archiepiscopo per eas viuere,

quantum animi divinitus sibi concedetur. sed Episcopatuum collationem velle sibi liberam et expeditam habere. Haec ita prout ea R. ma P. ti vestrae perscripsi cum ita se habere explorassem postremum animadverti Reginam adeo sibi exosum habere, ut eum publicae tranquillitatis turbatorem palam appellitare non dubitet, habereque in animo non modo in his de Archiepiscopatu pactionibus se ei patrocinari nolle: sed ita conatibus eius obstituram, ut se viva nullius voti sui apud Regem compos in futurum evadere debeat. Resistit etiam Regina et omnibus quibus potest modis apud Regem impedit, quominus virgo Dux Mazoviae, nepoti eius nuptum collocetur. Rex vero tametsi se hoc matrimoniali negotio omnino exonerare apud se constituit, dixit tamen Archiepiscopo (tunc dum eo de huiusmodi re sermonem haberet) se respondisse, quod virgini ipsi nubendi cui velit liberam voluntatem concessisset. Nihilominus tamen eadem M. tas Regia mihi innuit, immo commisit R. ma p. tem vestram litteris admonere, virginem Ducem adhortetur, eique persuadeat, et prohibeat, ne inferioris ordinis nubens homini, decus ac celsitudinem status sui Ducalis diminuat ac deturpet, quod R. ma p. vra ut sedulo faciat, sive coram si occasio dabitur sive per litteras eandem hortor et moneo. Et res quidem Archiepiscopales ita se habent, caetera, ut Curiae mos est. Regia M. tas destinatum iter ad Lituaniam adornat, et ut credo hinc perendie proficiscetur. Ego vero dicto vale suae M. ti ad possessiones Episcopatus mei me hinc conferam R. ma P. tem vestram feliciter valere cupio. Datum.

Sigismundus primus Rex Poloniae Paulo Tercio Pontifici Maximo

Sanctiss.me etc. Cum ea in tempora aetas mea inciderit quibus opinionum varietate magna ex parte Christianus orbis fluctuat, gravibusque procellis et tempestatibus Ecclesiae navicula iactatur atque agitatur pro Christiani Regis officio, non aliud maiore cura et diligentia provideo, quam ut Ecclesiarum Regni mei gubernatores cuiusmodi designem, qui clavum rectum tenentes, impendentia pericula declinare, atque omnia ab Ecclesiis incommoda propulsare queant, sed gravem Dei offensam erga nos experimur, Cuius arbitrio fit ut qui fuerint a me gubernatores Ecclesiarum constituti, crebrius voluntate mea commutentur, dum eos ocius, quam et Ecclesiis et Regno meo expediat, ex vitae huius diversorio, aeterna illa in Domum Deus migrare iubet. Ex quo fit, ut diu interregnum quoddam est Episcoporum, et irrepant paulatim in Dioeceses opiniones de fide pestilentissimae, et bona Ecclesiarum quarumvis iniuria sint importuna, ac miserandum saepe in modum depopulentur, cogatur nihilominus in demortui locum suffectus ingentem auri vim ex Regno inopi exportare, atque eo deferendam curare, ubi multo maior est illius copia, quae res quantos hominum meorum clamores excitet, quanta mihi odia conciliet quod propter studium meum et observantiam erga sanctam sedem efferri aurum ex inopi Regno meo non prohibeo, ex frequentibus meis querimoniis iam antea S. vestra cognovit. Iam eniveo ventum est, ut ne reperiatur quidem aurum propemodum in Regno meo diu omnino fere exportatur, et si repertum sit



sit, quam maxime id emere oportebat. Itaque eius ex causa magnam capio molestiam ob frequentem hanc Episcoporum comutationem tum quod ut quisque mihi fidem suam integritatem prudentiam, atque industriam probauit maxime, ita quam minimo tempore, his eius virtutibus quarum ergo summo in honoris gradu eum collocaui, mihi frui licet. Sed quis est qui diuinae voluntati possit resistere? Proinde fero ut possum, quae mutari non posse video. Neque ideo in Ecclesiarum commodis procurandis reddor segnior, quin potius omni ratione prouideo, ut in eorum qui demortui sunt locum, quos habere possum dignitate caeteris praestantes nominem. Itaque cum non ita pridem excesserit ex hac vita Rev.mus Do. Joannes Archiepiscopus Gnesnen. Regni mei Primas, quoniam fidem mihi suam et integritatem probauit. Rev.mus Do. Petrus de Gamratis Cracouien. Episcopus vir ingenio praestans, neque mediocri prudentia praeditus, insigni vero liberalitate, splendore, munificentia, comitate vero, affabilitateque tanta, ut omnium in Regno meo ordinum magna sibi adiuncta studia, magnam habeat beneuolentiam conciliatam, eum Archiepiscopum Gnesnen. et Regni mei Primatem nominaui. Nunc Sanc.ti vestrae supplico, ut nominationem hanc meam ratam habere velit ac primum a vinculo quo Ecclesiae Cracouien. copulatus est eum absoluat. Deinde ad Ecclesiam Methropolitanam Gnesnen. transferat ac Archiepiscopum illius declarari faciat, ut qui fuerit a me Cracouien. Episcopus nominatus, in eo per Sanc.tem vestram confirmando nihil morae sit interponere necesse. Interea vero Regni quoque mei inopis rationem habeat, neque id deglubi prorsus a Curialibus suis permittat. Rem piam et mihi vehementer gratam factura Datum Vilnae decima Die Mensis Januarii. Anno Domini M° D° XL I°. Regni vero nostri XXXiiii°

Sigismundus primus Rex Polonie Cardinali de Ghinutiis

Rme etc. Inter paucos annos complures Archiepiscopi et Episcopi Regni nostri vitam cum morte commutauerunt. Qua ex re magnum ad Regnum nostrum incommodum, neque minor ad nos peruenit molestia. Nam cum aliis in demortuorum locum sufficiendis, ingens e Regno nostro vis auri exportetur, tanta est illius iam caritas, vel penuria potius, vt vix etiam reperiri possit, qua res cum male habeat homines nostros, eos presertim qui sunt ex Equestri ordine, nunquam vociferari contra nos, quando Regni Comitia habentur desinunt, quod tantum efferi auri patimur. Nostri enim id Iuris esse et potestatis sibi persuadent, vt ne id fiat prohibere: quod in Regni nostri commoda augenda iurauerimus, de quibus, ista exinaniendi, et exhauriendi illius ratione per multum detrahitur. Efficiuntque clamoribus istis suis, vt difficilior nobis sit ratio rerum ex sententia conficiendarum. Atque ita ex Comitiis nonnunquam disceditur, vt quarum rerum causa ea edicta sunt per nos, earum nihil obtineri possit, que res incredibilem animo nostro affert molestiam. quam obrem cum huius rei causa tum quod in isto Episcoporum quasi interregno, et seminari facilius in agro Dominico Zizania, et prede direptionique bona Episcopatus opportuna esse videmus, et fidelium vna Regni nostri Senatorum prudentibus, et salubribus consiliis caremus, Vellemus nos quidem si fieri posset, vt iis nobis diutius frui liceret, qui semel nostro beneficio Principem inter Senatores Regni nostri locum sunt consequuti. Sed quando secus

ei visum est, penes quem et vitæ et mortis omnium summa est potestas, nos refragari voluntati eius nec possumus nec debemus sed hoc tamen omni cura providemus, ut in demortuorum locum viros dignos et idoneos sufficiamus. Cum itaque excesserit nuper e vita R.mus D. Ioannes Latalski Archiepiscopus Gnesnen. nominavimus in locum eius R.mum D. Petrum a Gamratis Cracovien. Episcopum, quem et ingenio valere, et consilio pollere, et prudentia præstare videmus, esse præterea liberalitate splendore, munificentia, comitate, affabilitateque singulari a R. D. vestra petimus ut eum Sanct.mo D. nostro commendet, ac nostris verbis S.ti eius supplicet, ut nominationem hanc nostram ratam habere dignetur. Atque ut R.mum D. Petrum a vinculo quo alligatus est Ecclesiæ Cracovien. absolvat, et ad Metropolitanam Gnesnen. transferat, atque Archiepiscopum illius declarari faciat. Ita ut qui brevi per nos Cracovien. Episcopus nominatus erit, is citra moram ullam et cunctationem a S.te eius confirmari possit. Atque ita R.mæ p.tis vestræ opera effici volumus, ut quam minimum in eis sumptum fieri sit necesse quod curæ futurum R. D. vestræ pro studio illius erga nos confidimus, ac gratos nos et memores fore pollicemur. Quæ ut bene valeat optamus. Datum ut supra.

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Kmitha de Visnicze Palatino
Crac. Regni Polonie magno Marshal.co

Magnifice sincere nobis dilecte. Accepimus litteras S. vestre, in quibus pro fide sua, et vere Senatoria sollicitudine de imminentibus Reip.cae nostrae periculis prudenter nos admonet, rogans ut Regni nostri rationibus, quantum possumus, quantumque debemus mature consulamus. Etsi autem cura et sollicitudo quanta de sua Repub.ca optimum quenque Principem habere decet nunquam aliena a nobis fuerit, Tamen S.tis tue haec admonitio tam nobis grata, tamque probata est, quam liquido cognoscimus in constabiliendis bene et feliciter rebus pub. communem optimis quibusque, et oibus precipue, qui ad earum gubernacula a Principibus asciti sunt et adiuncti, sollicitudinem studium, vigilantiam curam laborem cum Principibus esse oportere. quare quod ad nos quidem pertinet, quantumque in nobis situm est, in hoc nostrae aetatis ultimo iam et propemodum exacto cursu quantum usus rerum quantum et amor Reip. docebit nos et hortabitur, tantum prospicere et consulere cupimus, ut tam pacatum, tam florens imperium relinquamus quam ipsi a maioribus accepimus, et usque huc administravimus. Agnoscimus haec esse formidabilia omnia, quae ad nos de Valacho et Turco, de quo suspectis foederibus illius, cuius fiducia hic ferocire dicitur S. tua scripsit. haec certe saepe nobis somnos auferunt, summaque nos exercent sollicitudine. Deus nobis in hoc fatali propemodum tempore orandus est, ut nos ex communi hac Christianorum calamitate servatos eripiat sed quod S. tua hanc sublevandae Reip.cae rationem indicat ut hae ad onera militaria subeunda Regni partes a nobis adigantur quae liberae et absque cura in nostra Repub. esse

illi videntur. Nos quidem tametsi officium nostrum non semel frustra ad hoc accomodauerimus. Tamen si et hęc adduci adhuc poterint vt ista ratione qua innuit S. tua illę quoque sua auxilia suam opem conferant. iterum atque iterum operam nostram et diligentiam adhibere non grauabimur.

Vehementer amamus S. tuę curam et diligentiam quam nauare in indagandis rerum Vngaricarum perturbatissimis rationibus non desinit. persuadeat sibi magnam se ex eo et solidam apud nos inire gratiam. Intelleximus ex Ser.ma filię nostrę litterarum exemplo quod ad nos S. tua misit. quo in cardine nunc res illius versentur. nobis hic et longitudine loci et valetudinis incommoditate occupatis. non licet eius sic afflictis rebus presenti remedio consulere quod facere tam cupimus quam quid maxime. versamus animo varias rationes. varia consilia. varios euentus prospicimus. vt eius M.tis saluti et Regni nostri. cuius nobis publicę maior quam eharum. maxime priuatim rerum cura est. quieti et securitati, nostręque vtrobique dignitati consulere queamus.

Quod hortatur nos S. tua. vt apud Vngarię Proceres per litteras agamus curarent transferendam. Ser.mam filiam nostram in tutiorem Cassouię locum. id faciemus nos suo tempore diligenter. tamen quando hanc S. tuę cum Thesaurario intercedere consuetudinem et amicitiam ex illius litteris ad S. tuam datis intelleximus vtile censemus. vt ipsa ad eum ea de re scribat. significetque et polliceatur illi nobis pergratum futurum. si ex illo loco qui preter id quod omnibus necessariis rebus eget, Thurcorum etiam insidiis expositus est in commodiorem et tranquilliorem transferatur M.tas filię nostrę locum. sed de se id pollicebitur S. tua nihil indicans ea de re ad se a nobis scriptum esse.

Castellani Belzen cohonestandi non pretermittemus, cum erit nobis commodum visum occasionem, sed nondum in deliberatione ordinum nostrorum supplendorum descensum a nobis est, in quam adhibere uniuscuiusque merita et dignitatem, ita ut nos S. tua hortatur non dubitabimus.

Quod petit S. vestra, una cum Reverendissimo in Christo Patre Domino Petro Archiepiscopo Gnesnensi suo et nobilitatis nomine, ut Generosum Martinum Zborowski Regni nostri pincernam sacramento fidei solveremus. Etsi utriusque vestrum apud nos prima est authoritas, tamen quod solenniter in publico Comitiorum tempore fidei hac sponsione obligatus nobis est, solenniter et publico itidem tempore ea solvendus est, hoc siquidem et authoritas et dignitas nostra Regia postulat. Valeat S. vestra. Vilnae tercia Mensis Januarii M°. D°. xli°.



Legatio à Sigismundo primo Rege Poloniæ ad Ferdinandum Romanorum Regem missa Dat. Vilnæ. x.ª Ianuarii Anno domini 1541

Do: Andr: Czarnkowski Scholasticus hanc legationem obivit

Principio Legatus noster Ser.mum Do. Romanorum Regem qz officiosissimis verbis nostris salutabit: fœlicem illi anni huius ingressum, progressum fœliciorem: exitum fœlicissimum faustaqz et fortunata omnia precabitur. Deqz nostra erga M.tem eius egregia voluntate prolixe omnia pollicetur. Deinde vero in hanc sententiam verba faciet.

Postqz quæ data michi erant mandata a Ser.ma Domina Hungariæ Regina, Sacræ M.ti vestræ exposui, statim vt responsum ac litteras accepi, ad Ser.mum Dominum meum magnis itineribus excurri. Legit M.tas eius litteras M.tis vestræ diligenter: ex quibus atqz vna ex sermone meo quæ gesta hic essent, et quæ porro sit voluntas M.tis vestræ liquido dilucideqz cognovit. Summa enim eorum, quæ scripserat M.tas vestra, quantum ego recordor hæc fuisse videtur, quod Ser.ma Domina Hungariæ Regina paulo antqz ego a Ser.mo Domino meo huc missus essem, legaverit ad M.tem vestram Ven.lem Do. Thomam custodem Albensem: ac eandem per eum voluntatem Sacræ M.ti vestræ detulerit, quæ per me postea Ser.mi Domini mei verbis fuit eidem delata. Nichil enim aliud eam a M.te vestra postulasse, qz quod

ipsum Ser.mus quoqz Do.meus postulare me iussit, vt quae dotis, quaeqz contra dotis nomine M.ti illius a Ser.mo Coniuge olim illius partim data partim promissa sunt et quae filio illius ex pacto debentur, ea M.tas vestra ita vt diplomate suo, in quod iurauit, quodqz appenso signo suo corroborauit, facturam se obligauit, praestare se conaretur. Caetera omnia M.tem eius, vestrae M.ti lubenti atqz alacri animo concessuram. Haec et Ser.mae Dominae Hungariae Reginae, et Ser.mi Domini parentis eius Domini mei clementis.mi postulata M.ti vestrae non ingrata accidisse: contendisseqz eam, et elaborasse: vt vtrimqz ea quae pacta erant praestarentur, sz cum ea peterentur a M.te vestra quae praestare nulla ratione posset: conatus omnes in nihilum recidisse. Atqz ex eo deprehendi potuisse, non tam sincere qz subdole cum M.te vestra actum esse. Ad hanc litterarum particulam, Ser.mus Princeps et Dominus meus Sacrae M.ti vestrae respondere per me iussit: Se ita sibi de M.te vestra persuadere, longe aliam esse illius opinionem, de se qz vt agi aliquid subdole ab eo Rege M.tas vestra suspicari possit, cuius integritas et candidus erga omnes ac sincerus animus testatior est orbi vniuerso, qz vt nulla in M.tem eius tam foeda suspicio cadere possit, sz et Ser.mam filiam suam ita natam ita educatam esse scit vt nihil a paterna virtute degenerarit, longeqz aliter semper vixerit qz vt hoc eam tam aspero verbo in litteris M.tis vestrae perstrictam oportuerit, neqz potest adduci Sacra M.tas Do. mei, de sententia M.tis vestrae ita scriptum esse quae proculdubio et sentit, melius cum de Ser.mo Domino meo tum de Ser.ma filia eius, neqz secus qz sentit scribi iubet, Quanqz habet alias etiam nonnullas coniecturas Ser.mus Princeps meus, ex quibus colligit non deesse qui secus nescio quid de illius

erga M.tem vestram animo indicent. Vident enim quos mittit ad Ser.ma filiam suam Cubicularios, eis per Prae: fectos Exercituum S. M.tis vestrae transeundi liberam po: testatem non dari: Quasi vero hostili sit erga M.tem vestram animo Ser.mus Princeps meus, et non eo quo semper fuit beneuolentiss.mo. Itaqz priusqz ad reliqua re: spondeat, rogat S. M.tem vestram Ser.mus Princeps meus si fidem illius erga se, si integritatem, si in seruandis pro: missis veritatem, et constantiam perspectam habet, et explora: tam, ne vel scribendis asperius litteris, vel detinendis per Exercitus /~~promissis veritatem et constantiam perspectam habet et exploratam ne vel scribendos~~/ sui Praefectos Cu: bicularius indigna aliqua suspitione M.tem eius perstrin: gi patiatur. Alienum enim hoc foret a mutua coniunctione quae inter vestram et illius M.tem arctiss.ma intercedit, neqz minus alienum ab omni vita anteacta Ser.mi Domini mei cui nulla unqz Regna, nulla opes et facultates tanti fue: runt, ut illarum causa de fide alicui semel data, deqz con: stantia sua se dimoueri passus sit, quiqz eo animo esse nunqz intermisit, ut non modo facultatum verum etiam vitae suae qz existimationis iacturam facere, fuerit semper, et sit pa: ratior.

Iam vero quod queritur M.tas vestra, cum de compositione deqz pactis ultro citroqz praestandis ageretur, aliud fu: isse quam sperabat rei exitum, ac multum se sua esse expe: ctatione frustratam, videt quidem Ser.mus Princeps et Dominus meus eas quae latae sunt per M.tem vestram con: ditiones: quae an eiusmodi fuerint, ut eis Ser.ma Do. Hungariae Reginam acquiescere oportuerit, neutram in par: tem disputat: Nam quorum oculis ea subiecta fuerunt quae offerebantur, eorum certius potuit esse iudicium.

Ser.mus Princeps meus cum longius absit, neqz in pntem

rem venerit statuere non potest num fuerint conditiones istae Ser.mae filiae suae accipiendae. Ita sibi persuadeat Sacra M.tas vestra, de Ser.mo Principe meo, etsi in Ser.ma Do. Vngariae Regina filia suam c(h)ar(issi)ma, pro animo suo in illa paterno suauissime est effusus, non minori tamen cum in vestra quoque M.tem voluntatis suae inclinatione propendere: neque minus illius, quam Ser.mae filiae suae causa velle omnia, sed cum quemadmodum adhuc res acta sit, secum diligentius expendit, aliud perspicere non potest quam quod quo minus facta sit compositio, penes M.tem vestram Ser.ma maior, quam penes Ser.ma filiam sua culpa residerat.

Semper ea fuit sententia Domini et Principis mei, vt quieta potius consilia sequeretur, vt ne vi et armis Jus suum M.tas vestra prosequeretur, cum presertim nulla sibi vim, nulla arma opponi videret: Liberalitate potius et clementia Hungariae sibi Procerum animos conciliaret, quam vt protelaret etiam magis asperitate aliqua. Secus facere M.ti vestrae visum est, Exercitum in Hungariam immisit, Castra prope Budam fecit, terrore armorum domare voluit, quos benignitate flexisset citius, ita qua ratione maxime sibi profici posse sperauit, ea in contrarium cessit. Duriores enim redditi sunt animi eorum, et magis ad compositionem difficiles, qui si ab armis M.tas vestra, Ser.mi Domini mei exemplo abstinuisset, minus nunc esset negocii in his quae cupit obtinendis. Nunc armorum hoc strepitu, nihil effecit aliud M.tas vestra, quam quod in summam omnia difficultatem adduxit, vt non facile ratio inueniri possit qua explicari possint, quae sunt ita miserae tot nodis implicata. Quod si celasset tamen aliquandiu M.tas v(est)ra eam quam Ser.mi Principis mei voluntatem ad eam detuli facilior fuisset et expeditior rei bene gerendae, et ex sententia conficiendae ratio, nunc postea quam peruulgatum est opera M.tis vestrae Ser.mum Principem meum, nihil in Regno

Hungariæ ambire: si salua sit dos, et contra dos Ser.ma filiæ si Nepotulo pacta seruentur eo contenta fore: cætera omnia facile M.ti vestræ concedere: videt M.tas vestra quot, et quanta sint ex eo difficultates secutæ.

Qui fuerunt alieniore animo a M.te vestra, hi quod futurum Ser.mus Princeps meus augurabatur, simul vt nihil sibi esse presidii in M.te eius constitutum intellexerunt, quod acceperant pluris illum facere M.tis vestræ amicitiam, quam omnia ea quæ vulgo homines maxime esse expetenda existimant, statim ea quæ minime debebant consilia ceperunt: eorum fidem atque auxilium implorarunt: socia arma cum his iunxerunt, quibus minime confisum oporteret. Deinde vero, cum viderent Ser.mam Do. Reginam Hungariæ eodem quo Ser.mum parentem illius esse animo, Ius sibi potestatemque statuendi quod vellet ademerunt, sibi vsurparunt. Itaque eo nunc rem adductam videmus, vt cum ab ipsa M.te vestra, Ser.ma Do. Hungariæ Regina consilium sibi dari petiisset, qua ratione sui Iuris effici posset, vt ea quæ vellet in gratiam M.tis vestræ præstandi potestatem haberet, neque consilii, neque auxilii copia ei facta sit. Eat nunc qui volet, et de Ser.mi Principis mei candido et sincero erga M.tem vestram animo dubitandum esse censeat cum exitus ipse declararit, quam fideliter quamque amanter M.tem vestram de omnibus his admonuerit quæ nunc euenisse ita, oculis suis cernit. quo magis etiam miratur Ser.mus Princeps meus, quod eiusmodi M.tas vestra protestationibus vtitur quæ abhorrere videntur ab isto tam arcto necessitudinis vinculo quo Ser.mo Principi meo M.tas vestra est copulata.

Quid enim prætermissum est aut a Ser.mo D.no meo, aut a Ser.ma filia eius, quod ad tuendam et conseruandam S. M.tis vestræ amicitiam pertineret? in illi voluntas

num studium? num alacritas defuit unquam? aut deest etiamnum ea omnia praestandi quae ex pacto M.tas vestra postulavit? quo minus autem posset quod ex animo cupiebat, per quem alium stetit quam per M.tem vestram? quae armorum castrorum Exercitus sui terrore in eas in quibus nunc est difficultates coniecit? Quare desinat M.tas vestra protestationibus uti. Sed quemadmodum effecit ut Ser.ma Do. Ungariae Regina minus nunc liberas habeat cogitationum suarum voluntates, ita consilio suo atque auxilio eam adiuvare dignetur, ut sui tandem iuris esse queat. Id quod ubi erit effectum, tum demum si non erit iuxta pacta M.ti vestrae satisfactum protestationum hoc genere utatur licebit. Non sola est M.tas vestra ad quam ea deferuntur quae suspitioni locum dare queant, et Ser.mo Principi meo sunt quae suspitionem facere possint, cunctatione ista et mora in pactis praestandis non agi aliud quam ut si prosperi sint rerum successus praetextus inveniatur aliquis quo non sit ea praestari necesse. Sed non ita facile tamen in animum Ser.mus Princeps meus suspitionibus huius credere, quod leges amicitiae in eo violari putat, si temere quis de amico aliquid suspicetur. Rogat itaque Ser.mus Princeps meus Sacram vestram M.tem, ut quo illum erga se animo esse videt, eodem vicissim erga M.tem eius esse velit, neque vel ipsa aliquid ex se suspicetur indignum M.te eius aut filiae eius, vel delationibus aliquorum aures suas accomodet si qui sint eiusmodi, ut quo sunt inter se animo M.tes vestrae ferre non possint. Nunquam faciet M.tas Domini mei, ut ullam det occasionem disiungendae amicitiae quae illi cum M.te vestra vetus intercedit, ut vestra quoque M.tas pari cura et diligentia conservandam eam curet, etiam atque etiam hortatur. Id quod ita demum factum a M.te vestra existimabit, si Protestationum hoc genere deinceps amplius usa non fuerit. Satius multo facturam fuisse censet M.tem vestram Ser.mus Princeps meus, si quos praeter omnem necessitatem in alendum

M.V.

exercitus sumptus facit, ex his partem aliquam ad conditiones potius quas obtulit, Ser.ma Do. Ungariae Regina, adiecisset et concordia facilius cogi potuisset, et fuisset id ea coniunctione dignius, quae est inter vestram, et Ser.mam Do. mei M.tem. Nunc si quas fecit impensas M.tas vestra, his gravari se putat, eandem causam existimet Ser.mae Dominae Hungariae Reginae, quae et ipsa contra animi sui sententiam non parvam pecuniam, dum pacta sibi praestari expectat, erogare cogitur: cum tamen ipsa scribendorum militum, et exercitus faciendi, nullam M.ti vestrae occasionem praebuerit, quae postulat a Ser.mo Principe meo ut cohortetur Ser.mam filiam suam ne incerta pro certis eligat, neve filii nomine ad Hungariae Regnum aspiret, dedit mihi ad eam hac ipsa de re M.tas eius mandata, etsi non videt quid necesse sit currentem quod aiunt incitare, sed quod persuaderi illi cupit M.tas vestra, ut re ipsa declaret, se alienam esse ab eorum qui Budae sunt Regni Hungariae Senatorum consiliis, utque ea quae contra pacta fieri ab illis videntur, se invita et nolente testatum faciat: Potuissent haec ut vult M.tas vestra confici, si non utraque parte sumpta arma essent. Nunc quam tutum sit Ser.mae Reginae eorum animos offendere, in quorum esse potestate videtur, facile pro sua prudentia M.tas vestra perspicere potest, quanquam minus ab illis Ser.mae filiae suae metuit M.tas Domini mei sed potentiss.mum Turcarum Caesarem, ne sibi inimicum capiat id vero non mediocriter pertimescit. Videt omnes Christianos Reges et Principes, cum summo studio sibi conciliatum habere velle, nollet irritatum per se, quem totus formidat orbis. Atque haec est causa quam obrem animi sui sententiam Budensibus Consiliariis minus nunc aperte audet declarare, quod metuit, ne ad Caesarem Thurcarum ea postea perferantur quae et ipsi et Regno ipsius fraudi aliquam adferre possent.

Caeterum iterum atq iterum hortatur M.tas vestra et rogat det operam, ut omni cunctatione semota pacis satisfiat. Pertentet iterum animos et Ser.mae Reginae, et Consiliariorum Budensium, quamq quod ipsam attinet, Ser.ma filia Regina Hungariae certum est M.tem eius ad aequas omnes et honestas conditiones descensuram, illorum ut sibi studia M.tas vestra adiungere queat, in quorum ipsa potestate est in eo erit ille summo studio elaborandum.

Praeterea renunctiari iussit M.ti vestrae Ser.mus Princeps meus quod ita ut inter M.tem eius, et vestrae M.tis Legatos convenerat in oppido Wschowa, et a vestra et ab illius M.te Commissarii iudices designati convenerunt, ut controuersias quae inter finitimos erant, utriusq M.tis populos disceptarent, quarum nonnullas quidem terminarunt: de nonnullis vero, ad utramq M.tem retulerunt.
Postulat itaq Ser.mus Princeps meus ut rationem aliquam ineat qua hae quoq controuersiae terminari queant, de quibus est ad M.tem vestram relatum. Nam qua Ser.mus Princeps meus erga M.tem vestram est egregia voluntate eadem vicinos inter se utriusq populos esse cuperet.

Q.d si longius esse profectum Ser.mum Do. Ro. Regem intellexerit, M.tem eius non sequatur, sz litteras et una descriptam legationem absq signo nostro, dabit alicui ex M.tis eius consiliariis, ut curet q celerrime ad M.tem eius perferendas. Si non poterit hac ratione mittet per Cubicularium nostrum, et quidquid is responsi retulerit celeriter ad nos remittet. Neq extra ea quae scripta sunt in instructione dicere quidq audebit.

Vilnae Die X.a Januarii. M.o D.o XXXI

Legatio a Sigismundo primo Rege
Polonie ad Isabellam Reginam Vn:
garie missa data dno Andree Czarn:
kowski Scolastico Crac Secretario
Regio: vilne die xº Ianuarii 1541

Principio M.tem eius verbis nostris plurimam salutem
iubebit atque ineuntem hunc annum cum illi tum filio illius Ne:
poti nostro charis.mo prosperum et felicem precabitur. Deinde
redditis fidei litteris in hanc sententiam verba faciet.

Quod M.tas vestra nondum ex incommodis istis et difficul:
tatibus emersit in quae ita Deo permittente, incidit Ser.mus
Do.s parens M.tis vestrae Do. meus clementis.mus, opinione omnium
fert dolentius. Ac fecit quidem M.tas eius omnia sedulo, quae:
cunque ad liberandam his molestiis M.tem vestram pertinere pu:
tavit. Sed si non satis adhuc ex sententia res processerunt
hortatur M.tem vestram et rogat, ne se propterea animi ex:
cruciet: sed ferat potius forti animo quae mutari adhuc non
potuerunt: sed mutabuntur Deo bene iuvante brevi in melius:
et in tristium locum letis.ma quaeque succedent. Ea enim est hu:
manarum rerum vicissitudo: ut leta subinde tristibus,
tristia letis misceantur. Neque potest idem status per:
petuus esse rerum et diuturnus. Nichil curae et laboris
et diligentiae praetermisit Sacra M.tas Regia in
succurrendo afflictis rationibus M.tis vestrae, quae in re
si non ea celeritas quam oportebat est adhibita, fato

magis quodam adverso quam M.tis eius culpa aliqua accidit,
Statim enim ut renunctiatum est M.ti eius in dubio fuisse vitam
Ser.mi Coniugis olim M.tis vestrae, priusquam aliquid etiam
de morte accepisset, Oratorem ad M.tem vestram designavit
alium deinceps et tertium: qui cum omnes gravibus de causis
munus hoc obire non potuissent, michi quarto haec est provin:
tia mandata. Apud Ser.mum quoque Romanorum Regem
semel atque iterum acta sunt per me omnia diligenter, quae
in rem erant M.tis vestrae. Quod si opus esse M.tas eius
exercitu iudicasset, nullis fuisset sumptibus parsura, quin
hac quoque ratione rationes M.tis vestrae adiuvisset. Sed
contra quem exercitu uteretur nesciebat. Nam cum Ser.mo D.o
Ro. Rege, vetus est illi amicitia constituta atque ea arcta
propinquitatis vinculo magis etiam corroborata ita ut eum
offendi minime oportuerit: cum praesertim ultro se facturum
promitteret, ut quae pacta inter M.tem eius, et Ser.mum olim
Io. Regem intercessserunt ea servaret. Quod si contra alium
quempiam delectum facere M.tas eius voluisset, potentiam
illius metuebat, neque se parem esse posse viribus illius con:
fidebat, ac verebatur una, ne magis etiam et M.tis vestrae
et suas Regnique rationes perturbaret, atque ita sibi de M.tis
vestrae pietate persuadet, numquam eam commissuram, ut et Ser.mi
parentum suorum et patriae salutem sua causa, magnum aliquod
in discrimen adductam velit, Cui quidem discriminis vi:
tandi causa, non modo nullo exercitu uti visum est M.ti eius:
sed ne hoc quidem satis tutum existimavit, ut aperte M.ti
vestrae, quid faciendum censeret explicaret. Videt M.tas
eius nichil esse aequius quam ut utraque ex parte pacta prae:
stentur, quae si ita ut convenit, inter Ser.mos Dominos
Regem Romanorum, et Coniugem M.tis vestrae prae:
stari citra moram ullam possent, nichil fieri potest
tutius: neque salubrius, quodque magis cuperet M.tas
eius

Quae vero oblatae sunt conditiones M.ti vestrae, eas etsi videt fuisse non omnino repudiandas, tamen autor esse M.ti vrae non audet, vt eis acquiescat, non q. non probatura esset M.tas eius si id facere M.tas vestra animu induceret, vt ad pactiones aliquas novas descenderet: s3 quod sua in ea re auctoritatem interponere non audet, ne sibi Thurcaru Caesarem capiat inimicu, si delatu ad eu foret inductu M.tis eius M.tem vestram Ser.mo Ro: Regi in Regno Hungariae cessisse. Itaq3 non modo non audet se negotiis istis implicare M.tas Regia s3 ne hoc quidem tuto se facere putat, vt cohortetur M.tis vrae Consiliarios, ac persuadere eis conetur, quo in fidem potestatemq3 Ser.mi Ro. Regis se conferant, et de gracia illius sibi reconcilianda sint solliciti, quod tamen si opera M.tis vestrae effici posset, futuru esset M.ti eius grat.mu. Nunc in dubio est animus M.tis eius. Nam cu amet alteru, ab altero sibi metuat, neutru vellet offendere. Porro erat haec aliquando sententia M.tis Regiae: vt daret opera M.tas vestra quo posset Cassovia aut quocunq3 alio Buda relicta commigrare: atq3 omnes rationes quereret, quibus euadere posset, ex ea quasi obsidione in qua nunc esse videtur. Nunc de hac quoq3 re quid statuendu censeat pendet prorsus animi, neq3 videt nisi e re nata consiliu capi posse. Nam si non deest annona Budae: si nihil aliunde periculi impendet: causa non videt M.tas Regia, cur ante sit relinquenda q3 aliquid sit cu Ser.mo Ro: Rege transactu. Deinde qua fide sint erga M.tem vestram Consiliarii eius certu non habet. Quod si suu illi non M.tis vestrae, et filii eius agunt negotiu, nihil eis temere credendu censet, neq3 consiliu esse putat etiamsi velint M.tem vestram deducere vt se in viam cum eis det, neq3 plus ibi q3 Budae sit periculi. Si Turcaru uti velint presidiis: tum vero omnes elabendi vias querendas existimat: neq3 commune cu illis aliquid habendu. s3 vbi rem ita po:

stulare viderit. vt Buda migrandum sit tum de suo stipendio militibus vt persoluat M.tas vestra. Satius ducit vt eos ipsa in potestate sua habeat. neqz alium preter M.tem vestram Do: agnoscant. ita enim omnia fore M.ti vestrae tutiora videntur

Ad Senatum Regni Hungarie

SAlute dicta et gracia nostra ac fidei litterarum oblatis in hanc sententiam verba faciet.

Quas ego a D. vestris acceptas Ser.mo Principi Domino meo litteras reddidi. Ser. M.ti eius gratiss.mae acciderunt Rescriptura illis fuerat. sz verebatur necubi intercipe: rentur. neue prius hii quos celatos oportet M.tis eius consilia cognoscerent quam D.nes vestrae ad quas ea perferri vult. Itaqz mandare michi dignata est M.tas eius, vt ad ea quae scripsere D.nes vestrae, verbis nomine illius responderem,

Fides et constantia haec, D.num vestrarum in tuenda dignitate et commodis Ser.mae D. Reginae ac Ill.mi filii eius Sacrae M.ti Regiae Domino meo clementiss.mo plurimum probatur. Videt enim nichil aliud esse D.nibus vestris propositum quam vt optima conditione sit et Ser.ma filia, et Ill.mus Nepos M.tis eius. quo nomine eas quas debet agit D. vestris ingentes gracias. seqz memorem olim futuram officiorum et fidelis huius seruitutis D.num vestrarum pollicetur. Porro quod hactenus M.tas eius nullas ad tutandam Ser.mam filiam suam misit copias. eius rei causae multae fuerunt. Nam cum longius absit nunc. neqz satis tutas esse videret suas prouintias

a Moscorum et Tartarorum incursionibus: cum satis habitura M.tas eius domi negotii videretur, non est illi visum foris quod bellum gerere, cuius facile Principium inuenire licet, exitum difficillime. Nam vt incipiat in dominis, vt ceptum ex animi sententia perficiat in solius Dei manu positum est. M.ti itaque Regiae Domino meo clementissimo, quae cum aetate sit prouectior, magnum est rerum vsum consecuta, et quod dulce sit bellum experientia Magistra didicit. Consilio prius quam armis omnia experiri visum est satius. Neque enim qui prior bellum incipit, is meliore statim est conditione, quin defatigari citius potius consueuit. quare cunctatione vti satius duxit M.tas eius quod moram istam interpositam, nichil esse Ser.mae filiae Nepotisque rationibus incommodi allaturam videbat. hoc presertim tam incommodo anni tempore, mittendo exercitu quid profici posset non satis intelligebat. qui si paruus a M.te eius missus esset, nihil se aliud quam ignominiam et ludibrium relaturum perspiciebat. Si numerosior, preterque quod conducibilius fore censebat, magis oportuno anni tempore, si necessitas postularet, sumptus in alendum eum facere. Hoc etiam vna verebatur, ne Thurcarum Caesarem, quem inimicum sibi capere nollet, misso valido exercitu prouocaret, qui sibi iam Regnum Hungariae despondit, et spe illud deuorauit. Deinde vero non ignorabat M.tas eius intercessisse pacta quaedam, inter Ser.mos Ferdinandum Romanorum, et Joannem olim Hungariae Reges quae quidem et litteris et iureiurando vltro citroque dato et accepto essent confirmata. Ad quae seruanda teneri Ill.mum Nepotem suum, filium defuncti Regis, D.nes vestras inficiari acceperat. Fas itaque non esse putabat contra interpositam fidem iureiurando quorundam etiam ex D.nibus vestris firmatam quidque agere, sed expectandum esse duxit, dum quo esset animo de pactis seruandis Ser.mus D.s Ro.rum Rex intelligeret, qui cum Oratore misso ad M.tem Domini mei,

facturum se omnia recepisset, de quibus inter eius et de-
functi Regis M.tem conuenerat, et pacta seruaturum. Atque
rogasset una M.tem Domini mei, ut Ser.ma quoque filia sua
et nepotem ad eadem pacta seruanda cohortaretur, neque
impediret quo minus illis satisfieret. cumque in eandem
descriptae sententiam a Ser.mo Carolo Imperatore litterae
allatae essent, magis etiam impellebatur animus Ser.mi Do.mi
postulationis huius aequitate, ut ab armis abstineret: neque
praeter id ut pacta seruarentur quidque postularet, cum praeser-
tim a nonnullis D. vestrarum allatum esset ad M.tem eius ve-
stras quoque D.nes authores fuisse Ser.mae filiae suae ut ipsa
pactis acquiesceret, atque de compositione per nonnullos ex D.
vestris iam tractari coeptum esse. quod autem illorum a Ser.mo D.
Romanorum Rege, tam subito satisfieri pactis non potuisset,
propositae a M.te eius Ser.ma Dominae Reginae conditiones
acceptae non sunt, recte factum sit nec ne, non potest M.tas
Domini mei diffinire. Certius esse potest eorum iudicium quorum
oculis quae offerebantur subiecta fuere. Sed si faceret adhuc
Ser.mus Do. Ro.rum Rex, ut honestas aliquas conditiones
ferret, si assensum ad eos praeberent D.nes vestrae, non esset
M.tas Domini mei improbatura quae pactis pro Ser.mi
Nepotis eius commodis per D.nes vestras stabilirentur.
Qua tamen in re non Ser.mae filiae tantum suae, sed et ve-
strarum D.num rationibus prospici vellet, ut hae quoque in tuto
collocari possent. Nam cum perspectam habeat fidem studium
et obseruantiam D. vestrarum erga Ser.mam filiam Nepotemque
suum. hoc sibi persuadeant de M.te eius, quod nunquam Ser.ma
filiae suae rationes a rationibus D. vestrarum seiunget;
sed utrasque pari cura consultum cupiet. Qua in re si quid
a M.te eius fieri velint D.nes vestrae, opem illis atque ope-
ram authoritatemque suam prolixe defert.

Quod vero D. vestrae M.tis eius consilium displicet de Buda a Ser.ma Domina Regina relinquenda, deqz Trencinium commigrando: non aliud optat M.tas Domini mei, qz ut extra periculum esse posset, etsi non paruis rationibus adducta ut Buda migrare cupiebat, hoc enim suadebat amor paternus erga filiam et Nepotem: quos extra teli iactum esse cupiebat. Neqz satis intelligere poterat, quis esset usus imbecillae faeminae, et infantis pueri inter armorum strepitum et horrendos Enearum Machinarum sonitus. atqz ut est amor omnis anxius et sollicitus, non potuit non vereri M.tas eius ne marore nimio atqz angore animi conficeret se se Ser.ma filia, et aut morbum aut aliquid etiam grauius quod absit sibi accideret.

Legatio ad Ferdinandum Romanorum Hungarie et Bohemie Regem, ac ad Reginam Isabellam, et ad eiusdem Regine consiliarios Mgco Andree de Gorka Castellano Posnaniensi, et Capitaneo Maioris Polonie generali: data Vilne 27 Februarii Anno 1541

Principio M.tem eius verbis nostris quam poterit officiosissime salutabit, fausta omnia et foelicia precabitur, deque nostra egregia erga M.tem eius voluntate prolixe omnia pollicebitur Deinde in hunc modum verba faciet.

Ex una et altera legatione S. M.tis Regie Polonie Domini mei clementiss.mi abunde cognoscere potuit Sacra M.tas vestra quo sit erga illam animo M.tas eius, quamque cupiat, non retentam modo amicitiam que cum M.te nostra ei intercedit, verumetiam auctam et amplificatam. magnam fuit Ser.mus Princeps meus in spem vocatus potiundi Regni Hungarie, ampla illi multa et Magnifica ostendebantur, neque defutura videbantur ad eam rem opinione multorum firmiora presidia, sed is est animus eius, ea voluntas, is ardor erga M.tem vestram, nullas ut opes nulla commoda, nulla Regna tanti esse putet, ut eorum causa constitutam cum M.tis v. maioribus illius, amicitiam vel minima ex parte violatam velit. quapropter que fuerunt ad M.tem eius vel potius ad Nepotem eius delata, ad que summo studio

adspirant alii, iis omnibus cessit M.ti vestrae maxi:
maqz cu voluntate illi potius qz infanti Nepoti Regni
Hungariae gubernacula deferenda censuit. Non tantu apud
M.tem eius valuit, aut Ser.ma Dominae Hungariae Reginae
aut Nepotuli infantis amor, vt M.tem eius ad faciendu ali:
quid impellere potuerit, qd ad mutua inter vestra et illius M.tem
amicitia dirimenda pertineret. Itaqz non modo non impediuit
quo minus cederetur M.ti vestrae omni Regni iure quod habere
videbatur. Ser.mi Joannis Hungariae Regis filius, verum etia
vt id fieret author ipse fuit, et persuasor: neqz aliud quicqz
a M.te vestra postulauit, qz vt Ser.mae filiae Nepotisqz ra:
tionem haberet, vt quae ex pacto illis debentur, ea praestanda
curaret. porro per quem steterit, quo minus pactis adhuc satis:
factu sit, statuere non potest Ser.mus Princeps meus. Nam
vt et se, et Ser.ma filia sua omni prorsus culpa carere scit
ita vestram quoqz M.tem non incusat. sz fato quoda aduerso
factu existimat, vt quod vtraqz ex parte tantopere est ex:
petitu, id nondu sit in hunc vsqz diem praestitu. quae fuerit hac
in re voluntas Ser.mi Principis mei, qua ex animo praestari
vtrinqz pacta, et per concordia potius transigi omnia, qua armis
disceptari voluerit, non est procul dubio M.ti vestrae obscurum.
Quo magis angitur animi, quod in hac re tantu M.tis vestrae illi
studiu perspexerit, cu viderit M.tas eius ab omni vi, ab armis
ab exercitu qz maxime abhorrentem, quieta sequi consilia
animu tamen induxisse visa sit, vt nescio quibus non mei magis
Regis, qua vestra M.te indignis suspitionibus locu daret.
quod quidem non vanis, neqz leuibus coniecturis Ser.mus Prin:
ceps meus colligit. Nam cu consiliu esset a M.te vestra postula:
tu, qua ratione effici posset, vt quod et ipsa M.tas vestra
velle videbatur, et tum Ser.mus Rex meus, tu Ser.ma
filia eius vehementer cupiebat: et vestra M.tas ad Re:
gnu citra strepitu armoru perueniret, Budaqz et caetera

Ciuitatibus, quæ debentur ex pacto potiretur, et Ser.ma Do. Hungariæ Reginæ ac infanti filiolo eius iuxta eadem pacta satisfieret, neqz consilii, neqz auxilii copiã apud M.tem vestrã inuenire licuit, quæ certo communicare poterat, si qua fuit illi cogitata ratio, qua desideriũ vtriusqz impleretur. Sed neqz hoc modo non fecit M.tas vestra, verumetiã cum videret Ser.mũ Principem meũ, non odii, non maleuolentiæ, non armorũ, sz amoris potius et beneuolentiæ certamen cũ M.te vestra suscepisse, atqz affectũ suũ erga Ser.mã filiam nepotemqz ita deposuisse, vt se patrem illius, hui9 esse auũ obliuisceretur, dum constanter tueri vult et conseruare mutuã cũ M.te vestra coniunctionem, passa tamen est nicchilominus M.tas vestra vt qui mittebantur a Ser.mo Principe meo ad Ser.mã filiã Cubicularii, ŷ a Præfectis militũ M.tis vestræ detinerentur, et excuterentur, neqz aut aditus eis Budam, aut exitus inde pateret: Perinde ac si Ser.mus Rex meus aliud lingua promptũ, aliud pectore clausũ haberet, et diuersũ aliquid ab his moliretur, quæ verbis est M.ti vestræ toties pollicitus, quæ quidem suspicio in eo Rege et Principe hærere nequaqz potest, qui in omni vita sua talem se semper præstitit, cũ erga M.tem vestrã, tum erga cunctos Principes non modo Christianos, verumetiã et hethnicos vt ab omni eiusmodi ratione fuerit semper remotissimus. Sunt et alia quedã ad Ser.mũ Regem et Dominũ meũ delata, ex quibus coniecturã facere licet M.tem vestram secus non nichil de animo illius erga se suspicari. Nam vt leuiora præterea, peruenit ad aures Ser.mi Principis mei, q cũ Ser.ma Domina Hungariæ Regina thesaurũ defuncti olim mariti sui, ex arce in qua nunc est arcetutiorem et commodiorem in locũ aliũ deportare cogitasset, insidiæ fuerint a præfectis militũ M.tis vestræ collocatæ, quibus thesaurus omnis si loco se commouissent interciperetur. Hæc et alia id genus cũ renunctiantur Ser.mo Regi

meo discruciatur animi, se, cum nihil nisi optima fide agat cum M.te vestra: cum non sibi neque Nepoti suo melius esse cupiat quam M.ti vestrae: cum quae sunt ad pacem concordiam, amicitiam, tranquillitatem, ea sola curet maxime, non posse tamen effugere, quin secus de illius erga se animo M.tas vestra suspicetur, quod quidem a vera amicitia alienum esse debet. Nihilominus quo est animi robore, qua constantia Ser.mus Princeps meus, facile patitur, plus apud se officii residere: atque in eo perstat, quod semel est M.ti vestrae pollicitus, quantum in ipsius est M.te, et Buda et Cassovia et omni Regno Hungariae ut cedatur M.ti vestrae, non modo non prohibet, sed instat etiam et urget salvis tamen iis quae Ser.mae filiae atque ex illa Nepoti debentur, etsi vero scit eandem esse Ser.mae filiae suae voluntatem, neque illius apud eam alterius, quam paterna consilia pondus obtinere maius. Dedit michi tamen negotium, ut ad eam ipse proficiscens currenti calcar quod aiunt adderem, atque omnia facerem, ut per compositionem potius servetur Regnum Hungariae, quam in seipsum divisum desoletur. Quoniam vero cum esset a M.te vestra petitum consilium, qua ratione fieri posset, ut Buda M.ti vestrae Ser.ma Domina Regina Ungariae cederet, quod quidem semper cupiebat, nullum fuit a M.te vestra tanta de re responsum datum: officii esse sui putavit Ser.mus Princeps meus, ut commonefaceret M.tem vestram, et viam illi indicaret qua id quam minimo negotio perfici posse speraret, semper ea fuit Ser.mi Principis mei sententia, plus ut benevolentia, benignitate, clementia a vestra M.te profici posse censeret quam vi, quam armis, quam exercitu. Superiora itaque illa potius, quam posteriora hac ut amplecteretur M.tas vestra, auctor illi fuit. Cuius eum consilii ne nunc quidem paenitet: ac hortatur fraterne M.tem vestram et rogat, quandoquidem id nunc anni tempus instat, quo ipsis etiam Turcis arma capessere commodum esse videtur, ut providat, ne quid Regnum Hungariae

detrimenti capiat, providendi autem alia ratio non esse vi:
detur, quam si operam det quo positis armis Civilibus, eorundem
qui adversari videntur studia sibi adiungat. Hostibus quidem nullum
iucundius, sed christianis certe nullum esse potest acerbius spectacu:
lum, quam in sua saevientes viscera videre christianos, et manus eorum
fraterno sanguine madentes cernere. Deinde vero consideret M.tas
vestra, quantos iam in alendum exercitum sumptus fecerit,
quam parum vero profecerit, quanto vero plura impendere
adhuc oporteat, priusquam eo quo vult M.tas vestra perveniat
an non multo esset satius aliquam eorum sumptuum partem ad de:
liniendos istorum animos convertere qui nunc M.ti vestrae videntur
adversari, quam eo usque bellum trahere, dum et M.tas vestra sum:
ptibus exhauriatur, et hostis alius recens iam defessam illam
aggrediatur: ac citra pulverem quod aiunt, universo Ungariae
Regno potiatur, quod quidem omen Deus optimus Maximus
quam longissime avertere dignetur, ac veritus quidem adhuc
est Ser.mus Princeps meus authoritatem istam in conci:
liandis istorum animis M.ti vestrae interponere, ne si quid id
ad Caesarem Turcarum permanasset, et sibi et Regno suo universo
fraudi esse posset. Sed vicit timorem hunc amor erga M.tem
vestram, et conservandi Regni Hungariae studium incredibile.
Itaque dedit mihi in mandatis, si quam spem ostendere iuberet
M.tas vestra Consiliariis Budensibus, si quibus eos ad se promis:
sis allicere conaretur, Denique quacunque ratione sibi eos conciliari
vellet, ut fidem atque authoritatem Ser.mi Regis mei interpone:
rem, non aliter quam quemadmodum recepisset M.tem vestram fa:
cturam: atque illius verbis eos diligenter hortarer ut ne in
fidem M.tis vestrae se conferre dubitarent. Sed prius tamen
transigi cupit Ser.mus Princeps meus cum Ser.ma filia
sua. Ac a M.te vestra petit, ut quod se authoritatem suam
in adiungendis et conciliandis M.ti vestrae Consiliariorum
Budensium studiis, interpositurum pollicetur, id tacitum esse

velit, ne si peruulgatum sit, maior existat in perficiendo difficultas. Cuius rei periculum iam fecit S. M.tas vestra quae cum esset admonita a Ser.mo Rege et Domino meo vt quam ad M.tem vestram detulerat voluntatem qua Regno illam Vngariae potiri cupiebat, eam abditam esse et occultam aliquantisper vellet, quoniam consilio Ser.mi Do: mei si se destitutos esse Budenses viderent, ad Turcarum presidia confugerent, magnamque in difficultatem rem adduxit. Cauendum itaque illi putat esse Ser.mus Princeps meus, ne ad eundem quod aiunt lapidem offendat.

Caeterum de eo nihil est quod dubitet M.tas vestra optima fide facturum omnia Ser.mum Principem meum quecunque in rem esse M.tis vestrae videbuntur, vt simul ac cum S. D. Hun: Regina honestis conditionibus transegerit Hungariae Regno, quoad eius fieri possit tranquille potiatur.

Instructio ad Isabellam Reginam Vngariae, castellano Posnanien. data

PRincipio Ser.mam filiam nostram verbis nostris plurima salute impartiet, laeta illi omnia, et fortunata, atque vna Ill.mo Nepoti nostro precabitur, bono animo esse iubebit, neue se maerore conficiat, si non omnia illi ex animi cedunt sententia, esse dicet rerum omnium vicissitudinem, laeta tristibus, tristia laetis subinde mutari, neque statum esse, et eundem perpetuo rerum humanarum cursum, quosque afflixisse Deus aliquando visus est, eos opinione citius nonnunquam erigit, et ingens

in gaudium luctum eorum commutat. Id quod de illa quoque factura Diuina M.tem summa animi nostri fiducia credimus. Neque ipsi vllum finem facimus de rationibus illius cogitandi si quo modo in tuto ea collocari queant. Nullis ea in re laboribus nullis sumptibus parcimus. et quoniam ita rem postulare videbamus, misimus ad Ser.mum Ro: Regem insignem Oratorem nostrum vnum ex primoribus Regni nostri Consiliariis, atque a M.te eius magno studio contendimus. vt tandem aliquando ad praestanda pacta animum induceret suum, quod quidem M.tem eius facturam confidimus. quae si posse se negabit ita subito, nihil ab ea acerbe nimis esse exigendum censemus, sed in eo potius acquiescendum. vt tempus constituat quam minime longum quoad fieri possit. quo se facturum esse pactis idonee caueat. Interea vero temporis de conditione aliqua honesta cum Ser.ma filia nostra transigat. qua vti illi liceat. quamdiu ad ea quae ex pacto ei debentur non peruenerit. Porro si se facilem et benignum his in rebus praebuerit Ser.mus Ro. Rex. nobis quidem videtur vt amoris potius quam armorum certamen cum eo suscipiatur, atque vt ei Buda Ser.ma filia nostra cedat. Non prius tamen quam fuerit illi de alio tuto et commodo loco per Ser.mum Regem Romanorum prospectum. Deinde vero consilium illius requiret qua ratione effici queat vt volentibus Consiliariis Budensibus Buda Ser.mo Rom: Regi concedatur. et quemadmodum visum erit M.ti eius ita rem aggrediatur: ac summa cura cauebit, ne quod in discrimen aut nos aut Regnum nostrum adducat. Cum Ser.ma quidem filia libere communicabit omnia quae ad rem videbuntur. Caeterum cum Consiliariis vbi egerit cautus erit et prouidus. ne quid ei excidat. quo Turcarum Caesaris animus offendi possit. a nobis non perinde considerari hic possunt omnia. neque exactum dari consilium. qui cum longius absimus. qui sit status rerum in Hungaria ignoramus. Proinde e re nata capiendum erit ei consilium

omnesqz cogitationes non alio quam ad pacem et tranquillitatem dirigendae, ita tamen vt Ser.ma filiae Nepotiqz nostro ex pactis satisfiat, aut saltem honesta cum ea conditione aliqua transigatur.

Illud meminerit Orator noster, nos de Regno Hungariae non ita agere, quasi nobis aliquid in eo juris vendicemus aut quasi potestatem penes nos esse velimus Hungariae Regno cedendi, sz non alio spectare consilia nostra omnia, qz ad vtilitatem Ser.mae filiae Nepotisqz nostri, illius rationes constitutas nos vehementer cupere, illius commodis prospectum velle neqz aliud magis optare qz vt extra telorum iactum quietam et tranquillam vitam degere possit. Proinde hortetur Ser.mam filiam nostram authoritate nostra paterna vt ne celet si quid animi habeat, Nepotem ne nostrum filium suum regnare malit, an in eo potius acquiescere velit vt pacta seruentur, aut si praestari tam cito non possint, a Ser.mo Domino Romanorum Rege honesta illi interim conditio aliqua offeratur, hoc nobis et aequius et tutius videtur, illud speciem quidem habet splendoris et dignitatis, sz preterquam quod perficiendi spes pertenuis est, summo est etiam cum periculo coniunctum, quod si ad pacta adiecit animum, omnia faciet Orator noster, vt ea quo ad eius fieri possit breuissimo tempore praestentur. Interim vero honestis conditionibus cum M.te eius transigatur, sin autem consiliis aliquorum adducta regnare malit filium, hoc illi declaret, nos cogere quidem illam non posse, vt id consilium repudiet sz nobis tamen minime probari, quod quantum sit in eare discriminis videamus, si quid contra consilium nostrum egerit nihil esse quod de nobis postea queratur, neqz enim et nos et Regnum nostrum vltimum in discrimen adducere vellemus.

Quod si eaedem latae fuerint conditiones Ser.mae filiae nostrae, quae ante Menses aliquot per Commissarios Ser.mi

Regis Rom: propositæ et fuerunt. Nobis quidem euismodi videntur, ut non omnino spernendæ fuerint, sed iudicio tamen arbitrioque suo Ser.^ma^ filiam nostram cuius res maxime agitur volumus quæ tamen gratius nobis fecerit, si vel eas aliquas conditiones non repudiabit, quæ illi otium cum dignitate adferre posse videbuntur. Cupimus enim pro animo erga illam nostro paterno, quieti illius et tranquillitati cumprimis prospectum ut ne in istis bellorum incendiis, aut ipsius Ser.^mæ^ filiæ nostræ aut Nepotis nostri charis.^mi^ salus aliquod in discrimen adducatur

Conditiones itaque aliquas honestas propositas, si illi et Consiliariis tutæ videbuntur, per nos quidem ut accipiat licebit, et statim ut constitutum aliquid de illis fuerit Buda Ser.^mo^ Rom: Regi cedat, quod si per Consiliarios Budenses facere non possit, ut cum Ser.^mo^ Do: Rom: Rege conditionibus transigatur, ut una cum filio suo infante Buda migraret, vel cum ipsum descendum, si aliter fieri nequiret potius censemus Budaque relinquendam, quam ut commorando ibi diutius, non se modo Ser.^ma^ filia nostra, sed et nos Regnumque nostrum in periculum adducat.

Qua ratione autem cavere debeat Orator noster ne Turcarum Cæsaris animum offendat illius prudentiæ committimus.

Quod tempus attinet, intra quod satis fieri pactis per Ser.^mum^ Do: Rom: Regem vellemus, id quoque iudicio Oratoris nostri committimus, qui nihil de eo statuet aut sortitate nra, nisi de sententia Ser.^mæ^ filiæ nostræ, cui quicquid erit visum hac de re, atque adeo de quibusuis conditionibus id nobis quoque probabitur. Si vero contingat, ut dubitet Ser.^ma^ filia nostra aut de tempore aut de conditione suscipienda et per tempus fieri possit, ad nos referri volumus, ut nos qui pluris facimus quam quisquam alius mortalium. Ser.^ma^

filiam Nepotemq[ue] nostrum consilium illi nostrum impartiamus. Proinde si videbitur Oratori nostro, accipiendas esse conditiones, quas proposuerit Ser.mus Rom: Rex, Ser.ma vero filia nostra aliquorum consilio adducta accipere eas dubitaverit hortabitur illam nomine nostro, ut ne statim repudiet, s[ed] deliberandum potius censeat ac ad nostram voluntatem informationemq[ue] referret, hoc et illius erga nos pietate dignum fuerit, et rationibus illius cumprimum conducet. Nos enim consilia nostra non nisi utilitate ipsius, Nepotisq[ue] nostri dirigemus, ubi vero acceptandum aliquid sola cum Consiliariis censuerit, tum Or[ator] noster, etiam non requisitis nobis, si in mora periculum esset ad eas assencietur.

Hoc in instructione ad Romanorum Regem additum est

Quod si obviam habuerit in itinere Venerabilem Andream Czarnkowski Scholasticum Cracovien[sem] Secretarium nostrum, sciscitabitur ex eo quid responsi tulerit, quod ubi diligenter perlegerit praescriptam sibi a nobis formulam commutet licebit, atq[ue] orationem suam ad responsum Ser.mi Rom: Regis accommodabit. Qua in re iudicio suo utatur, quoniam illius fidei, integritati, prudentiaeq[ue] causam hanc Ser.mae filiae, Nepotisq[ue] nostri credimus.

Quod si vero Ratisponae fuerit Ser.mus Dominus Rom: Rex, eo M.tem eius persequetur, Deniq[ue] ubicunq[ue] locorum fuerit, ibi M.tem eius convenire curabit.

Legatio ad Consiliarios regni Vngarie

Salute dicta et gracia
nostra Regia.

Orator noster collaudabit fidem hanc et constantiam eorum
qui rationes Ser.me filie nostre tanto studio tuentur. De
fauore nostro prolixe eis pollicebitur, futurosqz nos semper
memores dicet officiorum, quibus nunc Ser.ma filiam nram prose-
quuntur, atqz vt ea qua sunt erga M.tem eius fide et ob-
seruantia deinceps quoqz semper perseuerent verbis
nostris diligenter hortabitur. Neqz vero statim cum illis
aperte aget de reditu in graciam cum Ser.mo Domino Rom:
Rege, sz prius animos eorum hac in re pertentabit, quos
si tractabiles viderit, omni studio huc eos impellet, vt
de gracia Ser.mi Rom: Regis recuperanda solliciti
esse velint, ac quibuscunqz poterit rationibus eis per-
suadere conabitur, vt constitutis rationibus Ser.me fi-
lie Nepotisqz nostri, Buda Ser.mo Regi Rom: cedant
nostraqz authoritate perficiant omnia quecunqz ad pro-
curanda eorum commoda apud Ser.mum Rom: Regem
putauerint pertinere. hortabitur eos vt etiam atqz etiam dili-
genter prouideant, ne quod ingens in discrimen Hungarie
Regnum adducant, reputent secum se et sumptibus esse iam
exhaustos, et magis atqz magis rebus omnibus ad victum
necessariis defici: neqz vnde ea quorum indigent suppedi-
tari possint spem vllam ostendi. Instare tempus vernum

quo nouo conflato exercitu, maiorem sit belli gerendi
commoditatem Ser.mus Rom: Rex habiturus ac periculum
esse ne veniens interim hostis potentior Regnum vniuersum Hun:
gariae sub imperium suum subiungat. quae pacta intercesserint
inter M.tem Regiam Rom: et Ser.mam Hungariae Regem non
ignorant proculdubio Domini Consiliarii, ex quibus nonnulli
fortasse et ipsi in ea pacta iurarunt, aequum nobis vi:
deri vt pacta vtrimque seruentur, praesertim quae sunt
iureiurando firmata. Quod si tam subito satisfieri illis per Ser.mum
Rom: Regem non possit, non esse ab eo nimis aspere exi:
genda censemus, quae praestare tam cito nequeat,
dummodo certum tempus atque id quoad eius fieri possit,
quam minime longum praestituat, quo se pactis satis esse fa:
cturum idonee caueat. Interea vero temporis de hones:
ta aliqua et nihilo deteriore quam est in pactis conditio:
ne Ser.mae filiae nostrae Nepotique prospiciat, qua frui ei
licitum sit, in id vsque tempus, quo re praestita fuerint ea quae
sunt in pactis. Quaecunque autem fuerit ea conditio, de qua
priusque fuerit aliquid constitutum referri ad nos volumus
ac vt optima conditio proponatur Ser.mae filiae nostrae
non prius tamen eam accepturi sumus quam vt Dominorum Con:
siliariorum rationes in tuto fuerint collocatae. Non modo vt
nullo eorum incommodo et periculo Ser.mae filiae Nepotisque
nostri negotia transigantur, verumetiam vt qui fidei eorum
et constantiae fructus debentur eos vberes ferre queant.
Ita autem rem aget Orator noster, vt quorsum animi eorum
inclinent diligenter conspiciat, et eo orationem suam diri:
gat. si viderit non abhorrere a reditu in graciam S. Rom:
Regis, aget cum eis apertius. Sin autem alieniores per:
spexerit, per cuniculos nihilominus idem perficere
conabitur, atque ita orationem suam moderabitur, vt ne
qua per nos ansa Caesari Thurcarum data esse videatur,

eius foederis quod nobis est cum illo respondendi, neue in aliquam illius offensionem incurramus, quem inimicum nobis capere nollemus. Qua in re Ser.ma quoqz filiae nostrae consilio vtetur, ac quemadmodum illi visum erit, ita consiliariorum animos oratione pertractabit.

Mandatum ad Romanorum Regem et Hungariae Reginam eiusqz Consiliarios

Sigismundus etc. Vniuersis et singulis quorum interest, planum testatumqz facimus, quod cum miserimus ad Ser.mum Do: Ferdinandum Rom: Vngariae et Bohemiae Regem, fratrem et consanguineum nostrum charis.mum, spectabilem, et Magnificum Andream Comitem a Gorca Castellanum Posnaniensem etc. ad tractanda et constituenda ea quibus dirimi possent controuersiae si quae inter S. D. Rom: Regem, et Ser.mam filiam nostram Hungariae Reginam adhuc intercedere videntur, et perpetuam inter M.tes eius amicitiam firmandam, atqz concludendum de pactis quae inter M.tem eius, et Ser.mum olim Jo: Hungariae Regem, vtrinqz iureiurando confirmata intercesserunt, quoniam perspectam habemus virtutem eius, et in rebus nostris conficiendis, fidem diligentiam dexteritatemqz, plenam ei potestatem dedimus, ita vt presentibus damus de rebus omnibus agendi constituendi, et transigendi, haud aliter quam si nos presentes adessemus. Itaqz quaecunqz per illum in hoc negotio facta pacta, transacta fuerint, ea nos perinde rata firmaqz habituros, verbo nostro regio promittimus, ac si per nos ipsos facta pacta transacta essent. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est presentibus appensum. Datum Vilnae XXVI Februarii M.o D. XLI.

ad Reginam et Consiliarios Hungariae in mandato haec scripta est clausula.

Emericus Bebek Nuncius à Serma Regina Isabella, veniens Vilnam hec verba dixit corã Regibus Poloniẽ, et Legationem eiusdem Regiẽ, infrascriptam, ad Ferdinandum Regem missã secum attulit viii Marcii 1541

SAcrae et Ser.ma M.tis vestrae. Non me securum venisse intelligant, sed via insecura ac penitus ambigua, nulla penitus in scriptis informatione accepta, a Sacra M.te Reginali mea clemen.ma Domina advenisse me sciant, quia cum me Sacra M.tas Reginalis expediuit, erat duplex via egrediendi, aut vincere aut occumbere morti. Nam non abs re hoc fecit M.tas sua Sacra quod me ad easdem properare compulerit, quinque enim Menses iam emensi sunt, quod M.tas sua Ser.ma omni orbata presidio preter Deum ac M.tes vestras Ser.mas premitur obsidione a Ser.mo Rege Ferdinando. Nulla igitur in scriptis data mihi informatione, me superanti fortunae addixit M.tas sua istis verbis quae hic subiunxi vt si venire potero quae illic agantur Sacris M.tibus vestris referrem ac vt aliquid efficere apud illas possem, niterer totis viribus quae ad suae S. M.tis Reginique profectum prouenire viderentur.

Primum Sacras M.tes vestras salutatione anni noui fecit per me inuisere, tanquam in procellis et tempestatibus non immemor amoris paterni. Huius rei ego prouintiam subiui, fidelis et humillimus M.tum vestrarum seruus. Indicauit secundo, venisse Oratores a Turcarum Imperatore, indicauit sua Ser.ma M.tas se obsequentiss.ma omni Sacrarum M.tum vestrarum vti velle consilio.

Quod praeterea Turca non concedit Regnum Ferdinando

Regi Rom: sed Stephano Regi illud contulit, quod dieta quam sua M.tas indixerat non est celebrata, quod adueniente Turcarum presidio, an mansura sit Sacra M.tas Regnalis Budae et in Hungaria. Et quod est maius, supplicat Sacra M.tas R.lis iam iam subueniant Ser.mae M.tes vestrae auxilio consilio ac citissima Regaliqz prouisione, nec eam vlterius deserant sine matura deliberatione de tantis angustiis paterna eliberatione. Alterum quod iam M.tes vestrae perspicient, suam M.tem in medio periculi, ac armorum strepitus perstantem, non aliunde vt modo per Thurcam habet, sz a Sacris M.tibus vestris sperat auxilium.

Caeterum non iam vti Nuncius, sz vt M.tis suae Ser.mae fidelis seruitor, dico opus esse vt mittantur ex Proceribus insignes Oratores a M.tibus vestris, qui suae Regnali M.ti suis consiliis adsint, ego scio quid dico, quia totum Regnum posset habere in manu M.tas sua, et posset se contra impetum Regis Ferdinandi tueri. Nam Magnatibus caret sua Ser.ma M.tas quibus vitam et Regni negotium tuendum confideret.

SI Regia M.tas Romanorum non destiterit ab incepto, ac ab illius Regni occupandi desiderio, non solum Hungaria perdet, cuius forsan reliquiae durabunt, sz vnius ob noxam alia quoqz Regna petent exterminium.

Legatio à Isabella Hungariæ regina ad Ferdinandum Romanorum Regem per Andream Magoczi habita vilnæ octava Marcii per Emericum Bebek allata 1541.

SAcratis.^me^ et potentis.^me^ Rex et Domine domine gracio:
sissime. Ser.^ma^ Domina ac Domina Isabella Deigracia Re:
gina Hungariæ Dalmatiæ Croaciæ etc. Domina mea cle:
mentis.^ma^ Dedit mihi in commissis nomine suæ M.^tis^,
Sacratis.^mæ^ M.^ti^ vestræ tanquam Domino et patri chariss.^mo^
plurimam salutem referre. optareque Dominam meam graciosis:
simam Sacræ M.^ti^ vestræ omnem felicitatem, ac rerum omnium
prosperos ad vota successus. omnisque amoris et beniuolentiæ
continuum incrementum. Intellexit Reginalis M.^tas^ per Rev.^dum^
Do: Andream Czarnkowski Oratorem Ser.^morum^ parentum su:
orum Sacram M.^tem^ vestram conqueri quòd ad Articulos
nuper per Commissarios M.^tis^ vestræ propositos consen:
tire non potuerit, et quandam notam suspitionis filialis amo:
ris et obseruantiæ in M.^tem^ vestram debendæ, erga
M.^tem^ Reginalem Ser.^ma^ M.^tas^ vestra praconce:
pisset, ex eo quòd certi Oratores solennes ex ordine
Prælatorum et Baronum ad potentis.^mum^ Imperatorem Turcarum
nomine Reginalis M.^tis^ accessissent quorum opera Coblita
M.^tas^ Reginalis coniunctionis paterni amoris precipue vero
deliberationis et conclusionis certorum Articulorum cum Ser.^mo^
Domino Domino Joanne Rege Hungariæ etc. bonæ memo:
riæ, chariss.^mo^ coniuge M.^tis^ suæ Reginalis, in facto
successionis

successionis reginiinis Regni Hungariae initae et utrinque confirmatae in derogamen Iuris M.tis vestrae Ser.mae) regimen Regni Hungariae Charissimo filio suo infantulo ab ipso Turcarum Imperatore dari procurauerit. Interceptasque esse quasdam litteras Procerum Regni Poloniae qui suadebant M.ti Reginali, omnibus rationibus curare debere, quo filium suum Charissimum Regno Hungariae praeficere posset. Praeterea Episcopum Varadienum, Petrouicz, et omnes ordines militares insuper et iudices, aliosque Cives ciuitatis Budensis et Pestensis ad fidem et obedientiam Reginali M.ti praestandam iuramento astrinxisse.
Et quod Reginalis M.tas per certos Oratores plena authoritate missos ac per litteras in Transyluania egerit ut omnes ordines ad fidem et obedientiam Reginali M.ti praestandam sese subderent.

Non potuit non molestum esse Ser.mae ac potentiss.mae Rex Reginali M.ti Dominae meae clementiss.mae eum animum M.tis vestrae erga se intellexisse. voluitque suam innocentiam apud S. M.tem vestram per omnia excusatam reddere.

Recenti memoria habere potest M.tas vestra quam saepissime et per litteras et per Nuntios apud Sacram M.tem vestram egit, supplexque institit, ne vi armorum impeteret, sed potius hanc moram pacienter ferre dignaretur, donec consilia Ser.morum parentum suorum intelligere potuisset. Nam decens esse non potuit inconsultis parentibus Ser.mis suis ad ista negotia tam magni momenti respondere praesertim eo tempore quo ultra omnes defectus infirmitatis et in ea aetate posita, expersque et curarum et comoditatum acceptaque immatura morte Ser.mi Regis Coniugis Charissimi, et tam repente omni auxilio humano orbata misere milleque periculis exposita viduitati sese implicitam

vnde et vires et ingenia plane deficere videbantur, commendans causam suam tam sanctam, tam iustam, misericordiae diuinae et omnia pericula fortunae experiri potius quam vt vel minimum quid, inconsultis Ser.mis parentibus suis agere. Non eo animo vt Iuribus Sacrae M.tis vestrae incommodaret, sed vt animum suum Christianum et propensum et obedientem erga Ser.mos parentes suos manifestis argumentis declararet nihil sine scitu et voluntate M.tum suarum agere velle.

Postea tamen, cum mentem et consilia Ser.morum parentum suorum intellexit paratiss.ma se se et antea obtulit, et nunc offert Reginalis M.tas Domina nostra clementiss.ma acceptare conditiones iustas et honestas, in articulis clarius expressas, quin immo rogat vt M.tas vestra cum Ser.mis parentibus suis in suo negotio, filiique sui charis.mi, rem ad finem deducat et diffiniat. quicquid enim cum M.tibus suis fuerit definitum et conclusum id omne pollicetur se pro rato et grato tanquam filia obsequentiss.ma habituram.

Innocentiss.mam se se testatur Reginalis M.tas de Oratorum ad potentiss.mum Turcarum Imperatorem missione. Non enim cum consilio suae Reginalis M.tis illuc profecti sunt, quin potius et litteris et per Nunctios quam saepissime ne illuc irent, inhibuit, neque procurauit vnquam, vt charissimus filius M.tis suae Reginalis per Imperatorem Turcarum Regno praeficeretur aut potiretur.

Testatur etiam se ne in minimo quidem Iuribus M.tib vrae contrariare voluisse, praesertim cum constaret suae M.ti ad hoc consensum et deliberationem charis.mi coniugis suae M.tis accessisse. Non inscia quam insufficiens esset ad tam grauia munia obeunda, vt Regno

tam lacero, et tot malis affecto inter duos potentiss.mos Principes posito, vna cum filio suo infantulo potiretur, attendens, q[uo]d incommodu[m], et quam periculosu[m] esset Regni gubernamina acceptare, et quod ad hoc consilia industria et defensiones viduæ ac infanti sufficere minime possent, veru[m] et cuiusdam magni et potentiss.mi Principis, singularis cura, ac solers prouidentia post Dei misericordia[m] ad hoc requiritur, vt Regnu[m] a tam potentiss.mo hoste, et presertim vicino defendere pristinaq[ue] disciplinæ restituere possit.

Non potuit inhibere Reginalis M.tas Dominis Regni Poloniæ quin litteras et consilia ipsoru[m] mitterent, noluit tamen nisi consiliis Ser.moru[m] Parentu[m] suoru[m] in hac causa vti et acquiescere. Neq[ue] hac de causa iuramento sibi addixit Ep[iscopu]m Varadiensem, Petrowicz, et Ciues Budenses, vt Juribus M.tis vestræ contrairet, s[ed] potius vt habita cu[m] M.te vestra concordia, facilius M.ti vestræ Buda[m] restituere posset.

Neq[ue] in Transyluania per Nuncios et per litteras egit, vt M.ti vestræ incommodaret quicqua[m], s[ed] vt perniciosu[m] Stephani Maylath, a Turcaru[m] Imperatore oblatu[m] dominiu[m] quam citissime euacuaret, et quod Regnu[m] Transyluaniæ ex integro manibus M.tis vestræ post concordia[m] initam tradere posset.

Non habet igitur Reginalis M.tas rationem status presentis temporis, nec vnqua[m] auxiliis Turcicis negotia sua et charyss.mi filii sui procurare vult nec intendit, s[ed] pro affectu Christiano quo omnem spem et opem primu[m] in gracia Dei, Deinde etiam in fauore M.tis vestræ, certo statuens paratiss.ma[m] se se offerens acceptare conditiones pacis.

Promittit etiam se omni opera instare, et sincere procurare, totoqz posse laborare, vt Budam in manus suas recipiat, et quod filium suum Cbaris.mum coronari non permittet, Sed si poterit consequi liberam possessionem Castri et Ciuitatis Budensis postea〈q〉z etiam adepta fuerit ea, quae cum Ser.mis Dominis parentibus suae M.tis fuerint conclusa, sine ampliori dilatione ac subterfugio, fucoqz remoto manibus vestrae M.tis Regiae, pacifice possidenda assignabit. Casu vero quo M.tas sua Castrum et Ciuitatem Budam in manus suas accipere non posset, in omnem euentum exire decreuit, creditqz maiorem partem hominum cum sua M.te exituram, et in hoc incumbet, quo facilius M.tas sua voto potiri possit.

Responsum Oratori dne Isabelle Regine Hungarie Emerico Bebek vilne vndecima Marcii datum 1541

Vtriqz Sacrae M.ti Regiae grati.mum accidit, quod et Ser.ma Domina Hungariae Regina alterius filia, soror alterius Cbaris.ma per D.nem vestram eorum M.tes viserit, ac ineuntem hunc annum faustum illis et faelicem sit precata, quem et ipsi M.ti eius laetiorem iam tandem et fortunatiorem exoriri ex animo cupiunt ac tum Deum supplices precant〈ur〉 vt graciam suam impartiat, vt rebus illius afflictis opem ferat, vt ex his angustiis et difficultatibus quibus nunc premitur, ereptam ad optatum quietis et tranquillitatis portum incolumem perducat, tum quantum humano consilio

prouideri potest. faciunt omnia pro paterno fraternoq3 suo officio. quae ad rationes illius constituendas existimant pertinere. Nam non sibi magis q3 illius M.ti consultu cupiunt quin potius multo illius M.ti hoc tempore magis consultu cupiunt, vt cui 9 res eo loco esse intelligunt, vt omni ope subuenire illi sit necesse.

Quamobrem quod postulauit D.tio vestra, Legatu aliquem ex Regni Proceribus mitti id aliquanto ante factu iam est a M.tibus earu ex quaru animo nunqua effluit Ser.mae Dominae Reginae Hungariae memoria ad qua refferuntur, in qua consumuntur curae et cogitationes earu omnes. Itaq3 non contentae misisse paulo ante Rev.dum Dominu Andrea Czarnkowski Scholasticu Cracovieu, antea quoq3 in grauibus Legationibus obeundis, cu apud Sanct.m Do: nostru, tum apud alios foeliciter versatu, miserunt ante dies plus minus quindecim vnu ex praecipuis Regni Proceribus Mag.cu Andrea Comitem a Gorka Castellanu Posnanieu etc. Cui plenam etia facultatem concesserut statuendi, et transigendi, de Ser.mae Dominae Hungariae Reginae sententia et voluntate, quaecunq3 cu illius coniuncta forent vtilitate, quem pro fide prudentiaq3 sua effecturu tandem Christo bene iuuante persuasu habent, vt in tuto rationes illius collocet.

Porro quicquid erit praeterea in quo Ser.mae domina Reginae consilio esse possit vtraq3 Sacra M.tas Regia, nullu altera patris altera fratris officiu in se requiri patietur. D.tio vestra vtraq3 postulat, vt verbis vtriusq3, M.tem eius officiosissime salutet ac omnia fausta illi et foelicia precetur.

Sed et dominos Consiliarios M.tis eius itidem Do.tio vestra salutabit, deq3 gracia et fauore vtriusq3 Sacrae M.tis prolixe Do.nibus eorum pollicebitur, memoremq3 fore promittet vtramq3 fidei eorum et constantiae erga Ser.mam alterius filiam alterius sororem charis.mam.

Legatio nomine Isabelle Regine Vngarie ad Ferdinandum Romanorum Regem per Emericum Bebek

Σολος.

est supra

Sacratiss.me et potentiss.me Rex et domine Domine graciosissime. Ser.ma do: Domina Isabella etc. Dedit mihi in commissis nomine suae M.tis Sacratiss.mae M.ti vestrae tanquam Domino et patri charis.mo plurimam salutem referre optareque Dominam meam graciosissimam Sacrae M.ti vestrae omnem felicitatem ac rerum omnium prosperos ad vota successus, omnisque amoris et beniuolentiae continuum incrementum.

Intellexit M.tas Regnalis per Rev.dum Do. Andream Czarnkowski Oratorem Ser.morum parentum suorum Sacram M.tem vestram conqueri quod ad articulos nuper per Commissarios M.tis vestrae propositos consentire non potuerit et quandam notam suspitionis filialis amoris et obseruantiae in M.tem vestram debendae erga Regnalem M.tem Sacratiss.ma M.tas vestra praeconcepisset, ex eo quod certi Oratores solennes ex ordine Praelatorum et Baronum ad potentiss.mum Turcorum Imperatorem nomine Regnalis M.tis accessissent, quorum opera (oblita Regnalis M.tas coniunctionis, paterni amoris, praecipue vero deliberationis et conclusionis certorum Articulorum cum Ser.mo Domino Joanne Rege Hungariae etc. bonae memoriae Coniuge charis.mo M.tis suae Regnalis in facto successionis regiminis Regni Hungariae initae et vtrinque confirmatae in derogationem Iurium M.tis vestrae

Ser.mae I regimen regni Hungariae charss.mo filio suo, in-
fantulo ab ipso Turcorum Imperatore dari procurauerit, inter-
ceptasque esse quasdam litteras Procerum Regni Poloniae, qui
suadebant M.ti Reginali omnibus rationibus curare debere
quo filium suum charss.mum Regno Hungariae praeficere posset,
Praeterea Episcopum Varadiensem Petrum Petrowicz et omnes ordines
militares, insuper et Iudices aliosque Ciues Ciuitatis Budensis
et Pestensis, ad fidem et obedientiam Reginali M.ti praestandam
iuramento astrinxisse, et quod Reginalis M.tas per certos
Oratores plena authoritate missos, ac per litteras in Tran-
syluania egerit, vt omnes ordines ad fidem et obedientiam
Reginali M.ti sese subderent.

Non potuit non molestum esse, Ser.mae ac Potentss.mae Rex M.ti
Reginali, dominae meae clementss.mae, quamuis M.tis vestrae
erga se intellexisse, voluitque suam innocentiam apud Sacram M.tem
vestram per omnia excusatam reddere.

Recenti enim memoria habere potest M.tas vestra quam saepis-
sime et per litteras et per Nuntios, apud Sacratss.mam M.tem
vestram egit, supplexque institit, ne vi armorum impeteret, sed
potius hanc moram patienter ferre dignaretur, donec consi-
lia Ser.morum parentum suorum intelligere potuisset. Nam
decens esse non potuit, inconsultis Ser.mis Dominis paren-
tibus suis ad ista negotia tam magni momenti respondere
praesertim eo tempore quo vltra omnes defectus infirmitatis
et in ea aetate posita, expersque et curarum, et incommodi-
tatum, acceptaque immatura morte Ser.mi Coniugis Regis
Charss.mi, et tam repente, omni auxilio humano orbata
miserae duntaxat ac mille periculis expositae viduitati
sese implicitam esse conspiceret. Vnde et vires et ingenium
plane deficere videbantur, commendans causam suam tam
sanctam tam iustam misericordiae diuinae, et omnia pericula

fortunae experiri potius, quam ut vel minimum quid in:
consultis Ser.mis parentibus suis agere, non eo animo
ut Iuribus Sacrae M.tis vestrae incommodaret, sz ut animum
suum Christianum et propensum et beneuolentem erga Ser.mos
parentes suos manifestis argumentis declararet, nihil sine
scitu et voluntate M.tum suarum agere velle. Postea tamen
cum mentem et consilia Ser.morum parentum suorum intellexit,
paratiss.mam se se et antea obtulit et nunc offert. Reginalis
M.tas Domina mea clementiss.ma accipere conditiones
iustas et honestas in articulis clarius expressas, quinimo
rogat, ut M.tas vestra cum Ser.mis Dominis parentibus
in suo filijqz s negotio rem ad finem deducat et diffiniat
Quicquid enim cum M.tibus suis fuerit diffinitum et conclusum
id omne pollicetur se pro rato et grato, tanqz filia obsequen:
tiss.ma habituram.

Innocentiss.mam se testatur Reginalis M.tas de oratorum ad po:
tentiss.mum Turcarum Imperatorem missione. Non enim cum consilio
suae Reginalis M.tis illuc profecti sunt, quin potius et
litteris et per Nuntios quam saepissime ne illuc irent inhi:
buit. Neqz procurauit ut charis.mus filius M.tis suae per Im:
peratorem Turcorum Regno praeficeretur, aut potiretur. Te:
statur etiam ne in minimo quidem Iuribus M.tis vestrae con:
traire voluisse praesertim cum constaret M.ti suae ad hoc consensum
et deliberationem charis.mi Coniugis suae M.tis accessisse, non
inscia quam insufficiens esset ad tam grauia munia obeunda
ut Regno tam lacero et tot malis affecto, inter duos po:
tentiss.mos Principes posito, una cum filio suo potiretur
Attendens quam incommodum et quam periculosum esset Re:
gni gubernacula acceptare, et quod ad hoc consilia indu:
stria, et defensiones viduae ac infantuli, sufficere non
possent, verum et omnibus magni et potentiss.mi Principis

singularis cura ac solers providentia, post Dei miseri-
cordiam ad hoc requiritur, vt Regnum a tam potentissimo
hoste, et praesertim vicino defendere pristinaeque disciplinae
restituere posset.

Non potuit inhibere M.tas Reginalis dominis Poloniae quin
litteras et consilia ipsorum mitterent. Noluit tamen nisi con-
siliis Ser.morum parentum suorum in hac causa vti et acquies-
cere. Neque hac de causa iuramento sibi addixit Episcopum
Varadiensem Petrowicz et cives Budenses, vt Iuribus
M.tis vestrae contrairet, sed potius vt habita cum M.te
vestra concordia facilius M.ti vestrae Budam resti-
tuere posset. Neque in Transiluaniis per Nuncium et per
litteras egit, vt M.ti vestrae incommodaret quicque, sed vt per-
niciosum Stephani Maylath a Turcarum Imperatore oblatum
Dominium quamcitissime evacuaret. Et quod Regnum Tran-
sylvaniae ex integro, manibus vestrae M.tis post concor-
diam initam tradere posset.

Non potuit igitur Reginalis M.tis rationem, status praesen-
tis temporis, nec vnquam auxiliis Turcicis negotia sua
et filii sui procurare vult, nec intendit, sed pro affectu
Christiano quo omnem spem et opem primum in gracia Dei
Deinde etiam in favore M.tis vestrae certo statuens, para-
tissimam se se offerens acceptare conditiones pacis. Pro-
mittit etiam se omni opera instare et sincere procurare totoque
posse laborare, vt Budam in manus suas recipiat, et quod fi-
lium suum coronari non permittet, Sed si poterit consequi li-
beram possessionem Castri et civitatis Budensis postquam
etiam adepta fuerit ea quae cum Ser.mis Dominis parenti-
bus M.tis suae fuerint conclusa sine ampliori dilatione ac sub-
terfugio, fucoque remoto manibus vestrae M.tis Regiae pa-
cifice possidendam assignabit.

Casu vero quo M.tas sua Castrum et Ciuitatem Budem in manus suas accipere non posset, in omnem euentum se exire decreuit, creditque maiorem partem Dominum cum sua M.te exituram et in hoc incumbet, quo facilius M.tas vestra voto potiri possit.

Obligacio Emerici Bebek pro Regina Isabella

Ego Emericus Bebek de Pelsewtz, nuncius Ser.ma Do: Isabellæ Deigracia Reginæ Vngariæ etc. Ser.mi quondam Principis Domini Joannis Regis Vngariæ etc. relictæ, ex mente praeffatæ Dominæ meæ clementiss.me, retuli Sacratiss.mæ Ro.rum Vngariæ Bohemiæ regiæ M.ti M.tem Dominæ meæ optare, vt sua M.tas regia de omnibus negotiis suæ Regualis M.tis et obarp.mi filii sui, cum Ser.mis parentibus suis, sine ampliori dilatione tractare et concludere dignetur, quæcunque enim M.tes suæ pari consensu deliberauerint, id totum pro rato et grato habere et per omnia obseruare promittit. Non ea autem de causa hoc negotium ad Ser.mos parentes suos defert, vt negotium longius protraheretur, sed vt debitum honorem Ser.mis parentibus suis deferat. Interim omni mora posthabita parata est Ser.ma Domina mea omnibus viis modis et rationibus pro posse suo curare, vt liberam possessionem Castri et ciuitatis Budem habere possit, cuius possessione habita, presidia Regiæ M.tis immittere, arcemque et Ciuitatem Budensem aliaque ad corona Regni pertinentia, castra, ciuitates, oppida, demptis castris ciuitatibus, oppidis, ac possessionibus sibi in

contradotem inscriptis, vel alio iure M.tem suam regnali
concernentibus, manibus regiae M.tis libere possidentia dabit
quod primum haec omnia effective per regiam M. Dominae meae
reddentur. Scio enim Reginam meam clemen.mam vltra obla:
tiones priores cum additione septem millium flor. in loco certo
et tuto persoluendorum, et additione Castrorum Munkacz et
Huszt cum toto Marmarusio ac Salisfodina et libera ven:
ditione salium iuxta antiquam consuetudinem bene esse con:
tenta, si quid amplius in Tractatibus cum Ser.mis paren:
tibus suis amplius addere voluerit. Casu autem si filium
M.tis suae Regnalis ex hac vita decedere quod Deus auer:
tat contigerit, optat domina mea vt vita durante eius
haec omnia pacifice possidentia per S. R. M.tem concedi.
Quamuis ista sint ex mente Dominae meae clemen.mae
confidit tamen in gracia Regiae M.tis, quomodocunque
contenta reddere voluerit non dubitat, quin M.tas regia
illam Christiano et paterno amore pro dignitate sua pa:
rentumque suorum prosequetur, vnde sua M.tas Regia coram
Deo graciam, et coram Principibus Christianis debitam laudem
iuste mereri poterit. Quae omnia Domina mea clemen:
tissima sub amissione capitis obseruatura promitto. Datum
in Noua Ciuitate Austriae v. Februarii M.D.xli.

Idem qui supra manu propria sst.

PEtit M.tas sua Reginalis quod tempus redemptionis bonorum patrimonialium M.tis Regiæ bonæ memoriæ sit certum præfixum.

Deinde quod reformatio bonorum in contradotem M.ti Reginali inscriptorum, sit in potestate M.tis sua et si quæ bona sunt nunc in manibus aliorum liberentur per Ser.mum Do. Ro. Regem, et in manus suæ R.lis M.tis consignentur.

Item ad oblationem Posonii, et toto comitatu Posoniensi Ternawa civitate et viginti quinque millibus flor. tamdiu solvendorum quoad redimantur patrimonialia bona, petendæ sunt arces infrascriptæ.

Makaez
Marmarusium cum salifodinis et libertate vendendi salis,
Treucinium
Scepusium
Borimocz
Lewa
Skanina
Orawa
Lÿkawa
Sard

Hæ arces interim essent tenendæ, quoad redemptio patrimonii M.tis Regiæ bonæ memoriæ fieret.

Responsum Emerico datum à Rege Ferdinando

Sacra regia Ro.rum M.tas ex relatione Venerabilis Emerici Bebek de Pelsewtz Praepositi minoris Albensis quam M.ti suae in scriptis obtulit intellexit ea omnia, quae Ser.ma Do. Regina Hungariae Ser.mi Regis Joannis relicta vidua, ei tanqz nuncio suo, cum litteris suis credituiis, ad praeffatam Ser.mam M.tem regiam huc misso in commissis dedit M.ti suae illius verbis nomine exponenda. Sed cum M.tas sua relationem illam sic scriptam eiusmodi esse facile deprehenderet, vt ad eam resolutum perscriptum dare responsum M.ti suae minime operaepretium visum fuerit, oretenus duntaxat ipsi nuncio respondere voluit, quatenus scilicet opus esse videbatur, seqz M.tas sua etiam nunc quo ad relationem iam dictam ad responsum suum oretenus illi Nuncio datum remittit.

Ex quo autem idem Nuncius chirographum quoddam suum, praelibatae M.ti Regiae exhibere postea non dubitauit in quo latius et secreto mentem et voluntatem Ser.mae Do. Reginae Isabellae, circa optata petitionesqz pro se et filio suo factas declarauit, Nempe quod Regina ipsa optat vt M.tas regia de omnibus negociis illius ac filii sui cum Ser.mis parentibus eiusdem Reginae sine ampliori dilatione tractare et concludere velit, Se enim quaecunqz M.tas sua et parentes illius pari consensu deliberauerint, id totum pro rato ac grato habituram, et per omnia obseruaturam esse promittere.

Nichilominus se se in totum graciae et clementiae M.tis suae regiae submittendo quomodocunque illam M.tas sua contentam reddere voluerit, utpote quae non dubitet quin M.tas sua Regia illam christiano et paterno amore pro dignitate sua parentumque suorum prosequetur; prout haec et id genus alia in praememorato ipsius nuncii chirographo plenius et uberius continentur.

Etenim tametsi M.tas regia multis documentis compertum habere videtur ipsius Ser.mae Reginae postulata longe maiora esse, quam quae illi suoque filio in pacis tractatibus cum Ser.mo quondam Rege Joanne illius marito per M.tem suam initis conclusis, necnon litteris utrinque iurando firmatis attributa fuerint, tamen considerans et ob oculos ponens M.tas sua illud potissimum, quod Ser.ma Regina ipsa se ita confidenter M.tis suae graciae et benignitati concredere statuit, vicissim illi in presentiarum graciose significandum duxit: se ob talem illius in M.tem suam voluntatem submissionemque paternum erga illam animum gerere, illique omnis beniuolentiae pietatisque plena studia ostendere sincere propensam et inclinatam esse, et ut id non tam verbis quam re ipsa M.tem suam declarare velle videat et cognoscat, respondit M.tas sua se decreuisse et conclusisse eo pacto ad ipsius postulata condescendere et consentire prout hic sequitur.

Primo quod filio illius de tanta summa pecuniarum ex prouentibus in locis certis atque fixis quotannis leuandarum sufficienter assecurabit, quanta summa triginta duo millia florenorum Ungaricalium integre constituere possint.

Deinde ultra hoc eidem filio suo, ac sibi, Arcem et ciuitatem Posonium una cum pertinentiis, et honore comitatus eiusdem pro loco residentiae, necnon ciuitatem Ternauiam, Trenchinium Arcem cum suis pertinentiis ad manus suas contenta est ita tamen, quod tricesimae Posonium et Trenchinium prouentus quos ipsa cum filio suo recipere habebit sibi in defalcationem

dictorum triginta duorum millium flor. Vngaricalium computari debeant

Etsi illa acceptauerit, eo tunc M.tas sua regia reliquam summam ad totalem completionem triginta duorum millium florenorum Vngaricalium eidem Reginae, super tricesimis Budensi, et Albe Regalis, siue aliis vbi voluerit, firmissima assecuratione inscribere vult, sic nempe vt pro omnibus aliis certam et infallibilem solutionem praeffatae summae eo modo vt praemissum est, ex dictis tricesimis per totum annum habere et leuari possit et debeat

Et pro maiori securitate Reginae ipsius, ac filii sui M.tas Regia et hoc eisdem concedere, et admittere vult, vt Tricesimatores pro tempore existentes, non minus ipsis quam M.ti suae ratione Tricesimarum sint iurati, seque erga Reginam ipsam ac filium eius propriis eorum litteris, quo efficatius possunt obstringere, et obligare teneantur, nempe quod illis de praeffatis tricesimis ad rationem ante dictae summae prae omnibus aliis respondebunt

Item quiam dicta loca vt pote ciuitates et arces vt praefertur memorata Regina cum filio suo, tamdiu quiete et pacifice in manibus et potestate sua tenere possit, et debeat: donec filio suo circa Ser.mi Regis Joannis patris eius bona patrimonialia vel eo modo quo est in tractatibus pacis expressum, vel alia quacunque via contentabiliter satisfiat, et satisfieri possit

Item quod sepe dictae Dominae Reginae dotalicium suum: prout ei est inscriptio facta cedere, et permanere debeat.

Praeterea vt eadem Regina hoc amplius propensam voluntatem M.tis regiae erga se cognoscat: vtque M.tas sua eo magis Reginae ipsi ac filio eius quietem aliquam parare

possit vt scilicet omnis controuersia in negotiis istis compo:
natur, non grauetur M.tas Regia, Reginae ipsius parentes
tanqz mediatores in negocio illo, in quo et antea operam
sua interposuerunt amice humaniterqz ferre

Quantu itaqz ad postulata ipsius Reginae attinet, ratio:
ne nempe Castroru Munkacz, Huszt cu Comitatu Marma
rusio Cameris salui, licet M.tas sua, ex superabundanti
nimiu ac plusqz satis ei obtulerit: attentis nimiru grauis:
simis illis sumptibus atqz impensis quas in presentem expe:
ditionem tot iam Menses facere coacta fuit, a quibus ne nunc
quidem exonerata est, consentit tamen et admittit, vt cognitio
istius postulationis Ser.mae Reginae reiiciatur ad declaratione
Sacrae Caesareae et Catholicae M.tis, et Ser.mi Domini Regis
Poloniae, patris scilicet Reginae, in proximo Conuentu Imperi:
ali Ratisponae futuro fienda, vbi quidquid per M.tem Caesarea
et ipsu Regem Poloniae, vel eoru mandatarios ad hoc de:
putandos pronunciabitur et iudicabitur, qd Reginae ipsi vltra
ea quae vti premissu est M.tas Regia sibi obtulit, sui con:
tentandi causa iuste et honeste dare debeat, id omne in vim
pleni mandati per M.tem sua regiam ad hunc effectu ex:
pediendi ratu et gratu se habitura et prestatura quoqz
promisit, vsqz ad satisfactionem vlteriorem, sicuti supra:
scriptu est, et hic quoqz M.tas regia tum ad Reginae ipius
tum parentu suoru arbitriu ponit: an videatur illis commodu
et optatu fore, vt tunc per Caesarea M.tem veluti ea quae
alias tanqz primarius mediator, pacisqz autor et supremus
Confirmator, in hisce tractatibus operam studiuqz suu inter:
posuit de aliquibus bonis modis atqz viis, tum super redi:
mendo patrimonio, vel aliqua honesta recompensa loco illius
facienda, tum aliis articulis pacis ad extrema huic ne:
gotio manu imponenda eoru consensu tractatio susciperet.

Et ut magis magisqz M.tis suae sincerus et propensus erga Reginam ipsam animus appareat M.tas sua contenta est, et hoc Reginae ipsi concedere: qd si filium eius mortem obire contingeret, tunc nihilominus illi qz diu vixerit, preter dotalicium decem millia flor. Vngaricalium quotannis ex praemissis prouentibus, in Vngaria recipienda et persoluenda assignabit.

Et haec supra dicta omnia, tali modo, taliqz pacto et conditione se facturam et praestaturam esse perbenigne offert: et super his quascunqz firmissimas assecurationes, et cautiones dare parata est, ut ipsa Regina uti par est praesensqz rerum status et impendentia a Turcis pericula summopere efflagitant quippe quae per se facile perpendere potest, qz periculose, se se nunc negotia circa Turcorum conatus habeant, et qz omnis longior mora ob temporis breuitatem, in qua a M.te sua recepta Buda aduersus Turci impressionem necessario communiri possit et debeat, nociua futura sit: iam incontinenti M.ti suae, cum effectu Arcem et Ciuitatem Budensem una cum Bombardis, et artellariis eorundemqz munitionibus: simul et reliquas Ciuitates, arces, loca munitionesqz, tam ad Coronam Regni qz ad fideles M.tis suae pertinentia: quaeqz illi dotalicii nomine non inscripta aut assignata sunt consignet et restituat. Nam tunc vicissim M.tas sua Regia efficacissima cautione ut supra dictum est, se se obstringere vult, qd simul atqz Budam cum arce in potestatem suam receperit illi mox ac filio suo, uno eodemqz tempore praeffata loca videlicet Ciuitatem Posoniensem, una cum arce, Ternaniam, et caetera, et post haec in spatio unius Mensis Arcem Treucinienensem dari faciet.

Quare M.tas sua cupit et optat, ut iuxta Reginae ipsius oblationem, per dictum Nunctium suum Emericum Bebek

facta, ipsa super premissis tam in restituenda arce et Ciuitate Budensi, qȝ in aliis rebus omnibus ad hec ipsa negotia necessariis et requisitis, que opus erunt, qȝ citissime fieri atqȝ confici curet, id quod viceuersa M.tas Regia simili modo, sicubi oportet facere parata est.

Et ob id prefigit M.tas sua terminum decem dierum ad summum, ab hodierna die id est incipiendo, intra quod tempus Regina ipsa ad oblationis sue executionem, maxime de cedenda Buda, propterea quod periculum in mora sit peruenire debeat, quemadmodum vicissim M.tas Regia circa oblationem suam faciet.

Item M.tas Regia arbitrio ipsius Regine relinquet, vt tunc cum persona sua vel in arce Budensi maneat, vel se ad alia loca sibi bene visa recipiat.

His autem ita confectis vtrinqȝ premissisqȝ arcibus, Ciuitatibus, atqȝ bonis, in manibus et potestate Regine existentibus ipsa vna cum filio suo homagium ac debitam reuerentiam M.ti Regie, sicuti in Tractatibus pacis continetur, istiusmodi bonorum ratione prestare tenebitur, nullamqȝ facultatem bona illa a Regni corona alienandi habere debebit.

Isabella Regina Vngarie vidua
Emerico Bebek nuncio suo apud
Regem Ferdinandum

Accepimus litteras vestras, multis et copiosis verbis scriptas, in quibus declaratis, quanto studio et conatu laboraueritis, in re nostra bene collocanda, que omnia sunt nobis grata et accepta, sȝ gratiora fuisset

si vos intra fines mandati et instructionis vobis datae con:
tinuissetis. Satis erat ea offerre: nos videlicet paratas
esse acquiescere hiis omnibus quaecunqz Ser.mus Do.s Ro: Ung:
Rex cum Ser.mis Dominis parentibus in rebus et negotiis
nostris, filiiqz nostri charis.mi transegissent et conclusis:
sent. Non opus erat ullis vel promissionibus, vel obli:
gationibus vestris, et miramur plurimum cur id feceritis:
et nos decreuimus non aliter facere: qz Instructio vobis
data sonat, et in se continet. De consecutione eius rei
quam scitis, expectamus occasiones rei bene gerendae, quae
ubi apparuerint, non omittemus eas arripere, et fortasse
Do.s Deus dabit meliorem viam quia videmus animos mul:
torum ad ea inclinatos esse, quae sunt pacis et concordiae.
Sed haec melius breui post intelligetis. Missurae enim sumus
Nuncium nostrum specialem ex communi consensu Consiliariorum
nostrorum ad Ser.mum Do: Ro: Regem, super rebus nostris et
Regno pacificando. Significate nobis an M.tas Regia sit
Ratisbonam ad Conuentum profectura, et num quid intellexistis
de aduentu Oratoris Ser.mi parentis nostri. Datum Budae
xv Februar. M D xl.

Isabella Regina Vngariae vidua
Ferdinando Romanorum Vngariae
Bohemiae Regi

Intelleximus tum ex responso M.tis vestrae Ser.mae, tum
ex litteris Nuncii nostri, quem in certis negotiis ad illam
miseramus singularem in nos propensionem illius, et affe:
ctum plane paternum. Pro quo M.ti vestrae agimus gracias
studebimusqz omnibus officiis illi promereri. Quod vero

nostras, et charss.mi filii nostri attinet referimus nos ad ea
quae M.ti vestrae medio hominis nostri, cui Instructionem
in scriptis dedimus, significavimus, nos videlicet paratas
esse ea omnia firmiter tenere, quaecunque cum Ser.mis Dnis
parentibus nostris, fuerint determinata et conclusa
Ubi autem nobis terminum praescribit, intra quem ea quae vellet
et nos optamus perfici deberent, is nostro iudicio in re tam
ardua et magni momenti suscipi vix potest. Spectandum
potius ducimus occasionem, quae ubi se obtulerit apprehen-
demus eam utraque manu, Interim vero universo studio
operam et diligentiam adhibebimus, ut res pro voto M.tis
vestrae et nostro desiderio succedat, iacimus nunc huius
rei solidiora Deo volente fundamenta, et speramus rem
ex gracia Dei feliciter cessuram, Sed intelliget id cla-
rius M.tas vestra ex homine nostro speciali, quem ad
eam propediem mittemus. Commendamus nos iterum, et
res nostras omnes M.ti vestrae Ser.mae, petentes quod nos
amore et gracia paterna prosequi velit, quam nos filiali
observantia promereri semper volumus. Datum Budae
XV. Febr. M D lXI.

E. M. V.

obsequentiss.ma sua et filia
Isabella.

Responsum à Rege Ferdinando datum Andreę Czarnkowski Ad primam Legationem.

In primis quoniã Ser.mi Reges Poloniæ. Do.s Sigismũdus primus et Secundus, simul et Regina ipsa Bona, tam amanter et officiosissime M.tem suã eorũ verbis salutatã voluerũt precando illi prosperos successus vitæq3 incolumitatem ac frequentes victorias M.tas sua agnoscens istius modi salutationes et precationes ex sincero corde profectas: pro eo ac debet, de Ser.tu illarũ animo beniuolentiaq3 erga M.tem suam de qua nunq3 dubitauit, sibi gaudet et gratulatur, illasq3 non minori affectu resalutans cũ omniũ rerũ prosperitate abundare, tum in dies amplioribus fortunarũ dignitatisq3 accessionibus augeri, et pro Regnorũ suorum commodo, tranquillitateq3 ad multa secula superstites esse optat, et precatur tanto desiderio, tantisq3 votis, vt non solũ ipsorũ amori per omnia respondere velit, s3 et superare eos in eo affectu beniuolentiaq3 omni studio contendat.

Vbi Orator dicit Ser.mũ Regem suũ ex fœlici M.tis Regiæ reditu ab Imperatore fratre suo, magnã cepisse lætitiã, illiusq3 conatus comprobare, hortariq3 vt M.tas sua operam det, vt apud ipsũ Imperatorem studiũ

et authoritatem interponat, quo Ecclesiae dissidium extin:
guatur, reip.cae tumultus sedentur: Principumqz christia:
norum animi inter se discordes ad universalem pacem
concordiamqz reducantur: Ad hoc M.tas sua rndet,
quod eius rei consequendae causa et Caesar, et M.tas
sua, nihil praetermiserunt, neqz operae, neqz studii
hactenus, et q M.tas sua non cessabit etiam nunc id
quod Christiani Principis officium fuerit, omnia agere
et tentare, quae tum ad tollendas controversias in religi:
one et fide, tum ad coniungendos et concordandos Principes
Orbis Christiani tum ad procurandam generalem expe:
ditionem contra comunem Christiani nominis hostem
hoc rerum statu conducere posse videbit, Neqz dubitat
Caesaream M.tem in hoc idem totis viribus elaborare
nihilqz antiquius vel potius habere, qz ut reip.cae Chri:
stianae fluctus tempestatesqz, quantum in se est, ex omni
tandem loco componat, quo sane factum est, ut M.tas sua
Caesarea Imperialem Conventum ad trium Regum Ratis:
ponae inchoandum et celebrandum indixerit, cui perso:
naliter praeesse et interesse statuit

Caeterum q Ser.mus Rex Poloniae ex morte Ser.mi
Ioannis Regis generi sui proxime defuncti, maiorem
dolorem pub.ce qz privatim se accepisse significat, pro:
pterea q nova iterum eaqz non mediocria pericula
regno Ungariae imminere videret, atqz adeo se eo semper
animo fuisse ostendit ut pub.cas rationes privatis ante:
ferendas duxerit, et quamvis filiae et Nepotis sui for:
tunis prospectum esse cupiat: non hoc tamen agere se
ut nepos suus regnet: sed ut Regnum Ungariae sit
tranquillum, et ut ne in potestatem Turcarum perveniat
contendere, et elaborare, magis scilicet attendens

quid publice toti Christiano orbi q[uam] sibi privatim expe:
diat, et cum sit illi prima cura de conservando Hunga:
riæ Regno, de ornando nepote posterior M.ti Regiæ li:
benter concedere, ut in Hungaria tranquille regnet
cu[m] nemo sit mortaliu[m] quem regnare malit, in eo Regno
q[uam] suam M.tem et tantu[m] abesse, ut M.tem sua[m] in eo im:
pedire velit, ut ad ~~vita~~ adiutam etia[m] pro virili sua cupiat, salvis
~~tuis~~ tamen his quæ dotis, quæq[ue] contradotis nomine
filiæ suæ, partim data, partim promissa fuit, et quæ
filio illius Nepoti Ser.tis suæ ex pactis, et conditioni:
bus præstari debent. Ad hæc omnia M.tas Regia
respondens dicit: sibi fuisse persuasissimu[m] de Ser.mo
Rege Poloniæ, tanq[uam] de potentiss.mo Principe ac fratre
et affini suo longe amantiss.mo q[uo]d tum pro sua singula:
ri sapientia: tum pro eo studio et amore quo erga pub.cã
quietem afficitur, tum propter causæ et Juris M.tis suæ
æquitatem esset M.ti suæ talia de mente sua renuncia:
turus qualia super iam dictis eius Orator M.ti suæ de:
claravit. Quocirca M.tas sua Regia agnoscens
animi integritatem Ser.mi Regis Poloniæ: neq[ue]
dubitans, quin eius mentis et voluntatis sit, ut cupiat
M.tem sua[m] pro iure illius Regni Ungariæ posses:
sionem consequi et obtinere, maiorem in modu[m]
probat et extollit, tam recti iudiciu[m] consiliiq[ue]
Ser.tis suæ rationes et pro tam propenso studio et
fraterna oblatione illius in eo q[uo]d M.tem sua[m] non solu[m]
non impedire, s[ed] etia[m] adiuvare in adipiscendo Re:
gno Hungariæ pollicetur, summas uti debet agit gra[tia]s

Ubi vero Orator dicit: Ser.mu[m] Regem suu[m] hortari
M.tem regia[m], ut Ser.tis suæ exemplo, quippe,
qui hoc regiu[m] vere esse existimans, habere in p[otes]tate

motus

motus animi neqz duci ac regi affectionibus sz hoste: gere potius ac sub rationis Imperium subigere quietis consiliis uti maluit qz collecto exercitu Vngariam id qd potuisset inuadere, et ipsa M.tas regia a turbulentis consiliis abstineat nihil vi nihil copiis et exercitu agat: sed hoc agat potius ut uolentibus imperare possit Certius enim esse, qz ut dubitari possit esse non paucos in Vngariae Regno quibus deliberatum sit prius ad Turcam deficere qz se armis cogi patiantur ad parendum M.ti Regiae: Item ut diligenter M.tas sua caueat, ne sibi capiat inimicum Turcarum Caesarem, neue illum lacessitum aut irritatum velit: et qd si hostem illum comunem abhorrere senciat, ut M.tas sua regnet in Vngaria tuta magis quam quae speciem tantum splendoris et dignitatis habent consilia sequatur etc.

Item ut omnes suas curas atqz cogitationes in eo con: sumat ut adiuncta sibi habeat Procerum Vngariae stu: dia: utqz Turcorum Tyrannum quibus potest honestis ra: tionibus deliniat: utramqz enim ad rem quo et Vngariae Procerum et Turcarum Caesaris animum sibi conciliatum ha: bere queat Ser.tem suam omne studium operam diligentiam et laborem prolixe deferre et polliceri haud aliter acsi sua ipsius res ageretur

M.tas quidem Regia ut in bonam partem interpretatur et accipit Ser.mi Regis Poloniae hortationes et consilia ista: ita se putat iam inde ab eo tempore cum post im: maturum et commiserabilem Ser.mi Regis Lodouici feli: cis recordationis interitum ad eam incliti Regni Vngariae successionem multis titulis nominibusqz tam diuini qz humani iuris peruenisse constaret hoc unum vel in primis quesiuisse ut citra ullam effusionem sanguinis Chr[ist]iani eius Regni pacificam possessionem sedemqz uti par erat

pro iure suo obtineret: cumqz omnes placabiles viæ ra:
tionesqz ad assequendã Sacram Coronã illã per M.tem
suam tentatæ, nihil proficerent, et ob id armis istius mo:
dus sum̃ firmissimũ, multiuqz M.tas sua prosequi coacta
: miserũ illud regnũ intestinis bellis opprimi, ipsosqz re:
gnicolas partibus disiectos, in mutuã patriæ suæ perniciem
ruere dolenter videret, facile passa est pro salute et quiete
Regni illius: proqz totius reip.cæ Christianæ commodo
cũ Ser.mo Rege Joanne pacis et concordiæ tractatus
inire non sine graui iuriũ suorũ præiudicio et detrimẽto.
Cuius autem pacis conditiones, tametsi Ser.mus Rex
Joannes, minus obseruare curarit dum vixit: tamen
Mtas Regia, nolens vllam occasionem dare perturban:
di rursus statũ vngariæ, patienter vtiqz tulit omnes
offensiones eius, et vtcunqz conniuendũ sibi putauit ad ea
quæ per Ser.m Regem Joannem illiusqz subditos fiebant
non parũ aduersa et contraria dictæ pacis tractatibus.
Succedente postea morte illius, etsi M.tas regia, eo q
Ser.mus Rex Joannes in vita sua non præstiterat
iuxta pacis conditiones, ea quæ præstare et exequi ex
parte sua tenebatur, videretur pro iure suo non obligari
ad standũ et satisfaciendũ tractatibus istis antenomi:
natis, maluit tamen publicũ bonũ priuatæ vtilitati ante:
ponere, et potius quieti et tranquillitati regni Hungariæ
consulere, qz præteritarũ iniuriarũ offensionũqz recordari

Misit itaqz M.tas sua post obitũ ipsius Ser.mi Regis Jo:
annis, ad consortem Ser.mã Do. Jsabellã Reginã Vn:
gariæ etc. peculiarem oratorem, nunciatũ eius M.tis
verbis, vt quia æquissimũ et omni rationi consonũ
sit, vt ea quæ pro salute et quiete Regni, proqz vni:
uersæ reip.cæ Christianæ bono, inter M.tem suam

et ipsum quondam Joannem Regem, non sine maximo Jurium M.tis suae praeiudicio aepta conclusa, et arctiss.mis vinculis adstricta sunt, integre obseruentur. et debitae executioni demandentur: M.tem idcirco suam propensam et inclinatam esse, atque adeo ultro offerre omnia, Nempe quae iuxta mitos pacis tractatus. et praestita a M.te sua iuramenta, se, et filium ipsius, caeteraque in his contenta concernerent sine omni dubitatione exequi. et quod eandem una cum filio suo omni tempore, quibuscunque in rebus fieri posset paterne commendatam, adiutam, et promotam habere vellet, dummodo et ipsa M.tis suae iuri necnon pacis tractatibus, praesertim quod ad successionem Regni, non obstaret, quin potius uti par est responderet, et cum ab ea nullum aliud responsum M.tas sua elicere potuerit, quam quod exquirere vellet suorum Consiliariorum vota. et parentum potissimum consilia expectare statuisset. M.tas sua Regia non praetermisit, iterum atque iterum tam per proprios Nunctios quam per litteras suas, eandem requirere ut M.te suae quatenus ad honestiss.mas postulationes suas resolutum responsum dare non cunctaretur, quatenus omni impedimento sublato pro multiplici iure suo. et in vim praeffatorum Tractatuum dicti Regni sui possessionem consequeretur maxime cum ipsam ac prolem suam M.tas Regia in his quae ipsos iuxta memoratae pacis Tractatus directe concernerent, et attingerent, contentos reddere omnino decreuisset.

Insuper Regia M.tas Rom.rum non neglexit tum omnibus et singulis totius Regni Hungariae statibus, et ordinibus per patentes litteras suas, insinuare et proponere successionis Jus vigore Tractatuum Pacis quod sibi competit, inuitando si illos clementiss.mis verbis omnique gracia proposita ad unionem et concordiam Regni

et ad obedientiam fidelitatemqz M.tis suae: tum maxime vero ipsius Ser.mae Reginae Consiliarios quorum poss.mum opera et consilio pacis contractus confectus et firmatus fuit, quiqz semet pro obseruatione illius pacis mediantibus litteris suis obstrinxerunt promissionis et obligationis sua admonere et hortari ad unionem illam et M.tis suae successionem adiuuarent omni diligentia curauit.

Constat autem accessisse ad fidelitatem et obedientiam M.tis suae maiorem et potiorem partem ex Proceribus Regni qui sanis consiliis usi atqz adeo prae oculis habentes pericula ipsi Regno et per Turcas et per factionum studia impendentia, facile M.tem suam in Regem recognouerit.

Et licet M.tas Regia fratrem Georgium Episcopum Varadiensem, Valentinum Torok: ac Petrum Petrowics parum cordi habere Tractatus pacis videret, ut qui propria authoritate regni gubernationem violentam de facto vendicare sibi conarentur: tamen et eos et plerosqz omnes, ut ad se alliceret, valde laborat M.tas sua, atqz adeo nihil intentatum relinquere voluit, si quo modo posset istorum hominum obstinatam pervicatiam clementia graciaqz sua expugnare.

Quae cum ita se habeant, adhuc nihil est, quod non videtur conuenire et concordare cum consilio Ser.mi Regis Poloniae. Nam M.tas regia omnia perinde agit, ac si Ser.tis suae consilium praesciuisset, et in omnibus istiusmodi actionibus suis prae se tulit cupere et optare, ut Ius suum pacifica via consequatur, idqz non tam ob priuatae utilitatis respectum qz ut possessione Regni eiusqz potioribus locis

in manibus et potestate sua habitis, miserum et afflictum
Regnum illud a Tirannica ~~passeff~~ Turcorum servitute liberare et
defendere posset.

Sed cum M.tas sua, requisita denuo atque iterum Regina ipsa
tam per proprios Nunctios quam per litteras perhumaniter
ac paterne ad se scriptas, nullam sibi spem certam dari
cognosceret, quod Tractatibus pacis stare et M.ti suae
ea loca vt est Buda, et alia iuxta oblationem M.tis
suae quam honestissima, consignare in animo haberet:
omniaque petita M.tis suae summo et inexcusabili silen-
tio preterirentur: presertim tam difficili et periculoso tem-
pore, vbi maxime timendum sit, ne Turcorum viribus
superuenientibus, tam nobile Regnum Christianitatisque pro-
pugnaculum non minus cum totius reipublicae Christianae pernicie quam re-
gnorum et dominiorum M.tis suae detrimento, ac summo
periculo, in fedissimam ac deplorandam seruitutem redi-
gatur. cumque certo certius constaret Reginam ipsam, aliquot
eiusmodi homines habere qui non solum ad ocium et tranquilli-
tatem in Regno isto parandam nil respicerent: sed M.tem
etiam suam in equissima successione adeptioneque praefati
Regni sui, totis viribus impedire, et in potiundo iure suo
contra initos pacis tractatus, illi palam negotium facessere
conarentur: atque adeo fidedigna relatione innotuisset M.ti
suae pernitioso et funesto illorum consilio, solennes Oratores con-
tra praefatos pacis tractatus, cum eiusmodi petitione iamdu-
dum ad Turcum amandatos: nempe vt Turcus filium Regis Jo-
annis in Regno eodem statu quo pater eius fuit confirmaret
et inibi permanere concederet, necnon certos nunctios
ad omnes Regni partes contra M.tem suam, et aduersus jus
illius, sub praetextu cuiusdam pietatis in Reginam et filium
eius missos esse, multosque comitatus et caeteros regni in-
colas sollicitatos, vt dictum filium Regis Joannis in Regem

rorum acceptarent: denique et illud cum summa praefatorum Tractatuum pacis labefactatione et iniuria M.tis suae procuratum fuisse, vt Cassouienses Regis quondam Joannis filio haeredi iurarint infanti, atque haec omnia nonnisi in praeiudicium et fraudem eiusdem euidentissimi Juris M.tis suae, et aduersus firmatos pacis Tractatus directe fieri animaduerteret. Equidem ex his vrgentissimis causis M.tas sua se non minus violenter impulsam quam inuito animo militem conscribendum curasse ingenue fatetur: non vt iniuriam faceret vllam Reginae ac filio suo: sed vt Jus suum prosequens Regnum illud ab impendente interitu ruinaque liberaret, priusquam per factiosorum quorundam peruersa immaniaque consilia sub Turcarum potestatem detestandumque iugum perueniret, armisque tandem cogeret eos quorum conatus vniendis et concordandis Regni istius populis crudeliter obstarent: quique tanquam publicae pacis perturbatores, et omnis discordiae autores nihil aliud moliri machinarique videntur quam vt inuocatis et accersitis Turcorum auxiliis sibi solis vi quadam factiosa, et authoritate priuata summam rerum vendicent, ac impetuoso sediciosoque plane imperio priuatis vtilitatibus consulentes, Regnum ipsum extremis calamitatibus obruant, idque sub eo colore quasi Reginae, et filii ipsius fortunis prospectum vellent, cum omnia potius in destructionem Regni et Reginae ac filii sui ab eis agitari perspicuum sit.

Cum ergo M.tas Regia postulata et oblationes aequissimas suas apud illos nullum penitus locum habere: quin potius graciam suam nihilipendi indies magis ac magis intelligeret, nihil tamen neque regnis ac prouinciis suis magis necessarium oportunumque, neque toti Christianismo vtilius salubriusque fore perspiceret, quam vt Regnum Vngariae confer:

uari posset, quominus a Turcis occuparetur, presertim cum in eius conservatione universe propemodum reip.ce Christianae salutem incolumitatemqz positam esse quivis facile iudicare queat; ac subinde temporis occasionem oportunitatemqz considerans, certiorqz reddita Turcorum Caesarem cum Persarum Rege gravissimo bello implicitum, vix posse hac hiemali tempestate vires suas ad Regnum Vngariae convertere: Respondit M.tas sua se non potuisse, neqz debuisse praetermittere, quin quem collegit exercitum, cum in Vngariam otius descendere iuberet, ut susceptam scilicet pro iuris sui recuperatione expeditionem prosequeretur, non eo sane consilio sive animo, ut cruentum in eo Regno bellum exerceret, sz ut armorum metu, seditiosorum ac rebellium hominum animos a perniciosis conatibus suis, quibus se se M.ti suae non sine publica calamitate et Regni pernicie opponere ausi sunt, deterreret, eaqz quae et divino et humano iure ad M.tem suam pertinent, mediantibus iis, ex quo pacifica amicabiliqz via adipisci non posset, extorqueret.

Interea vero temporis cum M.tas sua futurum speraret, ut Ser.mae Reginae Isabellae opera autoritateqz persuasis factiosis illis hominibus, M.tis suae copiae in Budam intromitterentur: advenit ad M.tem suam nunctius venerabilis Thomas Custos Albensis: nomineqz Reginae retulit, ipsam contentam esse stare pactis conditionibus et articulis inter M.tem suam Regiam, et ipsum quondam Joannem Regem maritum illius fide et iuramento firmatis, rogareqz M.tem suam, ut cum non necesse habeat ius sub armis per effusionem Christiani sanguinis prosequi, quando haec ipsa sine strepitu armorum, et sine damno et calamitate reip.ce Christianae transigi possent, ipsam in pactis et conditionibus iam dictis, tenere, et

conseruare dignaretur significando etiam ipse Custos Albensis
frater Georgius Episcopus Varadiensis Petrus Petrowitt et
alii fidelitatis iuramentum Reginae ipsi iam praestitissent:
et quod sub illius potestatem et imperium se tradidissent quibus
intellectis Maiestas sua tametsi grauissimas impensas in
expeditionem istam iam captam fecerat ad quas ipsam
Reginam et suos tum propter tarditatem responsi tum propter
alias rationes antedictas summam causam dedisse constaret
et ob id Maiestati suae iure optimo competiuisset expeditionem
illam prosequi et a Tractatu pacis discedere. Tamen
cum hoc semper in votis vel maxime habuerit vel paci:
ficatione potius quam armorum strepitu actualem Regni sui
possessionem nanciscatur et illud ad stabilem vnanimemque
concordiam reducat noluit Maiestas sua se erga Reginam
ipsam vel difficilem vel inclementem circa petitionem
illius ostendere quin potius ipsius postulatis locum dare et
quam perbenigne admittere voluit vt de negotio amice com:
ponendo tractaretur

Et in hunc effectum statim ex Consiliariis suis precipuos
et potiores vti Oratores et Commissarios suos: Reverendissimum
Paulum Archiepiscopum Strigoniensem et spectabiles ac Magnificos
Petrum de Perenn Comitem Nicolaum de Salm Franciscum de
Rewa et Leonardum Baronem de Welss Capitaneum gene:
ralem exercitus sui amplissimo mandato transigendique
facultate munitos ad veterem Budam cum Serenissimae Re:
ginae Isabellae Commissariis conuenire demandauit.

Sed vbi ad tractum ventum est Maiestatisque suae Commissarii
et Oratores vt ex annexis exemplis cernere licet
plusquam honestas conditiones nomine Maiestatis suae pro:
posuissent facile aparuit Maiestatis suae animi sinceri:

tatem et rectitudinem ab illis eludi, presertim cum Reginae Commissarii nedum indigna sed impossibilia flagitare non veriti essent, adeo non respicientes ad ullam honestatem ut longe plus quam totum ipsius Ser.mi Regis Joannis patrimonium valeat sibi iam de facto restitui contenderint. Quod tamen iuxta conditiones in tractatu pacis expressas de communi regnicolarum utriusque alterius partis contributione post duorum primum annorum spacium a die publicationis eiusdem pacis numerando redimi debeat. Sed cum per Regem Joannem steterit quominus promulgatio pacis, a qua quidem patrimonii redemptio veluti a radice pendet, eo vivente secuta non sit, certe merito tam dignis iustis honestisque conditionibus per M.tis suae Commissarios oblatis Reginam ipsam et Consiliarios contentari oportuisset, si vel paululum animi habuissent ad concordiam inclinati. Imo pro certo suspicatum et M.ti suae relatum fuit, etiamsi M.tas sua omnia in continenti praestare potuisset quae illi impudenter et indebite petierant, nihilominus tamen magnum dubium fuisset, an ad illa assensissent. Caeterum ex quo redemptio bonorum Patrimonii Regis Joannis fieri non potest, neque debet secundum tractatus tenorem, nisi facta unione Regni, habitoque generali Regnicolarum conventu, communisque subsidii Contributione, tanto magis perspicuum ex eo fit, quod indigna et inconvenientia postulare ausi fuerunt.

At vero cum M.tis suae oblationes tanta cum honestate aequitateque coniunctas, locum plane nullum apud istos homines obtinere potuisse manifeste conspiciatur, relinquit itaque Regia haec M.tas, Ser.mi Regis Poloniae incorrupto et prudenti iudicio altius perpendendum: utrum penitus exclusis armis M.tas sua omnia precario agere, et si nolint duo vel tres, ut est frater Georgius Episcopus

Varadiensis. Valentinus Terek. Petrus Petrouic et pauci quidam factionem ipsorum sequentes M.tem suam in Regem vt debent recognoscere, vel illam iure suo potiri, Regniqz possessionem adipisci sinere, in primis cauere debeat ne illos vtcunqz paucos vel offendat: sz conniuentibus quasi oculis istos male feriatos homines, qui neqz patriae suae salutem, neqz pub.cum bonum, neqz M.tis Regiae Jus prae oculis habent: Vngariam Turcicae Tirannidi, vt res et fortunas suas cum exitio Regni ad tempus aliquod pro:moueant turpiter prodere permittere? An vero M.tem suam omnes conatus omnes cogitationes, omnia studia, in eo magis consumere conueniat et expediat, vt redacto Regno isto in vnionem et concordiam, recuperatisqz sede Re:gia, munitionibusqz potioribus eiusdem Coronae, repres:sisqz seditiosorum hominum factionibus, ad sustinendam arcen:damqz Turcorum potentiam si qua ingrueret cum Caesareae M.tis auxilio, caeterorumqz Christianorum Principum et po:tentatuum, ac sacri Romani Imperii ope, ac suorum deniqz Regnorum, patriarumqz haereditariarum subsidiis, se in om:nem euentum paratum et succinctum sine cunctatione aliqua reddat.

· indignantis animi xoba ·

Etenim quo Ser.mus Rex Poloniae clarius perspicere qui:at consilia volun.temqz M.tis Regiae circa negocium atqz statum praememorati Regni Vngariae, Ser.tem suam minime celandam putat, nempe quod M.tas sua attente consideratis et ob oculos positis omnibus periculis, quae nedum Regno Hungariae sz etiam M.tis suae prouinciis ac toti subinde Christianitati mox euentura videntur, si dictorum factio:sorum hominum improbitate et perfidia, Turcarum Ti:rannus, quod Deus omen auertat, Budam occupet, ne:cessario ob id iustissimisqz de causis adducta est et modo adducitur omnem pro virili operam adhibere

vt antequam Turci ob brumae asperitatem superuenire queant in potestatem suam ipsam Budam, vna cum reliquis locis quotquot consequi poterit, quo quo modo redigat. Satius vtique et tutius existimans recepta in manibus et potestatem iam dicta sede Regia, munitioribusque fortaliciis Regni, experiri voluntatem animumque Turcarum Imperatoris et nihilominus, per omnes honestas conditiones ab ipso pacem seu inducias interim impetrare contendere, quam pati et indulgere, si M.ti suae Regnum precario nolit relinquere vt sibi occupatis illis locis, aditus ad occupandum totum Regnum pateat. vbi M.tas sua et tota Respub.ca Christiana, nihil minus, imo longe magis formidare habebunt illius potentiam et tirannidem, quam si Buda retinuatur et conseruetur. Licet M.tas sua non neglexerit etiam omnes conuenientes vias rationesque querere vti Turcus velit esse contentus quod M.tas sua, illius cum fauore et consensu, Regni Hungariae possessione potiatur et fruatur, vel ex vigore Tractatum pacis cum Ser.mo Rege Joanne per M.tem suam initae qua inter cetera expressum fuisse eidem Turco significauit, quod defuncto ipso Rege Joanne M.tas sua Ro:rum in totalem Regni possessionem succedere deberet

Quare cum haec ita sint, arbitratur M.tas Regia posse Ser.mo Regi Poloniae, facile ex his liquere, quod M.tas sua, omnia prius sanis consiliis quam armis tentare voluit, et quod non minus publicae salutis causa quam priuati cómodi respectu, id quod nunc agit, sibi pro summis conatibus agendum censeat, vt iam tandem salubri et exoptata concordia, Regni sui acceptis per intestinas discordias vulneribus medeatur, vtque illud ad vnionem perducat. In qua sane etiamsi cómunis Christiani nominis hostis

metuendus sit ne irritetur: Tamen propterea M.tas sua pub.cam salutem et Regnorum Dominiorumque suorum conservationem, nequaquam negligendam esse censet. Neque iudicatum satis habet adhuc M.tas sua vtrum sit consilium magis speciosum, hoc ne vt M.tas sua penitus abstineat ab armis, et factiosos homines illos pro sua plane libidine quidquid eorum animis collibuerit, perpetrare machinarique, omniaque in Regno sursum deorsum miscere permittat, ac veluti otiosa et in vtramque aurem quod dr̃ dormiens nequaquam impediat, quominus iidem deplorandae conspirationis authores pro immani audatia scelereque suo quasi occecati nobilissimum Vngaricum Regnum potestati Turcarum subiiciant potius, quam vt M.tem Regiam preue peruenire paciantur, an vero illud vt M.tas sua sumptis armis Regni istius conseruationi et quieti consulat et intendat.

Et quidem ostendit hactenus M.tas sua Regia se non abhorrere a pacatis consiliis, quae sequi libenter solet, (cumque exercitum comparavit) et quam ob rem facere non possit quin tum pro iure suo, tum pro Regni conseruatione susceptam expeditionem prosequatur similiter demonstrauit, optans tamen etiam nunc vt per Ser.mam Reginam Isabellam Ser.tis suae filiam, eiusque Consiliarios liceat M.ti suae Regni possessionem pacifica via citraque sanguinis effusionem Christianam adipisci.

Praeterea explicauit M.tas sua, se non praetermisisse in eo quoque elaborare quantum potuit, vt sibi Procerum Vngarorum studia conciliaret, et adiungeret, quorum potior ac melior pars vltro se ad M.tis suae obedientiam contulerit. Denique quod apud Turcarum tirannum misso a se Oratore id quod ex re et vtilitate Regni Hungariae

~~Hungariae studia conciliaret et adiungeret, quorum potior~~
~~ac melior pars ultro se ad M.tis suae obedientiam contulerint.~~
~~Deniqz quod apud Turcorum tirannum, misso a se Oratore~~
~~id quod ex re et utilitate Regni Hungariae~~ M.tisqz suae,
eiusqz universorum populorum esse videretur, procurare
non cessavit, et quia ad utramqz rem quo M.tas sua et
Ungariae Procerum, et Turcorum Caesaris animum sibi con:
ciliatum habere possit / Idem Ser.mus Rex Poloniae
omne studium et diligentiam M.ti suae prolixe defert, et polli:
cetur / pro eo sane M.ti suae, quas par est maximas agit, ac
habet gracias. Petitqz M.tas sua, ut quoniam fidedigna
relatione intellexit iactitare fratrem Georgium Episcopum
Varadiensem, Valentinum Terek, et reliquos eorum compli:
ces, qui Ser.mae Reginae Isabellae iuramento asstricti sint
contraqz voluntatem eius, nihil faciunt agentqz, itidem
cives et plebs Budensis, fatetur se in potestate Reginae
esse, et quodcumqz iusserit: id eos paratos esse subire:
Velit Ser.mus Rex Poloniae, primo quoqz tempore filiam
suam omni vehementia hortari ac monere, illiqz efficaci:
ter persuadere, ut re ipsa declaret et ostendat, se impro:
bare detestariqz Episcopi Varadiensis et reliquorum adhae:
rentium suorum pestiferos conatus et consilia, palamqz et
testatum publice faciat, sine consensu suo talia ab eis
fieri, quodqz tractatibus pacis et M.tis regiae oblationibus
per omnia stare et obtemperare velit, urgendo et
impellendo fratrem Georgium Episcopum, cum reliquis suis,
ut ipsius voluntati morem gerant, et ab errore suo
desistant, neue Ser.tem suam in id discriminis una
cum filio suo collocatam velint, ut M.tas Regia bellum prosequi
coacta, amittat et sua et filii sui causam, praesertim super
restituendo redimendoqz patrimonio, et aliis prout
in ea pacis Capitulatione comprehenduntur. et quia

periculu in mora est. M.tas sua Ro.na et ipsu aulae Oratorem requirit, ut per se, et Ser.mi Regis Poloniae id apud Ser.ma Regina Vngariae agat et efficiat.

Quod si forsan Ser.mus Rex Poloniae et Regina eius filia, falsa sibi per istos praefractos et callidos homines spe proposita opinarentur, se et filiu suu, permissu Caesaris Turcoru, in Regni istius administratione conservatu iri, aut quod Turcus ullo modo passurus sit ut Regnu illud Vngariae, quasi haereditatis nomine, dicti Regis Joannis filio cedat, poterunt exempla negocii Transiluanici et litterae tum quas Turcus ipse ad Regnicolas ipsos dedit: in quibus tantu abest, ut de filio Ser.mi Joannis Regis, vel unico verbo mentionem fecerit, ut et patrem perdere, si supervixisset se statutu habuisse ondat; tum quas eius Praefecti seu Sandziacii, ad universos Regni populos scripserunt: satis abunde Ser.tes eoru docere, quid in animo habeat Turcus, quoque modo Regnu Vngariae veluti per Tetrarchas dividere conetur, sciens nimiru illud, in partes dissectu facilius occupari posse, itaque pro arbitrio suo hinc inde officiales collocare non alio sane consilio rationeue intendit, nisi ut per quamcunque occasionem sibi opportuna et idoneam totu tandem Regnu pedibus suis subiiciat. Atque hinc est: quod per membra quasi Hungariae Regnu distraher laborans, eius vires atque opes pedetentim diminuere statuerit, quoad universa degluciat. Proinde visu est M.ti regiae dictaru litteraru copias siue exempla, huc addita ipsi Oratori consignare.

Porro quia dictus Orator asseruit se a Rege et Domino suo in mandatis habere, ut in Hungaria proficiscens

omni cura provideat, ne qui ex Regni Proceribus callidis et precipitibus vsi consiliis, Regnum illud in vltimum periculum adducant: operamqz det vt dissidentes Procerum animos sui Principis autho.te in gratiam et concordiam redigat. et q Ser.mus Rex Poloniæ a M.te sua petit vt suum consilium cum Ser.te sua comunicare: ac quid faciendum censeat q° Regnum Hungariæ in istis fluctibus incolume conseruari queat, Oratori ipsi significare dignetur M.tas Regia Ro.m etsi profectionem illam Oratoris in Vngariam improbare non potest. tamen longe consultius et vtilius, tam pro Ser.ma Regina Isabella, cuisqz Ser.mo filio qz pro tranquillitate Regni illius futurum fuisse putat, vt Ser.mus Rex Polo.e Oratori suo ante omnia iniunxisset, vt Ser.tis suæ verbis palam et aperte apud Regni Proceres significaret et profiteretur Ser.tem ve3 suam cupere et mandasse expresse, vt filia sua initis pacis Tractatibus stet, et M.tis Regiæ Jus quod ad successionem, et alia attinet, nullo modo vel per se, vel per suos impediat, eosqz exhortetur vt quia Ser.tas sua nolit se negotio immiscere isti, quin potius M.tem regiam in eo Regno vigore Tractatuum pacis regnare cupiat, et ad hoc quantum in se est, et ipsam adiuuare, et promouere decreuerit, nolint obstare M.tis regiæ Juri: s3 potius Tractatibus innitantur. Per hoc enim inobedientes pertinatiam suam facilius fortasse deponerent, et ad fidelitatem M.tis Regiæ libentius se conferrent vbi viderent nimirum Ser.tis suæ mentem non esse, vt Regnum pro Nepote illius teneant: cuius nomine et prætextu aduersum M.tem suam solummodo agere videntur.

Quocirca non videt M.tas sua causam quare eiusmodi mentem et voluntatem Ser.mus Rex Poloniæ, nolit esse notam hoc tempore Proceribus Regni Vngariæ

sz potius adhuc aliquandiu tectam et occulta cum nunc de facto ab aliquibus fiant quae Ser.tas sua futura timuit et tanto magis necesse sit omni cura praevenire ne paucorum istorum malignitate vel sana aliorum consilia inficiantur.

Quod si forte adhuc Regina Isabella pactis et tractatibus iuxta declarationem et oblationem plus quam honestam Commissariorum M.tis Regiae stare contenta esset. Qua de causa M.tas sua generalem Capitaneum suum per aliquot dies ab oppugnatione Budensi supersedere praecepit. M.tas sua praefatum Oratorem scire vult quod ex superabundanti parata est etiamnunc admittere ut ad petitionem et instantiam Reginae ipsius, generalis Capitaneus M.tis suae qui a M.te sua commissum habet, amicabili transactioni locum concedat: et sive faciat, sive non faciat Regina, nihilominus M.tas sua Regia expeditionis suae rationes pro commoditate sua urgere continuareque haud praetermittet, offerens tamen, si Buda ad manus M.tis suae detur, quod ab expeditione supersedebit.

Sed in eo casu quo M.tas sua cogeretur vi procedere ad recuperationem Regni sui Ungariae Ser.mus Rex Polo.e facile per se iudicare poterit, quod M.tas regia tunc non tenebitur tractatibus stare, neque promissa filiae illius praestare.

Insuper M.tas Regia existimat, Ser.mum Regem Pol.e pro prudentia sua bene considerare et animadvertere debere, an sine gravi famae et dignitatis suae nota fieri possit, concedere scilicet ut filia sua occasionem ansamque det involvendi rursus periculis et calamitatibus Regnum illud Ungariae, unde et per totum orbem et ipse Rex Poloniae, et filia eius facile in reprehensionem invidiamque incurrerent.

Praeterea vbi dicit Orator q Ser.mus Rex suus collecto exer:
citu Vngariam inuadere potuisset nec defuisse vires et
studia multorum Ser.ti suae etc: Ad hoc respondet M.tas
Regia, Ser.tem suam recte et pie fecisse quod a consilio
abstinuit. Nam etsi sollicitata fuerit Ser.tas sua: tamen
non videt M.tas regia vllam iustam causam quare Ser.tas
sua cum exercitu in Vngariam ingrederetur, cum presertim Tra:
ctatus et conditiones pacis inter M.tem sua et Ser.mum Re:
gem Joannem initas, Ser.tas sua bene cognitas et compor:
tas habuerit, antequam filia Ser.tis suae ipsi Regi Joanni
nupta fuit.

Vbi Orator dicit Ser.mo Joanni Regi toto eo tempore quo
in Vngaria regnauit: non modo nullam arcem, nullum oppi:
dum per Christiani nominis hostes ereptum: sed spem etiam
ostensam fuisse aliquam et amissam Hungariae partem resti:
tutam iri. M.tas regia respondet contrarium ostendi posse
et Ser.mum Regem Poloniae de hoc male informatum esse:
quippe cum constet ipsum Regem Joannem tempore suo tam
proprias arces quam ditionis suae subditorum castra non nisi
plurima per Turcas occupata amisisse, atque bonam partem
Slauoniae necnon totum Despotatum et Episcopatum de Diako
ex manibus suis periisse: prout ex annexa scheda clarius
videtur et quo animo Turcus erga ipsum fuerit ex le:
gatione illius ad Transiluanos facile conijci et depreben:
di potest.

Circa petitionem tam Ser.morum Regum Poloniae senioris
et iunioris quam Reginae ipsius super iure haereditatis siue
dotis vel dotalicii nomine: quod dicta Ser.ma Domina
Regina ad Ducatum Mediolanum habet, M.tas Regia
quam potest diligentius omne studium et intercessionem
suam apud Caesaream M.tem interponere, et quantum
in se erit id negotii promouere curabit, non dubitans

quin M.tas Caesarea sua sponte efficiet, ut dicta Ser.mae Reginae pro iure et aequitate sua respondeat.

Responsum ad secundam legationem Andreę Czarnkowski a Rege Ferdinando datum

Sacra Regia M.tas Romanorum Vngariæ et Bohemiæ etc semper augusta Do.s noster clemen.mus audiuit et intellexit ea quæ Ven.lis Andreas Czarnkowski Ser.mi Principis Domini Sigismundi Regis Poloniæ Orator præter salutationem, et omnis boni fœlicitatisqz comprecationem, necnon perpetuæ beneuolentiæ significationem pro qua M.tas sua quas debet agit gratias, et vicissim Ser.ti suæ æque successus prosperos, longeuam vitam, dignitatis ac fortunarum amplissimas accessiones ex animo optat, et coram retulit, et in scripto deinde M.ti suæ porrexit. Ad quæ etsi M.tas sua aliquandiu in animo habuit, nichil in scriptis respondere: vel quia in prioribus scriptis causæ suæ rationes factaqz omnia non solum declarasset sz et abunde satis probasse videretur, et ob id superuacaneum fore existimauerit, eadem quæ antea copiose, verisqz adeo rationibus confutata sunt, crebrius identidemqz refellere vel quia indignum esse arbitraretur cum Ser.te sua verbis contendere, tamen cum nulla pars sit totius Orationis ab ipso internuncio Ser.mi Principis sui verbis habitæ, in qua non grauiter tum M.tas Regia accusetur tum illius actiones consiliaqz reprehendantur: facere M.tas sua non potest, quin vel innocentiæ vel dignitatis existimationisqz suæ tuendæ causa in presentiarum respondeat. Idqz tamen pro mutua animorum coniunctione arctiss.meqz necessitudinis copula, quanto mitius

moderatiusqz potest facere statuit

Nam primo inculpat Ser.mus Rex Poloniae M.tem suam di:
cens, tutiori et solidiori in loco istius controuersiae cardinẽ
versaturum fuisse, si M.tas sua cum cursu in consequendo Re:
gno tenuisset, in quem Ser.tas sua consilia direxerat.
Ea autem fuisse euismodi vt conseret M.ti Regiae quieta
potius consilia sequenda esse, et ne vi et armis jus suum pro:
sequeretur, presertim cum nullam sibi vim, nulla arma oppo:
ni videret, liberalitate potius et clementia Hungariae si:
bi Procerum animos conciliaret. Haec cum non praetermissa
sint a sua M.te, vel antequam de hoc per Ser.tem suam ad:
moneretur, quid enim de hominibus illis M.tas sua, vt tum
ad vnionem concordiamqz Regni, tum ad obedientiam, fidelita:
temqz M.tis suae prout debebant aliorum Magnatum Procerumqz
Regni exemplo redirent non benigniter obtulit? aut quam
graciam liberalitatem, clementiam non proposuit? statim
a principio, cum videret eos nihil non in praeiudicium frau:
demqz iuris M.tis suae et pacis Tractatum cum Ser.mo quon:
dam Rege Joanne initorum aperte moliri? eorumqz conatus lon:
ge diuersos ab obseruatione Tractatum eo prorsus tendere
animaduerteret, vt quantum in eis situm esset M.tem suam
impedirent, quo minus pacifica Regni possessione potiretur.
Non promeruisse sane videtur M.tas sua, quare Ser.mus Rex
Poloniae tam acerbe armorum castrorum exercitum terrorem,
strepitumqz identidem M.ti suae obijceret, incusans scilicet
his nihil aliud M.tem suam effecisse quam quod in summa
omnia difficultatem adduxerit, adeo vt non facile ratio
inueniri queat, qua explicari possint, quae sint ita
misere tot modis implicata, affirmans praeterea quod
per neminem alium quam per M.tem suam stetisse quo minus
Regina Isabella nunc ea quae M.tas sua ex pacto
postulabat praestare possit, quae vt indigna sunt

et non temere M.^tis suae dicta videantur ita tanto gravius ferre debet M.tas sua quanto minus eiusce accusationis culpam ullam agnoscit. Nam satis antea declaratum est per scripta M.tis suae, quam ob rem arma sumpserit, siquidem invita et coacta id fecit, priusq[ue] omnia lenitate, mansuetudine, precibus, monitis, adhortationibus, atq[ue] in summa pacifica prorsus via tentare voluit, q[uam] ad expeditioné presentem descenderet. Scit enim Ser.mus Rex Polo.niae ut aliqua ex parte etiamnunc repetantur ea, quae alias M.tas sua saepius declaravit: scit inquam Ser.tas sua M.tem Regiam minime neglexisse statim a morte ipsius Joannis Regis peculiares legatos suos, tum ad Ser.tem suam, tum ad filiam Ser.mam Reginam Isabellam amandare, nunciatum scilicet preter alia ambabus Ser.tibus suis, ut quia aequissimum omniq[ue] adeo rationi consonum esset, utica quae pro salute et tranquillitate Regni, proq[ue] universae reip.ae Christianae bono inter M.tem suam, et ipsum quondam Joannem Regem, non sine maximo tamen iniurium M.tis suae praeiuditio acta, conclusa arctiss. misq[ue] vinculis intercedente Cesarea M.tis authoritate astricta essent, firmiter observarentur, simul et debitae executioni demandarentur. Idcirco M.tem suam expositam esse, atq[ue] adeo ultro offerre (id quod ipsam Reginam prius facere admodum decuisset) omnia nempe quae iuxta initos pacis Tractatus iureiurando utrimq[ue] confirmatos ipsam Reginam et filium suum caeteraq[ue] in his contenta concernerent, eandemq[ue] una cum filiolo suo omni tempore quibuscunq[ue] in rebus fieri posset, paterne cómendatam adiutam et promotam habere velle: dummodo et ipsa iuri M.tis suae et pacis Tractatibus, presertim quo ad successionem Regni non adversaretur, quin potius ut par esset responderet. Nam si secus eveniret et executio ipsa

Tractatuum pacis preter expectationem M.tis suæ apud illa vel suos obtineri non posset: ita vt M.tem suam licet inuitam pro recuperatione præfati Regni sui sumptus facere oporteret, nihil inde magis, quam perturbationem quandam presertim in hiis quæ vigore Tractatuum pacis cum filio deputata, et attributa essent, vt a M.te sua præstari deberent, preter belli etiam motus incomodaque expectandum fore. et cum Ser.ma Regina nullum aliud responsum elicere potuisset, quam quod suorum Consiliariorum vota exquirere vellet, et parentum poss.mum consilia expectare constituisset, iterum atque iterum tam per nunctios quam per litteras eandem requirere non cessauit, vt M.ti suæ quantotius ad honestiss.mas postulationes suas resolutum responsum dare non cunctaretur.

Præterea non prætermisit M.tas Regia tum omnibus et singulis totius Regni Vngariæ statibus et ordinibus successionis suæ ius quod sibi cum multis aliis nominibus, tum vigore etiam Tractatuum pacis competeret, per patentes litteras suas insinuare et proponere, tum maxime vero ipsius Ser.mæ Reginæ Consiliarios presertim eos quorum opera consilioque dictæ pacis tractatus, poss.mum initus firmatus et confectus fuerat, qui semetipsos pro obseruatione illius pacis mediantibus litteris suis obstrinxerat, admonere cohortarique summopere curauit, vt se per omnia fidei M.tis suæ semel vigore litterarum suarum promissæ conformes gererent ita nempe vt in successione Regni M.tis suæ iam mortuo Rege Ioanne iuxta initos pacis Tractatus debita nullum negotium suis impedimentum afferri paterentur.

Ex hiis itaque clare liquet M.tem suam R. non statim prorupisse ad arma: sed omnibus quibuscunque potuit quietis et pacatis consiliis vsam esse.

Quod si Ser.mus Rex Poloniæ attentius relegat res:

ponso litterasq3 M.tis Regiae, praesertim in eo loco, quo de legatione ad Turcam aduersus praeffatos pacis Tractatus expedita, ante quam ne militem quidem vnum conscripsisset M.tas sua, deq3 certis nunctiis ad omnes Regni partes contra M.tem suam atq3 aduersum Jus eius sub cuiusdam conficta pietatis in Reginam viduam et filium eiusdem praetextu a: mandatis, necnon de multis comitatibus et Regnicolis vt dictum filium Regis Joannis in Regem acceptarent solli: citatis: Deniq3 de procuratione illa qua Cassouienses non sine summa praeffatorum Tractatuum pacis labefactatione et M.tis suae iniuria ad Joannis Regis haeredis Infanti iurandum adducti sunt: Postremo vero de ablegatis in Transiluaniam cum mandatis, litterisq3 Reginae ipsius ten: tandi sollicitandiq3 animorum regnicolarum animos causa, vt sub fidem imperiumq3 illius venirent, nunctiis nonnullis mentio facta est, reperiet certe M.tas sua non minus iu: stissimis, quam vrgentis.mis de causis M.tem Regiam ad con: scribendas copias, exercitumq3 suum impulsam fuisse. quae quidem etiamnum Ser.tis suae ac vniuscuiusq3 boni Chri: stiani Principis prudenti incorruptoq3 iudicio diiudicandum relinquere non dubitat, an ab armis abstinere debuerit tum cum videret sediciosos illos homines, ac publicae quietis perturbatores, praeter quae nunc supra dicta sunt spretis foederibus tum nouis tum priscis, Tyrannicum in morem Regni Vngariae regimen de facto contractisq3 copiis sibi vendicare, proq3 sua impotenti dominandi libidine M.tem Regiam a legittima Regni possessione inuocatis accersitisq3 Turcorum auxiliis arcere conari, idq3 adeo pertinaciter obcaecatisq3 animis, vt pactorum, fidei, omnisq3 promissionis immemores, contemptaq3 inhumaniter vni: uersa gracia, beneficiisq3 illis a M.te sua propositis in Turcarum seruitutem nobilissimum illud Regnum dedere

properarent quemadmodum haec omnia in superioribus scriptis latius explicata sunt. Qd nisi M.tas sua manum aliquam in tempore contraxisset, in tale discrimen periculumq3 Regnum ipsum proculdubio iam nunc perductum fuisset vt neq3 M.ti suae, neq3 Reginae viduae, neq3 eius filiolo quidq3 satis tutum in eo Regno permanere potuisset, id quod nunc magis perspicuum facit Turcorum aduentus q° M.tas sua semper timuit venturos. Quare cum negari nequeat quin conatus omnes M.tis suae hactenus ad procurandum solidam pacem et quietem in Regno suo Vngariae directi fuerint vtpote quae Jus suum nonnisi cum pub.ca tranquillitate, Regniq3 conseruatione ac Prouintiarum suarum bono securitateq3 idcirco semper tantopere desiderarit vt vnitum et suis coniunctum viribus Regnum illud eo magis a Turcorum insultu defendi posset, tum ideo arma mouenda duxerit, non vt in humiles innoxiosq3 saeuiret, s3 vt hos factiosos homines aut reprimeret aut ad debitam obedientiam quocunq3 modo compelleret. Non opus profecto fuerat, vt Ser.mus Rex Poloniae tam asperis querelis erga M.tem suam nihil tale promeritam vteretur, qui potius istorum quos Magnificis Senatorum titulis ornat audatiam, ambitionem, auaritiam ab ea accusanda fuisset vtpote qui vt sub nati pueruli Ser.mi Regis Joannis defendendi et in Regnum asserendi fucato colore soli regnent dominatumq3 aut Tyrannidem potius sua stabiliant: Christiani nominis perpetuos hostes in Regnum accire eorumq3 faucibus patriam ipsam suam dilaniandam obiicere simul et in verba Turci iurare, secumq3 conspirare non verentur.

Caeterum vbi Ser.mus Rex Poloniae M.tem Regiam temeritatis et immodestiae cuiusdam arguit, eo q in proximis litteris suis non tam sincere quam subdole actum fuisse scripserit, deq3 vocula illa ita amarulenter M.tem suam perstringit

vt roget

vt roget ne M.tas sua tam asperis verbis uti velit in posterum praesertim apud amicum et affinem, M.tas Regia putat se ibi maiorem conquerendi causam habere propterea quod Ser.tas sua violenter ad se trahit id quod in ea neque scriptum est, immo si bene perpendantur litterae neque de filia ipsius sed potius insignes illos Senatores, quorum opera consilioque legati ad Turcum, imploratio Praefectorum Turci finitimorum, petitiones inhonestae praescriptae, doloque et artibus malis excogitatae consequutae sunt notare voluit licet modestius id fecerit, quam eorum gravissima facinora merebantur. Rogat itaque vicissim M.tas Regia Ser.mum Regem Poloniae ut sicut ipsa bene perspicere solet ea quae scribit, praesertim ad tales Principes, et non perspicere solum, verum etiam attentius ipsa verba ponderare: nihilque adeo scribere quam quae modeste scribi possunt consuevit: ita Ser.tas sua committat Nunctiis, et Oratoribus suis, ut ipsi quoque diligenter beneque ponderent, et librent verba, quae Ser.tis suae nomine coram M.te sua aliquando dicunt.

Porro vbi Orator dicit Ser.mum Regem Poloniae, eum quemadmodum adhuc res acta esset secum diligentius expendisset aliud perspicere non potuisse quam quod quo minus facta sit compositio penes M.tem Regiam maior, quam penes Ser.mam filiam suam culpa resideat. Ad hoc respondet M.tas Regia se tantum de integritate bonitateque Ser.tis suae confidere vt non dubitet, quin si Ser.tas sua in iudicem cognoscendae istius rei eligeretur, fortasse aliter sensura et pronunciatura esset. Quocirca magis placet M.ti suae illud quod Orator ipse paulo ante promisit: nempe vidisse Ser.tem suam, eas quae per M.tem Regiam latae essent conditiones quae an eiusmodi fuerint, vt eis Ser.ma Do. Regina Vngariae acquiescere oportuerit, neutram

in partem disputare. Nam quorum oculis ea subiecta fuerint, quae oblata sunt, eorum certius esse potuisse iudicium. Sed Ser.tem suam cum longius absit, neque in presentem rem venerit statuere non posse, num fuerint conditiones istae Ser.mae filiae suae accipiendae. Etenim non dubitat M.tas Regia etiamnum per sancte affirmare has conditiones quas tum, cum ad tractationem ventum fuit per Comissarios et Oratores suos proposuit et obtulit, tam aequas tam honestas, talesque omnino fuisse, ut merito et grato quidem animo a Regina ipsa accipi debuissent. Si autem haec M.tis suae aemulorum malevolorumque iudicio, tanti non sunt visa, nihil est sane cur talibus perversis hominibus vel Ser.mum Regem Poloniae, fidem suam ita facile accomodare vel M.tem Regiam causam suam submittere oporteat, siquidem M.tas Regia, habens respectum ad coniunctionem et necessitudinem illam quae sibi cum Ser.te sua intercedit pro voto Ser.mae Reginae, arces eiusmodi, ciuitates, oppida, et pertinentias una cum pensione certae summae non contemnendae subito et de facto, non expectato etiam termino in tractatu pacis expresso, cum id ante praefinitum tempus facere non obligaretur, dare et consignare per Oratores et comissarios suos ultra debitum obtulit, quae Joannis Regis bona et patrimonium, et universam denique dotem, vel omnium sententia qui sincere modo iudicant, non aequare solum sed etiam exuperare queant, idque cum tali honesta conditione, ut illa tantisper possideret, donec patrimonium Regis Joannis iuxta Capitula pacis redimi et liberari posset. Necnon sub bona et in huiusmodi rebus observari solita assecuratione, ex consensu omnium Dominorum et Procerum Regni, eas tamen conditiones iustas, et superfluas oblationes Regiae M.tis, Commissarii Reginae accipere recusarunt. Atque ita re infecta Regiae M.tis Comissar

redire coacti sunt. Quominus autem M.tas sua patrimonium illud et alia quemadmodum illi egregii senatores subdole astute callideque postularunt, subito restituere potuerit. Postularunt autem Castra Ciuitates et oppida cum pertinentiis videlicet, Tirnauiam Scepusium, Bajmocz, Illewa Kabza Lotawa Streczen arwa, Sclawina, Likawa Winar, kessmargk, Zaardt, Torna, Tokaj, Regecz Wgod destructas arces, Tallia, Ribno, et Rakoss oppida Gewecz Tolkij Wanja Rudabanija, et Vamoss it Tirnauia et Zakolcza: ac pariter tricesimas omnes quae siue in patrimoniis, siue in bonis acquisitis vbiuis exigi solent illis continuo restitui. Pro residua vero parte patrimonii, donec ea liberaretur, pecierunt arcem Posoniensem, simul cum tricesima et iure conferendi honorem Comitatus eius Posoniensis. Praeterea vt iusta esset compensatio residuae partis patrimoniorum postularunt arces Munkacz et Fwezth, cum toto Marmorusio Salinisque Marmarusiensium fodinis simul et antiqua libertate vendendi huiusmodi sales: id est pro duabus vel tribus ad summum arcibus videlicet, pro Papa Boldokw, cum paucissimis oppidis ex toto patrimonio vltra priores arces, Ciuitates et oppida, reliquis talia bona petere ausi sunt, quae vel totum patrimonium facile superare existimentur. Quominus igitur M.tas sua patrimonium illud iuxta ipsorum impudentem postulationem restituere potuerit, eam sane culpam nemo profecto M.ti Regiae adscribet, qui modo Tractatus pacis inter M.tem suam et ipsum Regem Ioannem initos, non inuidis oculis, sed sedato potius animo legerit. Nam cum patrimonium ipsum iuxta conditiones in eodem Tractatu pacis expressas de communi Regnicolarum vnius atque alterius partis Contributione: post duorum nimirum annorum spatium a die publicationis eiusdem pacis redimi debuisset, per Regem vero Ioannem stetisse mani:

festum indubitatumqz sit, prout ex prioribus scriptis M.tis suae clarius pleniusqz cernere licet, quominus promulgatio pacis, a quaquidem patrimonii redemptio veluti a radice pendet, eo vivente sequuta sit, ut pote qui cum Caesarea et Regia Ro.rum M.tes viderentes, minime ipsum Joannem Regem, nullis eorum vel adhortationibus, vel admonitionibus quamlibet crebris, gravissimisqz ad promulgationem pacis promoveri potuisse, ad extremum tandem si vel hoc contenti essent fore, per Mag.cum Mathiam de Helt M.tis suae Caesareae Oratorem denunciassent, omnes Praelati scilicet et Barones, ac officiales defuncti Regis iuxta formam contractus pacis, secreto saltem fidelitatem M.ti Regiae iurarent, quo inde pedetentim patrimonii redimendi initium caperetur et continuaretur, ne ad hoc quidem ulla ratione adduci potuit. Item ex quo patrimonii redemptio fieri non potest neqz debet, secundum Tractatus pacis tenorem, nisi facta prius unione Regni, habitoqz Regnicolarum generali Conventu, communisqz subsidii (ut dictum est) contributione: Hinc sane a M.te sua immerito indebiteqz efflagitari evidenter probatur, ut ea simul omnia uno tempore praestet, quae sese eum nunc tam subito non possit successu temporis integre et inviolabiliter praestaturam in fide veri et Christiani Principis pollicita est. Et propter hoc M.tas sua ~~causa~~ non absqz causa illos Senatores cum M.te sua subdole et fraudulenter egisse etiamnunc libere fatetur et asserit.

Et cum haec ita sint, minime necesse fuit M.tem suam tantopere adhortari, operam daret ut omni cunctatione semota pactis satisfiat. Esse enim quae Ser.ti suae suspitionem facere possint, ne cunctatione ista et mora in pactis praestandis non agatur aliud, quam ut si sint prosperi rerum successus praetextus inveniatur aliquis quo non sit ea praestari necesse: id perinde est quasi M.tas Regia, hoc ut fierent unqz

hactenus in mora fuerit quae ultro optauit et peciit et quantum per Reginam eiusque Consiliarios licet, sibique integrum est, etiamnum praestare non recusat, absque ulla fraude doloque in quantum Regina ipsa ad aequas et honestas conditiones accipiendas sese accomodauerit, et tantum abest, ut ea quae sancte promisit et iurauit pro rerum statu debitis et conuenientibus modis praestare nolit, ut non dubitet, quin omnes Christiani Principes, simul et de istiusmodi oblationibus et conditionibus a M.te sua propositis edocti fuerint, M.tis suae causam sint comprobaturi

Ubi orator narrat M.tis Regiae opera peruulgatum esse, quomodo Ser.mus Princeps suus nihil in Regno Hungariae ambiret, duntaxat si salua sit dos et Contrados Ser.mae filiae, sique Nepoti pacta seruentur, eo contentum fore, caetera omnia M.ti suae facile concedere, indeque tot et tantas difficultates sequutas esse, ut qui alieniore animo a M.te sua fuerunt, intellecta hac voluntate, statim ea quae minime debeant consilia ceperint, ut eorum fidem atque auxilium implorarent, sotiaque cum his arma iungerent, quibus minime confisum oporteret. Deinde cum viderent Ser.ma Do. Vngariae Reginam idem cum Ser.mo patre suo velle et sentire, ius illi potestatemque statuendi quod vellet ademisse, sicque M.tis Regiae culpa factum esse, ut ipsa Regina minus nunc liberas cogitationum suarum haberet voluntates.

Ad primum respondet M.tas Regia, se nullam admodum praebuisse occasionem ut mens voluntasque Regis Poloniae diuulgaretur quippe quae non nisi cum Consiliariis suis cum quibus debebat illa secreto communicauerit. Si autem aliqua ex his ad Senatores aliquos demanarint idquidem M.tas sua cauere non potuit neque etiam debuit.

Ad secundum respondet, si relegantur illa quae de legatione Turcica idque genus aliis, quae per Senatores longe prius

q̃z ista Regis voluntas eis innotuit, agitata et perpetrata sunt a M.te sua scripta fuerunt, facile iudicare posse in qua parte culpa haereat. Nam q̃ eadem ratione M.tas sua accusatur, quasi ipsa in causa fuerit, q̃ illi egregii homines ad Turcarum auxilia confugierint, hoc nemo M.ti suae potest impingere, qui vel mediocriter res Vngaricas quomodo hactenus gesta sunt notas habeat.

Ad tertium M.tas sua respondet, non videri satis probabile, q̃ Senatores illi Reginae Jus potestatemq̃z statuendi tum primum ademerint, cum eam patris voluntatem erga M.tem Regiam sequi velle perspexissent. Nam contrarium liquet ex Reginae ipsius litteris, manu eius ad M.tem Regiam die Nona Septembris superioris anni 1540 Datis, vbi conqueritur se Budae in honesta quadam captiuitate detineri, habere siquidem gentes, s̃z alios qui sibi Jus tutorium propria authoritate assumere nitzentur illis imperare et facere non quae ipsa velit, sed quae illis viderentur. Eo vero tempore nondum constitit de voluntate Ser.mi Regis Poloniae, neq̃z M.ti Regiae, neq̃z Reginae, neq̃z eius Consiliariis.

Quo loco Orator memorat, q̃ tum cum Ser.ma Regina Jsabella sibi a M.te Regia consilium petiisset dari qua ratione Juris sui effici possit, vt ea quae vellet in graciam M.tis suae praestandi potestatem haberet, neq̃z consilii neq̃z auxilii copia ei facta fuerit.

Ad hoc M.tas sua respondet, se bene recordari, q̃ Regina ipsa in litteris ad M.tem suam datis inter caetera scripserat se spem et protectionem suam in M.te Regia reposuisse petens a M.te sua, vt eam in hac necessitate et difficultatibus collocatam, ex quibus se sine consilio et auxilio M.tis suae explicare non posset paterne adiuuaret. s̃z in eisdem

quoque litteris se excusasse probe meminit, cur tam diu responsum ad ea quae M.tas sua illi medio Mag.ci domini Comitis de Salm nunciasset, non daret id eam ob causam fieri, quod nondum habuisset instructionem a parentibus suis quid ei faciendum esset. Quare considerans M.tas sua id quod Regina ipsa se non esse sui iuris, sed sub potestate eorum, qui sibi tutorum propria auctoritate assumpsissent scripserat. Necnon persuadens istorum hominum qui penes erant et adhuc sunt conatus aperte tendere ad violandos pacis Tractatus, prout supra dictum est, eosque non nisi clementissime omnique proposita gracia et benignitate a M.te sua requisitos non potuisse ad aliquam sanam mentem ullo modo reduci ut M.ti suae eam quam debebant obedientiam, fidelitatemque in vim praeffatorum Tractatuum pacis, ut pote ipsorum quoque opera consilioque confectorum praestare vellent, non attento quod eis M.tas sua per proprios Nuncios iterum atque iterum significandum curasset, se nempe paratam esse exequendi pro parte sua ea quae illi vigore eorundem Tractatuum pacis facienda incumberent: tum quae Reginam ipsam eiusque prolem eo nomine directe concernerent, non potuit Ser.mae Reginae rebus ita se tunc habentibus aliud vel consilium vel auxilium dare, quam ex una parte hortari eam etiam atque etiam sicuti M.tas sua fecit, ut pactis conditionibusque staret: et quantum in se esset curare et admitti vellet, quatenus omni impedimento sublato, pro iure suo, et in vim praeffatorum Tractatuum, ad dicti Regni Ungariae possessionem perueniret, ne si secus preter spem et expectationem suam fiat: M.tas sua licet inuita, cogeretur ius illud suum armorum via bellique viribus prosequi. Ex altera vero parte exercitum ad suscipiendam expeditionem contraherent: premissa tamen ea voluntatis suae testificatione, primum quod optatius M.ti suae esset, ut illorum qui penes Reginam etiam nunc

sunt, animi potius clementia et benignitate M.tis suae flecti possent, quam ut armis id quod suum esset acquirere compelleretur. Deinde quod M.tas sua non minus pro cōmodo bonoque Ser.mae Reginae quam pro asserendo iure suo et vniendo vniuerso Regno, ad praesentem expeditionem condescendere voluisset.

Ad eam vero partem vbi Orator ostendit Ser.mum Principem suum censere M.tem suam Regiam multo satius facturam fuisse, si quos praeter omnem necessitatem in alendum exercitum sumptus facit: ex iis partem aliquam ad conditiones potius, quas obtulit Ser.ma Domina Regina adiecisset: et quod Regina ipsa scribendorum militum et exercitus faciendi, nullam M.ti suae occasionem praebuerit.

Respondet M.tas Regia, se maiorem in modum optasse, et cupiuisse sumptus illos belli, quos hactenus fecit euitare: sed tamen in prioribus scriptis M.tis suae satis abunde cāusas demonstratas fuisse: quare M.tas sua coacta sit expeditionem suscipere et tot tantasque belli impensas facere: et an Regina exercitus faciendi nullam occasionem M.ti suae praebuerit, hoc ex tam longa procrastinatione damnosaque dilatione illius in responso ad extremum M.ti suae dato facile iudicari potest. Nam cum M.tas Regia denuo atque iterum requisita Regina vidua tam per proprios Nuncios quam per litteras perhumaniter et paterne ad se scriptas, nullam sibi vel minimam spem aut significationem saltem dari videret, quod Tractatibus pacis ipsa stare in animo haberet: et interim ipsius Consiliarios ad Turcorum auxilia spectare certum sciret: atque aliogui etiam periculum imminere cognosceret, ne superuenientibus Turcis tam Nobile Regnum Christianitatisque propugnaculum, non minus cum totius Reip.cae Christianae pernicie: quam Regnorum et Prouinciarum M.tis suae detrimento

ac summo discrimine in foedissimam ac deplorandam Turcorum servitutem redigeretur. Non potuit profecto ex Chr.ani Principis officio aliter facere, quam militem conscribendum curare, non ut iniuriam ullam faceret Reginae ac filiolo suo, sed ut Jus suum prosequendo Regnum illud ab impendenti a Turcis interitu ruinaque liberaret, priusquam per factiosorum perversa immaniaque consilia, sub Turcorum potestatem detestandumque iugum perveniret; armisque tandem cogeret eos, quorum molitiones uniendis et concordandis Regni istius populis crudeliter obstarent; quique omnis discordiae authores nihil aliud magis machinari viderentur, quam ut invocatis et accitis Turcorum auxiliis sibi solis vi quadam factiosa et privata auctae summam rerum vendicarent, ac impetuoso seditiosoque plane dominatu privatis utilitatibus consulentes Regnum ipsum extremis calamitatibus obruerent, idque sub eo colore quasi Reginae et filii ipsius fortunis prospectum vellent, cum omnia potius in destructionem Regni et Reginae ac filii sui ab eis agitari perspicuum esset.

Quod vero Ser.mus Rex Poloniae tantopere miratur et aegrefert protestationes illas, quibus M.tas Regia prioribus litteris usa est, easque a tam arcto necessitudinis vinculo, quo M.tas sua Ser.ti suae coniuncta est abhorrere censet. Ad hoc respondet M.tas sua, quod si Ser.tas sua exacte discusserit superiora scripta M.tis suae, reperiet utique illas tanquam honestas et modestas, non ex malo zelo malaeve suae M.tis voluntate processisse, sed potius ex coniunctione et necessitudine mutua eas ita facere coactam fuisse, quemadmodum enim M.tas sua omnibus modis et rationibus in hoc incumbit, ut Regni pericula avertat, ita protestatione sua voluit Ser.mam Reginam admonere, caveret et ipsa pro viribus clades et excidium Regni, seque a consiliis

malorum hominum qui rem commodumque priuatum duntaxat curant, penitus extricaret, ne talibus eorum perniciosis ac funestis facinoribus conniuere assentirique iudicaretur (quod Deus auertat) statim et iura sua ac filii sui, quae iuxta pacis Capitula illi praestari debent aliquo modo iuste amisisse iudicari posset.

Postremo quod Orator exposuit M.ti suae Ser.ma Do. Bona Regina Poloniae M.tem suam rogare vt Do. Isabellam filiam eius ita comendatam et promotam habere velit quemadmodum M.tas sua Regia Roma.rum eius filiam Elisabetham apud ipsam Reginam, et iuniorem Regem Poloniae post consumatum matrimonium comendatam et promotam iri cupit. Ad hoc M.tas Regia respondet, se praeffatam Reginam Isabellam semper filiae charis.mae loco habuisse et habere velle, dummodo et ipsa se erga M.tem suam tanquam indulgentem patrem sic gerat et exhibeat, vt obsequentem filiam decet id quod M.tas Regia facturam eam non dubitat, tum sua sponte: tum etiam Ser.morum parentum suorum hortatu.

Et haec quidem sunt, quae M.tas Regia ad Oratoris sermonem Ser.mi sui Principis nomine habitum respondere voluit.

Ad Mandatum. S. R.
M.tis propium.

Ad. Carolus Sbt.

Bona Regina Polonie Georgio Monacho Epo Varadien Regni Hungarie Thesaurario

Rnde in Christo pater et domine, sincere nobis dilecte. Nunctius Ser.me filie nostre, domine Regine Hungarie Nobilis ac Generosus Andreas Magocz inter alia hoc etiam nobis retulit quod ex ipsius Ser.me filie nostre aliorumqz lrīs perspectum nobis iam antea et cognitum fuit, P.tem vestram summa fide et animi constantia esse erga eandem Ser.ma Do. Regina filia nostra, et filium eius M.tis Nepotem nostrum charīs.mum, omniaqz que ad dignitatem et statum eorum conseruandum pertinent diligenter curare. Que virtus et animus iste vestre p.tis in carum Ser.tes tam propensus est nobis mirum in modum gratus et acceptus. Nam que officia que in eorum M.tes a p.te vestra conferuntur, ea in nos conferri arbitramur. Quam ob rem ei hoc nomine meritas agimus et habemus gracias, et quamuis sponte sua officium boni viri et fidelis Consiliarii facientem vrām pater.tem adhortari non debeamus, attamen pietas materna, amorqz noster qui non potest esse non vehementer sollicitus nos plane cogit, vt eandem Ser.ma filia nostra, cum eius M.tis filiolo dulcissimo cure et fidei vestre P.tis cui sume confidimus comendemus et comittamus. A qua omni studio postulamus, vt P.tas vestra, memor defuncti optimi ac meritissimi Regis et Domini sui, memor etiam gracie illius beneuolentieqz, qua M.tas eius dum viueret P.ti vestre multis ac Illustribus Argumentis declarauit, grata

nunc defuncto Domino suo erga vos quos ille reliquit, sa-
roboqz in vita habuit, memoriam praestet, eorum fortunis,
bono statui, honoriqz ac dignitati prospiciendo. Quod
vt faciat vestra P.tas, eam ab eius virtute et fidei con-
stantia exhortamur, rogamusqz vt ea qua iam pridem
consueuit, fide, et integritate, in obsequiis et studio erga
Ser.mam Dominam et Reginam suam, eiusqz filium perseuerare
velit. M.temqz illius in modernis rerum et temporum an-
gustiis constitutam, humaniter et benigne consoletur,
et quae honori, dignitati et Statui M.tis suae, et eius fi-
lioli conducibilia, vtilia, ac necessaria fore intelligit,
ea pro spectata sua virtute cum aliis Dominis agat, con-
sulat et suggerat, Quod vestra Mag.cia Ptas, quae auth. or
matrimonii et tradendae in Hungariam Ser.mae filiae nrae,
est, iure ac merito praestare debet. Detqz operam, vt
ipsa Ser.ma filia Regina vestra cum filiolo suo
quam commodissime vitam agat, ne defectibus
vllis prematur. Nos vero omnia haec grata mente
conseruabimus, et memores nos esse pollicemur, atqz
offerente se oportunitate, meritam ei gratiam referre
curabimus. Quam sanam et foelicem esse, optatisqz
successibus perfrui ex animo optamus. Vilnae
Xa Marcii M D xl 1o.

Bona Regina Polonie Ioanni Estharii Magistro Curie, Benedicto Baionii Pro:uisori Curie

M. Ag.ce sincere nobis dilecte. Declarauit nobis Nobilis Ac generosus Andreas Magocki, Ser.me Domine Regine Hungarie filie nostre charis.me Nunctius quod tua Mag.cia ipsi Ser.me filie nostre et filio eius M.tis Nepoti nostro sua:uissimo, magna cum animi sui constantia, nec minori fide ac studio suo grata obsequia exhibet. Que virtus, et animus iste egregius, tamque propensus in illarum M.tes est nobis miri:fice gratus. Nam obsequia officiaque que in earum M.tes istbic a tua Mag.cia conferuntur, ea nos conferri existimamus Quamobrem hoc nomine vestre Mag.cie, meritas agimus et habemus gracias. Et quamuis sponte sua currenti Mag.cie tue stimulos addere videremur, pro nostro tamen erga Ser.mam filiam, et Nepotem nostrum incredibili amore pieta:teque materna, hortamur vestram Mag.ciam ab illaque postula:mus, vt in eisdem obsequiis officiisque Ser.tum suarum, ea qua ce:pit fide et animi constantia perseueret, Ser.mamque Reginam Dominam suam, in presenti rerum temporumque perturbatione so:letur. Et que Statui honori ac dignitati M.tum suarum condu:cibilia, vtilia ac necessaria esse intelligit, ea pro fide spe:ctataque virtute, vna cum aliis fidelibus consulat, agat, et exequatur, cooperetque vt Ser.ma filia nostra, cum filio suo commodissime vitam agat. Nos vero omnium horum gratos nos ac memores pollicemur, atque offerente se occasione meritam ei graciam referre curabimus, quam sanam ac feli:cem esse ex animo cupimus. Vilne Xa Marcii 1541

Legacio ad Caesarem Catholicum. v. à Sigismundo primo Regi Poloniae data Stanislao Maczciowski 1541 28. Marcii

SAcra Imperatoria et Catholica M.tas Ser.mus Princeps et Dominus meus Dominus Sigismundus Dei gra Rex Poloniae etc. Dominus meus clementiss.mus S. M.tem vestram fratrem et consanguineum suum char.mum et maiorem cum primis honorand. plurima salute impartit. laeta omnia et faelicia, haud aliter atque sibiipsi S. M. vestrae ex animo precatur et optat. Illud imprimis ut sublatis religionum dissidiis, placatis Christianorum animis, reconciliata inter Principes gracia, et statuat in his Comitiis aliquid quod ad Rempub: Christianam a gravi metu et periculis quae impendere illi videntur asserenda pertinebit: et quod de re tanta statuerit, id Christo opitulante ad optatum exitum perducat. quo et suo nomini gloriam sempiternam et toti orbi Christiano diu iam desideratam pacem parere possit, et tranquillitatem. porro dedit mihi negotium Ser.mus Princeps meus. ut aliis quoque de rebus nonnullis coram sacra M.te vestra verba facerem. De quibus priusquam ordiar aliquid has mei illi fidei litteras offerre iussit.

Lecta Credentia

SAcra Imperatoria et Catholica M.tas. Non dubitat Ser.mus Princeps meus et Dominus meus, quin memoria teneat S. M. vestra quo tempore Ill.s Dominus

Albertus Dux Prussiae in fidem Ser.mi Principis mei Re:
gnique Poloniae se contulit in qua maiores quoque eius ordinis
in Prussia Magistri antequam rebellare nonnulli ex eis coe:
pissent semper fuisse certius est quam ut ambigere quisque possit
quanto studio contenderit M.tas Domini mei, ut ne fraudi
id esse vellet S. M.tas vestra Ill. Domino Duci Prussiae,
quod suum fecisset offitium, atque ad fidem eius et authoritatem
redisset, cui maiores quoque eius ordinis Magistri subiectio:
nis et fidelitatis iusiurandum semper praestabant, priusquam
ex eis aliqui, officii sui obliti, quibus armis contra Christianam
nominis hostes uti debebant, ea egregii fidei Christianae
propugnatores ad profundendum sanguinem Christianum
in ipsos Dominos suos Ser.mos Poloniae Reges, ulcis:
cente Deo eorum audatiam convertere coepissent. Iam tum
subolfecerat M.tas Domini mei esse non neminem, qui
cuniculis quibusdam Ill. Do. Prussiae Ducem apud M.tem
vestram oppugnare atque eum in odium illius adducere cona:
retur, quare verita ne quid malevolorum conatus isti pro:
ficerent, eum per Oratorem suum, qui tum temporis agebat
apud S. M.tem vestram R.mum Do. Joannem tum Cul:
mensem, nunc Varmiensem Episcopum, tum per litteras egit
cum S. M.te vestra atque ab illa petiit, ne quid a malevolis
persuaderi sibi pateretur, quod alienum esset ab ea coniun:
ctione, quae S. M.ti vestrae cum Ser.mo Principe meo
arctiss.ma intercedit. Ita discessum fuit tum a S. M.te
vestra ut se flexisse animum illius Ser.mus Princeps
meus existimaret ac bonam spem conciperet fore ut ne:
mo negotii quicquam exhiberet Ill.ri Domino Duci aude:
ret, cum subito praeter spem et expectationem M.tis eius
proscriptio lata est a Iudicio Camerae M.tis vestrae Imperi:
alis, neque ea recepto et usitato more praescripta sed in qua
Ill. Do. Dux contumeliosius erat tractatus quam dignitas

eius ferre videbatur. Tulit id graviter, Ser.mus Princeps meus pro eo ut debuit, quodqz acciderat tam subdito Princi: pi suo, tum sororis germanae filio id sibi ipse factu interpreta: batur: seqz eadem qua illum aspersu esse infamia indica: bat, sz conscius sibi egregiae semper voluntatis, sum̄iqz stu: dii sui, cu erga S. M.tem vestra, tum erga Ser.mu Do: Rom: Regem fratrem eius, ac M.tis vestrae erga se animu, ex suo in illa metitus, adduci nunqz potuit, ut crederet quod erat a iudicio Camerae proscriptionis decretu latu, id aut sciente aut consenciente M.te vestra latu esse. Itaqz misit ad illa Mag.cu Dominu Petru Opalinski Castellanu Gnesnen Ser.mi filii sui Curiae magistratu ut quereretur cora S. M.te vestra quae tum fuit Bononiae, de Iudicio Camerae suae Imperialis, quod sibi tantu sumere ausu esset, ut in quem Iuris nihil haberet, in Vasallu Prin: cipem Ser.mi Domini mei proscriptionis decretu ferre au: deret, atqz ut una peteret a S. M. vestra, quod decretu hoc a non suis latu iudicibus, in dictu vellet et antiquatu. S. M.tas vestra pro innata bonitate facilitateqz sua comem se illi et affabilem prebuit et in spem bona D. Oratore erecto ad Comitia Imperialia totam causa hanc reiecit. Subse: cutae sunt postea non unae litterae Ser.mi Principis mei cum aliis ex locis tum superiori aestate hac, Vilna datae quibus hoc ipsu contendit a S. M.te vestra ut rescinde: ret Decretu a non suis judicibus latu/ S. M.tas vestra litteris benigne scriptis itidem in haec Imperialia Comitia rem reiecit. De quibus cu serius esset facta certior M.tas Domini mei, quonia verebatur ut quem misisset Nunciu, is Comitioru diem hunc obire tempori posset, iteru eadem de re scriptis litteris egit, cu S. M. vestra sz admonitus postea prorogationem esse facta Comi: tioru, ita ut tempori venire posset nuncius, si quem

M. eius mittere decreuisset, michi prouinciam hanc imposuit vtque S. M.tem vestram rogarem mandauit, quo tot petitioni: bus Ser.mi Principis mei locum tandem aliquando dare di: gnetur. quo animo semper fuerit, quo studio, quam egregia voluntate et erga S. M. vestram et erga Ser.mum Do. fratrem eius. Princeps meus et Do: clementiss.mus, quam non modo retinenda, verum etiam omnibus offitiis, et propinquitatis etiam vinculis arctioribus augenda et amplificanda cu: rauerit, eam necessitudinem quae ei avita est cum S. M.te vestra, non est illi procul dubio obscurum. Nulla Regna, nullae opes, tanti ei vnquam fuerunt, vt eorum causa direm: ptam vellet amicitiam, quae vetus illi cum S. M. vestra, cumque domo illius vniuersa est constituta. Si quando vltro fue: runt delata ad Ser.mum Do: meum, ea quae multitudinis iudicio sunt amplissima: ad quae alii summo conatu, magnis periculis, ingenti sanguinis profusione peruenire conten: dunt, contempsit omnia Ser.mus Princeps meus, repu: diauit, pro nichilo duxit: non quod per se contemnenda ea existimaret, aut quod parum in eo animi esset, ad ea si res postularet, armis etiam vendicanda, sed quod pluris quam haec omnia, faciebat coniunctionem quae illi cum S. M. vestra, cumque Ser.mo Domino fratre eius interce: dit, vilia ei fuerunt haec omnia, cum illa comparata. Neque tanto vnquam fuit studio Regni sui finium propagan: dorum, quanta semper ardebat cupiditate amicitiae suae amplificandae, et arctioribus vinculis constrin: gendae. Neque vero erga solam S. M. vestram, Ser.mumque Dominum fratrem eius, tali fuit et est animo Ser.mus Princeps meus, sed quotquot sunt, ex R.mis et Ill.mis Do. Principibus Electoribus, lateri S. M.tis vestrae assidentibus, Caeterisque Illustribus Do: Germaniae Principibus, eos omnes testes sibi futuros, apud

M. vestra confidit, quòd non modo nunquam offenderit eorum quenquam ulla re, sed singulos etiam omnibus amicitiae officiis plerosque omnes affinitate sibi coniunctos habere studuerit. hoc ergo animo erga esse perspiciat Ser.^mum Principem meum et erga se et erga Ser.^mum Dominum fratrem suum, et erga R.^mos et Ill.^mos Dominos Germaniae Principes, qui sunt sub Imperio S. M. vestrae ita sibi persuadet Ser.^mus Princeps meus. Si quid ultro etiam donari sibi peteret a Sacra M. vestra tanto studio petenti nunquam eam in animum inducturam ut negaret. Nunc non hoc petit de suo ut det aliquid S. M. vestra: quod proprium est Ser.^mi Principis mei id ut bona eius venia tranquille possidere liceat, eam cui semel concessit M.^tas eius, id vero maiorem in modum petit, non permittat Sacra M.^tas v. quenquam alienis inhiare, suo quenquam contentum vivere cogat. Quod si quis eius se ordinis esse existimet, ad propugnandam fidem Christianam ad fines Christiani orbis propagandos is iurisiurandi atque officii sui memor, non in Christianos arma sua convertat, non Christianum sanguinem profundere, non civile bellum gerere conetur, sed cum quod sine magno animi mei dolore commemorare non possum, nimium iam progressus sit hostis Christiani nominis sempiternus, et ulterius indies progrediatur illum a Christianorum finibus arceat, contra illum magisterium suum exerceat, contra illum quod verbo profitetur id se re esse ostendat. an non ea res lachrimis omnium et commiserationi digna est cum cervicibus nostris impendere videamus potentissimum hostem: cum oculis ipsi nostris cernamus, summum in periculum et discrimen adductum esse universam Rempub: Christianam: cum tantum non vocem illius supplicem audiamus, ut depositis odiis et inimicitiis: ac sincretismo facto ad eam tuendam et deffendendam accuramus, esse nihilominus qui alienis sibi vendicandis, civile bellum excitare

et fraterno sanguine manus suas madere maluit. Id si quicunque tandem Princeps christianus conaretur, quis est qui conatum hunc eius non improbandum duceret? Nunc vero ferendum ne est id eos moliri potissimum, qui se ordinis eius Magistros profitentur, qui non ad impugnandam, sed ad propugnandam Christianam Rempub. dicitur esse constitutus? sed vetus haec semper fuit eorum consuetudo. Nam quoad in Ser.mi Domini mei terris Prussiae, hoc genus Magistri fuerunt, ita se gesserunt, ut contra infideles gladium nunquam stinxerint, sed plurimus eorum opera sanguis Christianus saepe sit profusus, huic ordini acceptum ferre debet, S. M. vestra quod nunc tanto versatur in discrimine tota Respub.ca Christiana. Nam si per hunc ordinem licuisset Ser.mi Principis mei maioribus in Christiani nominis hostes convertere vires suas, nunquam eo progressi essent, quo proh dolor progressos nunc videmus: non aeque nunc essent toti orbi Christiano formidolosi. Sed perinde se gerebat semper ordo is, ut si non ad impediendos modo Christianos quominus arcere possent infideles, verum etiam ad eos ultro bello lacessendos ad sanguinem eorum hauriendum constitutus esset. Itaque tanti non sunt terrae istae omnes Prussiae quanti earum causa labores suscepti, quanti sumptus impensi, quantae christianorum caedes factae sunt. Rogat et obsecrat Sacram M.tem vestram Ser.mus Princeps meus ut finem tandem caedium istarum, finem esse iubeat profundendi sanguinis Christiani. Nam si quis erit, qui Ill. Do: Prussiae Ducem, armis velit lacessere, intelligit M.tas vestra nequaquam licitum fore Ser.mo Principi meo, ut eum omni ope sua non adiuvet, quem duplici nomine defendere est obstrictus, cum quod subditus eius Princeps, tum quod sororis est filius. Quo quidem nomine eum ne a vestra quidem S. M. alienus esse debeat, cum

et illa attingere necessitudine videatur: aequum est ut vel huius necessitudinis causa Decretum hoc proscriptionis abrogari iubeat: neque necessarium sua armis alicui competi aut vim ei aliquam inferri patiatur. Id si promissum erit opera M.tis vestrae, adeo studet paci et tranquillitati Ser.mus Princeps meus, adeo abhorret animus eius a Christiani sanguinis profusione, ut haud aliter sit de hac illius erga se liberalitate interpretaturus quasi non vulgari aliquo a S. M. vra affectus esset beneficio. Erga quam talem se vicissim praestabit ut non aliud quam amoris et beneuolentiae cum illa certamen suscepturus, atque in eo Principatum semper sit appetiturus.

Declarauit hoc Ser.mus Princeps meus quam nihil ei vna hac re prius sit et antiquius ut omni ratione retinere posset amicitiam quae cum S. M. vestra ei summa est, in motibus istis Hungaricis in quibus qualem se gesserit, erga Ser.mum Do. fratrem M.tis vestrae, quam nullum erga eum amicis.mi hominis offitium praetermiserit, mauult M. vestra ex Ser.mo Domino fratre suo quam me commemorante cognoscere. Illud etiam atque etiam admonenda putauit S. M. vestra ut vna cum Ser.mo Do: fratre suo, cumque iis qui latus illius cingunt Rev.mis atque Ill.mis Principibus afflicto et calamitoso, summumque iam in periculum adducto Regno Hungariae omni via, ratione, consilio prospiciant: et cunctis Imperii viribus atque opibus mature succurrant. Cum enim sit hoc quasi propugnaculum quoddam et antemurale orbis totius Chri.ani, si quid actum de eo esset, si quod procul Deus omen auertat in Christianis nominis hostium potestatem peruenisset quis tandem foret qui impetum eorum ferre, quinve prohibere furorem eorum posset, quominus libere quacunque vellent in omnes Christianorum prouincias peruaderent: et in quibuscunque vellent crudelitatem suam expromerent. Insistet itaque nunc atque vrgeat S. M. vestra pro ea authoritate, qua in toto orbe Chri.ano

suma obtinet, ut fidei religionibusque dissidia tollantur, ut privatae inimicitiae deponantur, ut odia intestina restinguantur, atque in rixarum irarum contentionum locum ea quae propria Christianorum virtus esse debet, charitas succedat, ut reconciliata inter omnes gracia, firmaque pace et concordia facta, cum unum corpus, unus animus effecti fuerint, eveniet illud quod est in scripturis, ut unus persequatur mille et computetur pro decem millibus. Nam quemadmodum varietas haec et disiunctio et opinionum, et animorum magnas clades, atque incredibiles calamitates Reipub.cae Christianae invexit, ita non aliunde remedium his malis expectari potest, quam ex unitate et concordia: qua etiam parvae res crescunt ita ut discordia maximae dilabuntur.

Dedit michi praeterea in mandatis M.tas Do: mei, ut reducerem S. M. vrae in memoriam quod cum proximo superiore anno, per Nuctium ad M.tem vestram missum petitum esset ab illa, tum Ser.mi Do. Regis que Ser.mae Dominae Reginae Coniugis eius charmae nomine, ut quod Jus habet Ser.ma Do: Regina in certis Ciuitatibus Ducatus Mediolanum, de eo cognoscere M.tas vra dignaretur, quo facilius ad id Ser.ma Domina Regina peruenire posset, S. M. vra benigne polliceri, ac in aliud tempus rem differre dignata est. Rogat nunc Ser.mus Princeps meus ut diem aliquem praefiniat, ad quem cum Juribus suis aliquem mittere possit, quo tandem aliquando ad suum peruenire queat.

Absoluta legacione apud Imperatoriam et Romanorum Regiam M.tes accedet ad Principes qos fauere causę huic intellexerit atq́ in hunc modum verba faciet

Sacra M.tas Regia Poloniae: Dominus meus clementiss.mus Ill.s Do:
vrām plurimum salutem iubet, faustaq́ illi et fortunata a Deo pre:
catur omnia tanq́ affini suo charis.mo

Non est clam Ill.s Do: vestrae quemadmodum a judicio Camerae
Imperialis proscriptus est Ill.s Do: Albertus Dux Prussiae, qui
cum et Princeps Vasallus sit Ser.mi Regis mei et sororis
eius filius, quae facta est illi iniuria et contumelia eam sibi factam
S. M.tas R. interpretatur. Quare et antea cum S. Imperatoria
et Catho.ca M.te egit ea de re diligenter, ac induci postulat. hoc
proscriptionis Decretum a non suis judicibus latum: et hoc tempore
hac ipsa de causa me misit ad omnes eam et Legationes priores et
litteras Ser.mi Principis mei, non aliud responsum est ab Impera:
toria M.te quam quod in Comitia Imperialia totam causam reijceret.
Quae cum adsint hoc tempore rogat Ill. Do. vestram Ser.mus Prin:
ceps meus, ut pro eo affinitatis vinculo, quo est tam ipsi S. M. Regiae
quam Ill.i Domino Duci Prussiae coniuncta, operam suam interponere
ne grauetur, quo tandem abrogetur ista proscriptio. Si quid ali:
cui erit negocii cum Ill.i Domino Duce, quandoquidem is in
fide est Ser.mi Principis mei, ac eius solius authoritatem
agnoscit, ad M.tem Domini mei nomen deferat licebit.
Curae futurum est, ut cuiuis iuste querenti per eum satisfiat.
Caeterum si quis vi potius et armis, quam iure et iudicio cum Ill.
domino Duce experiri volet, is scire debet, non cum solo Do:
mino Duce, sed cum ipsa S. M.te Regia sibi negotium fu:
turum: cui et subditum Principem, et sororis filium deserere
nequaquam liceret. Cum itaq́ intelligat Ill.s Do: vestra

multum etiam ad Rempub: Chri.nae incommodi redundaturum si non fuerit abrogata ista proscriptio, aut si quas nonnulli minas iactant, permissa fuerit alicui potestas Prussiae terras inuadendi, etiam atque etiam rogat Ill.ma Do. vestra Ser.mus Princeps meus, vt eo loco suo sententiam dixerit, suadere velit Imperiali M.ti in Christiani nominis hostes arma conuerti iubeat, potius, quam vt in sua Christianis viscera saeuiendi occasio: nem dari permittat. Fecerit Ill.ma Do: vestra, pro Chriani Principis officio, ac M.tem Domini mei sibi plurimum deuinxerit.

Ad Ser.m dominum Ferdinandum Romanorum Hungarie et Bohemie Regem Legatio eidem Stanislao Macziciowski data

Sacra M.tas Regia, Ser.mus Princeps et Dominus meus Dominus Sigismundus Dei gra Rex Poloniae: Sacrae M.tem vestrae salutem iubet plurimum, atque a Deo illi fausta omnia et felicia precatur.

Persuadet sibi Ser.mus Princeps et Dominus meus satis se iam probasse S. M. vestrae integritatem et sinceritatem animi sui tot Legatis ad S. M.tem vestram missis, ex quibus planum illi factum est, quae acta sunt per Ser.mum Dominum meum, ea omnia optima fide acta esse, neque aliud vnquam optasse M.tem Domini mei, quam vt vestra M.tas Regno Hungariae potiretur ad Ser.mam vero Do: Reginam ea peruenirent, quae ex pacto, illi, ac filio illius Ill.mo debentur, ac quo magis declararet studium suum erga M.tem vestram. Ser.mus Princeps meus, hoc quoque renunciare fecit. S. M.ti v.

si non posset ea tam cito pactis satisfacere, dummodo se intra tempus non longum satis esse facturam caueret. Interea vero Ser.mae filiae honestis conditionibus, quas illi accipere visum esset prouideret, daturum operam M.tem Domini mei, vt omnino voti sui S. M.tas vestra compos efficeretur. quod quidem quo facilius praestari posset, viam etiam et rationem S. M.ti vrae indicauit, qua posset Buda caeterisque ciuitatibus potiri, ac Legatum suum vnum ex Regni Proceribus ad S. M.tem vram misit per quem profectum esse iam aliquid confidit, cui ei summam potestatem dederit de rebus omnibus, quod expedire visum esset statuendi. Cum itaque satis iam clara dederit documenta, egregiae voluntatis et non mediocris studii sui erga S. M.tem vestram, non dubitat quin quem animum perspexerit in se M.tis illius, eundem ipsa sit erga illam vicissim declaratura. hoc praesertim tempore quo me internunctio grauibus de rebus S. Imperatoriam et Catholicam M.tem petere decreuit.

Anni cum iam aliquot intercesserunt, cum a Judicio Camerae Imperialis proscriptus est, Ill.s Dominus Albertus Dux Prussiae, cui duplici nomine obstrictus est Ser.mus Princeps meus: quod et subditus est Princeps, et sororis est filius. Egit aliquoties Ser.mus Princeps meus et per internunctios et per litteras, tam cum Imperatoria quam cum vestra quoque Regia M.te de inducenda proscriptione hac: In Comitiorum tempus causa fuit semper reiecta, Vestra autem S. M.tas scriptis ad Ser.mum Principem meum litteris, de sua illi voluntate prolixe fuit pollicita, seque operam hac in re sua libenter interpositura recepit. Quo quidem nomine agit Ser.mus Princeps meus S. M.ti vestrae ingentes gratias, ac rogat, vt quam suam voluntatem ad M.tem eius tam liberaliter detulit, vt eam nunc ad rem conferre dignetur

dignetur: atque omni ratione Sacrae Imperatoriae et Catho.cae M.ti persuadere velit, ut sententiam hanc proscriptionis a non suis Judicibus latam rescindat. Satis iam satis Christiani sanguinis profusum est terrarum istarum Prussiae causa, quae cum ad liberos S. M. vestrae perventurae sint, quis enim est alius Ser.mi Do: mei filius, Ser.mus Dominus Sigismundus Rex Poloniae que filius Sacrae M.tis vestrae, cum sit una caro, unum corpus cum Ser.ma filia M.tis vestrae, aequum est itaque ut pro paterno suo officio providere velit, ne quid ad liberos, ne quid ad Nepotes M.tis vestrae incomodi perueniat. Ab illis enim esset fortasse restinguendum, si quod absit, aliquod fuerit in Prussiae terris incendium excitatum. Contendat itaque S. M.tas vestra pro ea authoritate qua est, atque operam suam apud Imperatoriam M.tem interponat, quo liberis suis quietem nunc, et tranquillitatem pariat, neque eos periculoso aliquo negotio implicari patiatur. Una eademque hac re cum paterno suo offitio fecerit satis, tum Ser.mum Principem meum sibi plurimum praeterea deuinxerit. Cuius M.tas petit a M.te vestra ut quibus de rebus Ser.ma Domina Bona Regina coniunx eius charis.ma, Domina mea clementis.ma Sacram M.tem vestram rogare statuit, in iis facilem illi se et benignam praebere dignetur.

Est autem haec Ser.ma Dominae meae, dominae Bonae Reginae petitio, quandoquidem cum et per nuncios et per litteras S. Imperatoriam M.tem petiisset ut cognoscere dignaretur de Iure, quod habet M.tas eius in Ducatu Mediolanum, nominatim vero in Cremonensi ciuitate et Tortonensi, M.tas Imperatoria benigne quidem semper respondit, sed cognitioni diem nullum praestituit, ut agat S. M.tas vestra cum M.te illius, quo tandem aliquando diem praefiniat, ad quem mittere suos possit Ser.ma D.na mea quid de Iure quod habet Imp: M.tem doceant. Plurimum debebit S. M. vestrae Ser.ma D.na mea si id illius opera fuerit effectum.

Legacio ad Caesarem Carolum. V. à Bona Regina Poloniae Stanislao Macziejowski data.

Principio Sacrae Caesareae et Catholicae M.tem Sacrae Regiae M.tis Poloniae nomine salutabit, faustaque et felicia omnia precabitur.

Redditis deinde fidei litteris, in recordationem responsi illius Sacrae Caes. M.tem reuocabit, quod superiori proxima legatione dedit, qua Generosus Joannes Ocieski nomine M.tis illius de negotio Status Ducatus Mediolanensis, itemque dotis quae M.ti Reginali super Cremona et Tortona debetur fungebatur, vbi pollicita est Sacra Caes. M.tas se eius postulationis ita habituram rationem, vt homines intelligant hanc consanguinitatis et affinitatis coniunctionem, quae Ser.mum dominum maritum illius contingit, plurimum pondus apud se habere. Nihilominus quod id eius generis haec postulatio esset, vt totius reip.ae Christianae commodum attingere existimetur, nec posset nisi adhibito et tempore et diligentia quidquid de ea transigi, diligentius secum expendendum et in aliud tempus reiiciendum hanc cogitationem censuit.

Persuadere quidem sibi certiss.me S. Poloniae Regina, Sacram Caesaream Catholicam M.tem ea omnia quae pollicetur esse facturam. Verum ~~quomodo~~ quando hisce diebus S. Romani Imperii hoc in loco Comitia celebrantur, tempus esse quo omnes deliberationes illius Caesareae M.tis absolui queant, noluisse illa hanc opportunitatem praetermittere, quin M.ti suae per se in memoriam deliberationis istius dilatae cogitatio reuocaretur, verita etiam, ne quod ad cuiuspiam sollicitationem hic contra iura et Priuilegia M.tis Regiae statuatur.

Roget itaq̃ Nunctius quibus poterit officiosissimis verbis vt optatum ea de re Sacræ R.lis M.ti responsum det: nec eam diutius de mente et voluntate sua suspensam esse patiatur. Tempore autem quod S. Cæsarea M.tas designare ad declarandam suam voluntatem dignabitur per Nunctium suum comparere Ser.ma Regina Poloniæ curabit.

Exponet etiam Sacræ Ces. M.ti in Ducatu S. R.lis M.tis Barensi Regni Neapolitani, non paruo, subditos homines illius premi alienæ seruitutis onere. Dum enim Mercatorum Barensium aliorumue cum his cõmercia exercentium. Celoces conductitiæ vltro citroq̃ cõmercii causa trajiciuntur, a Magistro generali Portulano, eiusq̃ officialibus intercipiuntur, ad onerandas Celoces sale M.tis Cæsareæ nautas adigentibus, nec eo quo nauigationem instituerunt contendere permittentibus. Quæ res non mediocri damno et fraudi est mercatoribus M.tis illius Reginalis, mercimoniorum oportunitatem ista mora ãmittentibus. Hoc idem fieri quoq̃ dicat in portu qui Juniniaso vocatur, non illo quidem R.lis M.tis proprio, sed cuius vectigalia ab illa redempta et conducta sunt, a quo dum celoces eædem adactæ salis vehendi iniuria auertuntur, plurimum cõmoda vectigalium imminui sũmo illius damno constat. Roget itaq̃ et supplicet Nunctius S. Cæs. et Catholica M.tem vt ne R.lis M.tis subditos, illamq̃ per illos isto damno et seruitute affectos esse patiatur.

Roget etiam ne subditi et vasalli M.tis illius Ducatus Barensis ad portus alienos publice custodiendos, et ad excubias in continenti fieri solitas, a non suis Dominis, quod sæpe fit adigantur: sed sua duntaxat loca suumq̃ portum custodire satis illis esse permittatur, ne Cæsarea M.tas R.lem M.tem in eo constitutam, loco et dignitate dignam existimet, cuius subditi aliena potentia et imperio opprimantur.

Fit etiam saepe ut stipendiarii milites Caes: M.tis vel milita:
tum per Barensem Ducatum et Principatum Rossani euntes
vel militari iuramento soluti redeuntes longo tempore in
possessionibus illius M.tis cōmorati commeatum sibi exigant
et rapiant. Orabit itaque ut Caesarea M.tas hoc fieri
prohibeat, ne ultra unam noctem in possessionibus, et ditio:
nibus R.lis M.tis milites quocunque ordine censeantur,
seu sint velites, seu gravioris armaturae pedites sive ma:
nendi sibi ius usurpent. Quae ut mandato et diplomatibus
Caesareae M.tis ad Proregem Neapolitanum datis caveantur
orator diligenter curabit impetrare.

In sūma Caes. M.tem rogabit ut aliam habere rationem
Ser.mae Poloniae Reginae eiusque subditorum quam aliorum
Imperio subiectorum Principum, suosque officiales iubeat.

Hac absoluta Legatione apud Caes: M.tem adibit etiam Nuctius
Mag.cos Franciscum de Cowos, Sacrae Caesareae M.tis primarium
Secretarium, et Do. Nicolaum Pernotum de Granuela eiusdem M.tis
magnum Procancellarium, quibus nomine R.lis M.tis officiose
salute dicta diligenter eam postulationem eiusdem R.lis
M.tis eis cōmendabit, rogans ut autBor.tem suam quoque
interponant, Caesareamque M.tem cohortari velint ut petiti:
onibus Ser.mae Reginae Poloniae locum benigne dare digne:
tur. Quod si utrumlibet istorum in Aula non esse conti:
gerit, litteras fidei apud se Orator detinebit. Apud alterum
vero nihilominus id quod postulamus aget, contendetque
diligenter, ut responsum Caesareae M.tis litteris aliisque
munimentis cōmendetur. De omnibus ut scripto respondeatur
Sacrae R.li M.ti instanti.

Imperator Thurcorum Regi Stephano tocius ambitus Hungarie

Visis litteris istis notum sit nos intellexisse quod hostes sub Budam venissent, et vellent eam capere, ac pro seipsis obtinere. Domini vero Hungari noluerunt contra illos hostes stare, sed silentio eos exceperunt, immo etiam nonnulli dominorum adhaeserunt, auxiliumque eis praestiterunt quemadmodum nobis relatum est. Regnum Hungariae ex Dei clementia nostrae M.tis Caesareae est, et domini Barones eiusdem Regni potiores servitores nostri sunt. Itaque misimus pro defensione illarum partium aliquos Sandiacos cum nonnullis millibus hominum terra et per Danubium. Vobis igitur universis Dominis Regni Hungariae mandamus ut quotquot estis, insimul conveniatis, et unanimiter cum Sandiacis ac copiis nostris, hostes ab Arcibus repellatis, plebem in Regno vestro communi consilio, hosti premere aut affligere non sinatis alienigenam quempiam in Regnum nullum asciscatis, sed illud Regnum, sicuti hactenus, ita deinceps vos metipsi soli possideatis, et omni conatu vestro in unanimitatem deveniatis et Regno potiamini. Nam nobis ingens cura est de defensione Regni et vestra permansione. Vos quoque visa hac nostra clementia sitis unanimes et concordes, ut Regnum manu teneatis, sicut decet et convenit. Nam si domini Hungari huius voluntatis et praesentibus mandatis nostris hac vice obedientes non erunt aut satis non facient, sed hosti adhaerebunt, nunquam erit posthac apud M.tem nostram gratiae ullus locus. Nosque cum omni exercitu nostro ad illas partes movebimus, cuius magnitudine terra premetur ac caelum conturbabitur. In illos qui mandata nostra praesentia obaudiunt, adeo graviter animadvertemus,

quod in perpetuum aliis exemplo fient. Vos autem domini Hungari admoneatis et hortemini reliquos Dominos Regni Hungariae, ne aequitatem et fidelitatem erga nos e manu proiiciant sed sint sinceri et fideles animo et ore erga M.tem nostram. Qui si fient, nos quemadmodum hactenus ex Dei benignitate eos omni gracia prosequemur. Adrinopoli in mense Saaban Anno 947.

Interpretacio litterarum Caesareae M.tis 1540 per Marconem allatarum feria quinta ante Nativitatem domini

Dominis Regni Hungariae, Petro Petrowith Comiti Themesiensi et fratri Georgio thesaurario. Manifestum sit vobis, qualiter miseratis ad foelicem portam M.tis nostrae, per Marconem vestras litteras Ferdinandum Regem Germanum velle cum equitibus et peditibus ac bombardis, ad expugnandas Arces Budam venire, et nunc Strigonium itinere a Buda unius diei appulisse.

Maylatum et Balassa Voinodas cum tota eorum ditione ad Ferdinandum defecisse, in quos ut animadvertant mandavimus. A M.te autem nostra implorastis auxilium. DEI voluntate Regnum Hungariae, est Regnum gladio nostro acquisitum, quod nos ex eadem voluntate Dei, filio Ser.mi Regis Joannis, Stephano contulimus, neque hoc in posterum mutabimus. Regnicolaeque illius Regni Tributarii. Magnates vero potiores, servitores nostri sunt. Regnum autem illud incommoditatem aut afflictionem ullam ex nostra voluntate non pacietur.

Itaque ex voluntate divina commissum Sandiaco Budonicum, ut una cum Sandiaco Giwna, Zophia Viz, Cieinen,

Kirkliz, et Spahis earum prouinciarum et exercitu ad
illas partes, et in Transyluaniae Regnum cum homine nostro si:
mulent, et in Regno quod nostrum est maneat saluum, infideles
vero puniat. Sandiacis autem Samandriae, Mechmetbek,
ex Dei voluntate cum Sandiacis Romaniae, Constantini, Crassow,
Prizmiy, Vuciterzon et Bosnam Sandiaci exercitu toto, terra
aliquot millibus hominum, per Danubium autem classibus aliquot
centum nauium numero, quo citius fieri potest, ad vos acceleret, et
in auxilium citissime veniat.

Vobisque mandamus, quemadmodum Sandiako nostro Saman:
driae, et reliquis aliis Officialibus mandauimus, vt omnibus
nationibus contra hostes sitis, neque sinatis in illo Regno Arci
cuipiam vel Regnicolis periculum euenire, atque huic mandato
nostro omni conatu satisfacere debeatis.

Ferdinandi Orator Vaiuodzicz ad nos venerat, cui toto eo
tempore responsum non est datum. Si Ferdinandus a
suo cepto non destiterit, nos in persona nostra cum exerci:
tu Natoliae Romaniae, ac foelici Porta nostra, et Janize:
ris nostris prodibimus, quas copias caelum et terra non le:
uiter sustinet et ex Dei voluntate expeditionem nostram
contra eum futuro vere mouebimus. quo tempore, si Deus
nos adiuuabit, non solum varias, sed laetas quoque et
cupitas mutationes in hostes videbitis.

Vos interim, vt de omnibus nouis rebus, minimis ac
maximis frequentissime et citissime nos certiores effi:
ciatis mandamus. Datum Constantinopoli anno 947
Mense Rezep.

Ioannes Castellanus Cracoviensis Comes in Tharnow

SAcra et Ser.ma Regualis M.tas domina, domina clemen.ma
Diligentissime commendata addictissima seruitute mea.
Puto S. M.ti vestrae non esse iam obscura, quae nuper a Vinnicen
et Braczlauien seditiosa multitudine acciderunt Duci Prunscen,
ac non tam illi quidem q3 Sacris M.tibus vestris, inprimis ve-
ro S. M.ti vestrae quae virum commendauerat, vt in illis locis
collocaretur, feceratq3 id merito, quanquam enim hominem non
norim tamen multi viri boni, et virtutem eius et vigilantiam
in rebus gerendis, reiq3 militaris scientiam apud me laudare
consueuerunt, facileq3 existimo M.tem vestram, S. M.tem Re-
giam cohortatura esse, ne tam nefarium et tam audax facinus
inultum esse velit. Nam praeter quam quod sit hoc nomi-
ne M.tum vestrarum vehementer laesa dignitas, habet etiam
res maximam partem pessimi argumenti et exempli, ac nisi
magna cum seueritate punirentur isti, verendum esset, ne idem
Camieniecz Chmielnik Bar et caeteris finitimis tam Regni
quam Lithuaniae ducatus M.tum vestrarum Arcibus deni-
ceps eueniat. Sequitur enim vulgus lubens exempla, ple-
rumq3 vero quae est temporum nostrorum ratio turpissima. Ad-
miserunt antea eiusmodi scelus kanioviensi, quos quoniam
temeritatis suae non exoluerant poenas, nunc isti sunt
imitati. Capitaneum et Arcem oppugnauerant, aliam vi occu-
parunt, collocauerunt in ea quem videbant praefectum.
Est itaq3 prouidendum vt atrociter mulctentur, et S. sua M.tas
statuat in illis exemplum caeteris. Neq3 vero solum authores
facti in crimen vocari debent, s3 quorum consiliis in eo vsi

sint. hos simili supplitio affici aequum est. Eodem enim modo dignitas M.tatis vestrae ab his, quo et illis est laesa. Quare diligenter tempore conquirendi consultores essent, sed quanquam ad coercendos illos magna severitate opus erit, tamen rem agi caute, et quasi veniam errato deferri oportebit, ne si subito id fiat illi desperatis rebus Arcem comburant, vel Moldauis eam dedant, ipsi in Moldauiam aut ad Turcum profugiant. quod si fecerint, qui omnium locorum transitus Regni et Ducatus Lithuaniae norunt, plus nobis nocere poterint, quam vel ipsi communes nostri hostes.

Quod de aliquo viro graui S. M.tas vestra scribit, vt si quis exercitus erit qui ordinem ducat, et in Bararee S. M.tis vrae collocetur faciam libentissime. sed S. M.tas vestra Capitaneo suo mandare dignetur, vt apud subditos vestrae M.tis militibus liceat aere suo comeatum quaerere. Cuis enim penuria se illic sustentare commode non possunt et equos plurimos ammittunt. Commendo me, meaque humillima seruitia clementiae S. M.tis vestrae plurimum, et cupio eam diutissime feliciss.meque incolumem esse. Datum in Vinniorka XIX Marcii Anno dni M° D° XL I°.

Ex Epistola Petri Gamrati Archiepi ad Reginam

Mercatores Itali ex Constantinopoli Cracouiam venientes referunt Dominum Hieronimum Laski Palatinum Syradiensem Legationem a Rege Ferdinando apud Turcum obeuntem in maximo illic fuisse periculo. Etenim decretum erat seruitores eius omnes in Galeam dari, et cum ipsum dominum Laski truncato naso praecisis ~~naribus~~ auribus, et dextera amputata remitti ad Ferdinandum Regem. Hoc cum rescivit Antonius

Rinkon Orator Regis Galliae, grauissime erat cōmotus, quod Orator pati haec deberet, qui inter gentium securus ac incolumis vbiqz esse deberet. Et quod in vno nunc fieret id ipse de se in posterum metueret, voluitqz munus Legationis relinquere, et abire ex Curia Turci ad Dominum suum, si hoc fieret quod in Do. Laski decretum erat. Et quia Rincon est in magna reputatione apud Turcos: custoditurqz a Turcis amicitia Galli donatus est dominus Laski domino Rinkoni, sed hac lege vt nusquam ex Turcia discedat, donec fuerit voluntas Turci. Et ita Dominus Laski est sub custodia, sed iam tamen visitat Rinconem, aliquando etiam visitat Bassas.

PEtrus Voieuoda Valachiae profugus, et per Turcum e Valachia eiectus rediit in Valachiam, non plus quam 200 equitibus comitatus, quos ex colluuie Valachorum, Tartarorum, Grecorum collegerat. Duos tantum habebat secum Turcos cum Soczauam ingressus est, permissu Praefecti, seu Dwornik inferioris Valachiae. Alexander vero iuuenis, Palatinus Valachiae cum primoribus Valachiae erat in armis ~~in armis~~: Erant enim ad XV millia hominum. Sed postquam intellexit istum Dwornik venire cum maioribus copiis in auxilium Petro, fugit ipse, et alii primores in Transiluaniam, et Petrus ipse interim introiuit Soczawam caput ac sedem Valachiae. Populus Valachicus multum est de reditu Petri contentus, eo quod turbabatur illos ab iniuriis optimatum, ac Dominorum suorum, et ita illi deserentes Dominos suos currunt libenter ad ipsum Petrum priorem Voieuodam suum.

Ex alterius Epistola

PEtrus ille profugus et eiectus Palatinus Valachiæ, ad 22 Februarii cum Turcicis et Tartaricis copiis Soczawam ingressus Woiwodatum amissum recuperauit: Deficiunt ad eum promiscua multitudine et primores Consiliarios, ac magistratus ei tradunt, qui in vinculis asseruantur, cæteri qui potuerunt effugere, cum Alexandro qui nuper factus erat Palatinus in Transiluania profugerunt. Vala: chi enim cum Stephanum Palatinum a Turcarum Imperatore Petro expulso sibi impositum publice trucidassent, eo quod nimium Turcis studeret, illum quem dico Alexandrum sibi Palatinum creauerant qui iam rursus e Voyeuodatu eiectus est, Vix autem quiescet inquietum illud et violentum Petri ingenium, Turcicis et Tartaricis auxiliis fretum, ab inuadendis nobis belloque lacessendis, quibus ille hostis semper fuit.

Ut planius res intelligatur. Post eiectum fugatumque per Turcum, Petrum Ion Voiuodam Valachiæ ex Valachia, institutus illic erat per eundem Turcum nouus Vayda Stephanus, Valachus genere Bohdani olim Voydæ filius. Is eo quod esset in Curia Turci educatus, Turcoque nimium studeret, magnamque partem Soli Valachici Turcis concessisset publice a Valachis necatus fuit, quo sic truci: dato Valachi alium sibi ipsis Palatinum Alexandrum nomine constituerunt. Hunc Alexandrum: quia ignauus erat et plebem a Potentioribus non tuebatur populus spreuit, et Petro priori Voidæ adhæsit: eo quod illos ab iniuria Nobilium optimatum defendebat: Sic Alexander proditio: nem metuens ex Valachia fugit: plebs vero Primores ac Dominos suos Petro tradidit.

Petrus Gamratus Archiepus
Bone Regine Polonie

Sublolfeci Sacra M.tas R.lis curfitare [illegible] quarto aliqua etiam cum vno seruitore dominum Andream de Gorca Castellanum Posnaniensem: et fuisse tecum congressum cum Friderico Duce Legnicensi, secretissime: et deinde ad Ducem Prussie iuisse iturumque dicunt ex Prussia ad M.tes vras Vilnam. | Dns Stanislaus Dzialinski Theloneator Posnaniensis secreto michi dixit, secreto se ex [illegible] cognouisse, quod cuderent matrimonium Ser.me Dne Isabellae Reginae Vngariae filiae M.tis vestrae Ser.mae pro Cesarea M.te quod vtinam fiat fauorem ego M.ti suae non Caesarem modo, sed si aliquis Deus esset terrestris, qui indiget vxore, fauorem M.tem suam illi, Sed hoc videtur michi non ex ratione. Si enim Caesar vellet, haberet alios per quos ageret quam Ducem Legnicensem aut Prussiae quorum vtrisque et Caesar et Ferdinandus non bene affecti sunt propter haeresim Lutheranam.

Quod si vero matrimonium hoc cum Caesare non succederet, tunc dicunt eos cudere, vt R.lem M.tem Hungariae filius Regis Ferdinandi recipiat in matrimonium. et hoc non esset malum pro vicinia et amicitia mutua conseruanda. Sed pro filio Infante M.tis suae R.lis, nescio an bonum esset, a quo vti arbitror Turcus Regnum Hungariae auferret. Insuper M.tas R.lis Hungariae est in ipso flore iuuentutis et apta matrimonio, filius vero Ferdinandi puer est.

Haec vt accepi manu mea significare volui M.ti vrae, quae nemo scit ex me preter dominum Joannem de Tarnow Castellanum Cracoviensem cui hoc secreto communicaui. Sed easdem quas ego puero rationes opponit, in Caesarem itemus manibus pedibusque.

Si ea vis

Si ea res ad Sacram M.tem vestram, ac ad Ser.mos Reges nostros Patrem ac filiosque referetur, scient quid acturae sunt M.tes vestrae, et quid filiae suae faciendum consulendumque censeant. Sed si haec falsa sunt, non careret cursitatio haec domini Castell. Posnaniensis mysterio. Et curandum esset M.tibus vestris ut sciant quid earum subditi negotii habeant, ac practicent cum hominibus externis. Valeat S. M. vestra.

Intrepretatio praecedentium.

Non matrimonium, sed rebellio, bellumque per Lutheranos Imperii Fantasticos Principes, et per civitates Imperii, in Caesarem Catholicum Carolum quintum eorum Dominum, uti re ipsa postea compertum est practicabatur. Ad quod bellum cuncti fere Principes Imperii, Rex etiam Daniae, Dux Prussiae, Duces Pomeraniae, Duces Slesiae, Vratislaviensis, Bohemi coniuraverant auxiliaque tulerant, preter Duces Bavariae, preter Ducem Mauricium qui cum Caesare stetit, et preter Joachimum Marchionem Brandenburgensem qui partim consilio Sigismundi Regis Poloniae adductus, partim inopia pecuniae oppressus (multis debitis involutus is erat) huic bello sese non intermiscuit, sed neutralis permansit. Dux Prussiae, opera domini Castellani Posnaniensis Lutrani, mille equites auxiliares in maiore Polonia scribere, et eosdem Ductore Kaczkowski, qui est Lutranus, et Momot vocatur, et pessime loquens ob linguam impeditam, de fide semper disputabat, mittere Lutranis in subsidium parabat, sed re ad Regem nunctiata ne id fieret per Regem prohibitus erat. Ille tamen nihilominus admonitus desistere a proposito noluit, sed pecuniam ad Lutheranos misit. Quod ita factum esse Caesar, debellatis rebellibus Lutheranis capto Saxoniae bellique Duce, comprehensis eorum Notariis evolutis eorum Cancellariis, capsisque Litterariis, litteras Coniuratorum et conspirationes invenit. Prima enim cura Caesari erat Coniurationes ac litteras in Cancellariis quaerere, ut coniuratos in se non dubitanter sciret. Reliqua Notarii ac scribae verbis exposuerunt.

Petrus Gamratus Archiepus Gnesnen et Epus Cracovien Bone Regine Polonie

Servitutem meam humilem et addictissimam vestrae M.ti in primis summisse defero. Cum mitterem ad M.tes vestras dominum Abbatem Mogilen. alia plura illi in mandatis dedi, sed ea quae secretiora putavi, manu mea M.ti vestrae perscribere volui. Non ita pridem in Lubaczow convenerunt domini Castellanus et Palatinus Cracovien et Palatinus Podoliae erat cum eis. ibi amicitiam inter se magnis ut audio firmarunt vinculis nam ego eos antea dissidentes quasi in graciam ne quid turbarum excitatum fuisset sub absentia M.tum vrarum reduxeram, sed ibi nihil erat, nisi quod manus iunxerant, turbas et motus sub absentia M.tum vestrarum non cierent quod utrique bonam graciam vestrarum M.tum non pareret. hec tota summa rei erat.

Aderant domini Marsalcus Curiae et Castellanus Biecen ac Sandecen, tum Regni Thesaurarius. de ea sua concordia et amicitia inita, utrique illorum mox ad me perscripsit quasi eam coniunctionem suam multam mihi attribuens, et me observare pollicens, ut ex illorum litteris, quas vrae M.ti vidilas mitto intelligere dignabitur, quas rursus remitti mihi per M.tem vestram, si ita illi videbitur, rogo, vel ibi igni tradi. Ea istorum duorum coniunctio, nihil me moveret, nam certe non diuturnam puto, ut solus dominus Pallatinus in suis nonnihil alludit. Verum hoc me nonnihil permovet, quod post eam concordiam factus sit dominus Palatinus Cracovien multo

durior et audacior adversus Cracoviensem Senatum cum officio suo, vultque subdere sibi eos et merum ac mixtum Imperium in illos gerere, quod Sacra M.tas Regia facere non solet, ubi Iudici illorum iura deberent.
Nuper Vicecapitaneus misit in domum Vaczlawek officium Castrum et Jurisditionem exercebat. Testudinem clausam repercutiens, et seros violando. Cum ad eum misissent Consules Nottarium et Capitaneum suum civilem expostulantes quod illis vim faciat, in illorum se Jurisditionem intrudat, quod illis nequaquam esset tollerandum, cum Privilegia habeant, in illisque per Sacram M.tem Regiam conservantur non libenter viderent ab eo qui nullam in eos habeat Jurisditionem, Jura sibi violari cum a domino suo supremo, cui solius Cracovia Jurisditioni subest, talia non patiantur. Respondit eis Vicecapitaneus durissime, se fecisse ex mandato sui domini, deinceps que maiora facturum, et eos iudicaturum, ac Jurisditionem omnem in eos exhibiturum, et qui rebelles essent, in illis se vindicaturum. Unus servitor Castrum perfusus est in domo illa Vaczlawek, sed quando domini Consules ibunt in solenni festo, in selectissima veste, perfundentur et fuste verberabuntur, dicunt se nolle tollerare, quid facere volunt, bellare cum domino Palatino, vel meum cum illius locum tenente, Nesciunt quam potens est dominus Palatinus apud Nobilitatem, que tota eum sequitur. Si confidunt in Campanili quo violentia compulsatur, sciant dominum Palatinum habere suos Consules, et tota plebs ac Communitas certo sciant, non Consules sequeretur, sed dominum Palatinum et cum Consulibus hoc quod dominus Palatinus vellet, facerent, et multa alia erant acerbe dicta. Consules audito nunctio isto mox miserunt Morstyn ad me cum lachrimis petens consilium, ex Morstyn cognovi hoc et alia, quae probare non possum, retulit enim mihi cursitare per Civitatem illum Nicolaum Baranowski seditiones excitantem contra Consulatum et irritantem animos plebis.
Ego hoc consilium illis dedi, quia volebant mox ad vestras M.tes

mittere aliquos Consules ex se super istis, ut parum supersede-
rent. Dominus Palatinus futurus certo dicitur hic post diem
crastinum et hodie venturus est in Visnicze, ut primum coram illo
de tam insigni iniuria quaerantur. forte ille negaret sua vo-
luntate factum esse. petant iustitiam, ut castigaret vicecapita-
neum, ego etiam cum eo libere loquar, quod talia illum, praeser-
tim in absentia Ser.morum Principum facere non licet, et osten-
dam illi ad quod discrimen Ciuitatem Regiam Regni caput
conijcere posset ubi corona, Regales liberi pignus parentum
charis.mum asseruantur, et alia quae ad rem videbuntur.
Si facit, bene, magna molestia liberabimus Ser.mos Prin-
cipes nostros, sin minus, et perstare volet in sua sententia
mittendum tunc erit et rogandum, ut Ser.mi Principes Ciuitati
suae prospiciant. Et ita eos absolui. Suntqz meum sequuti consi-
lium, venit postea ad me Vaczlauek, nomine suo, et domini
Josti is mirabilia mihi aperuit, quomodo omnia ad seditio-
nem et turbas spectant, et quomodo nonnulli Consules sunt
palam in partibus domini Palatini, eum ut dominum, et aliquid
magis recognoscere, et nominauit Petrum Daniel, Petrum Docto-
rem, Hieronimum Spyczinski, Barthosz qui eum reliquerat
etiam denuo ad eum trahi, Francz bank et alios duos
quos nuper creauit exciderunt memoria, et seminari in-
ter populum non diu viuere utrumqz Regem, ut essetis fideles
domino Palatino et Ciuitatem pro eo seruaretis. Et se dixit
induci per Janusz, ac istum Nicolaum miris modis pollicen
montes et maria, ut etiam sequeretur eum, dicen faciam te
perpetuum Proconsulem istius Ciuitatis, quia singularem tuam
prudentiam agnosco. Egi ego domino Josto et Vaczlauek
gracias quod ea aperiunt, quae in detrimentum M.tum ve-
strarum vident. Haec ut accepi vestrae M.ti dominae et bene-
factrici meae significare volui ut ipsa cum Ser.mo coniuge
et filio super istis consulant. ego nescio quid isti cogitant

qui breuem vitam fauent et praedicant Principum nostrorum, sed solos Daemon perdet prius et perpetuo possidebit. Ego si ista aperte aliunde vestrae M.tes non possent assequi, censerem admittendum Vaczlauek, vt se in istam ibi conspirationem det et intromittat et expiscetur et intelligat omnia quae sibi ista volunt. Cum praesertim adeo diligenter quaeritur et trahitur ad istas partes et singula ipse vestris M.tibus proderet, ita prudentes homines facere solent, vt ars arte deciperetur. Et ex me solo loquutus sum cum Vaczlauek, si res mei esset arbitrii, sic illum facere rogarem, sed in eo sine scitu et voluntate Principum nihil faciendum est. Deliberent proinde M.tes vestrae quid illis fieri cautius et melius videatur. Hoc etiam dixit Vaczlauek plurimos ex plebe esse in partibus Palatini. Retulit etiam obiisse Stanislaw Rostrzigacz, et Czimerman, qui erant toti domini Palatini, et quod illo summo mane etiam ante diem, quando erat Pretwicz vulneratus, apertae erant tres Ciuitatis portae, vt percussores illi profugere libere potuissent. haecque facta fuisse ex condicto, quod pro compertissimo retulit et si opus esset probaret.

Haec omnia volui scire M.tem vestram rogo humiliter sint secreta, quia ego vt debeo vestrae M.ti scribo et vbi opus esset et vitam et facultates meas paratus ero ponere pro M.tibus vestris. Esset certe consultum tum ob hoc, tum ob multa alia vt M.tes vestrae appararent reditum in Regnum, et ad maximum futuro autumno redeant, ad hoc enim tempus Ducatum illum in bono ordine poterunt constituere. Me summae graciae et clementiae vestrae M.tis comendo, pro illiusque longaeua incolumitate et foelici Imperio dominum Deum precor Cracouiae XXiii Aprilis. M° D° Xl.1°.

Petrus Gamratus Archiepus Gnesnen
Bone Regine Polonie

Subiectissima servitutem cum humili oratione commendatione. Altero postquam scripsi de Conarski et Sborowski die, venerat ad me utergz Sborowski, et cum illis Martianus Chelmski ibi dum nonnulla sua mecum tractarent negotia, incipierentqz meo se commendare patrocinio. Ego respondi illis, si recta velletis pergere via, facile esset vos iuuare et tutari, sed istis rationibus vestris sibiipsis obestis plus, nec est quisquam qui eum iuuare posset, qui solus causam non modo prebet, verumetiam querit se deprimendi. Neminem vos accusetis domine Pocillator quam seipsum, qui adeo Principem seniorem graciosum habuisti ut vix ex subditis quispiam magis. Quali gratitudine illius clementiam et beneficentiam mereri contendebas nemo est qui ignoret, et qui laudaret facta tua, nisi qui te perditum cuperet iri. At ille. Quid est amore Dei, quid feci vel facio, et his similia. Ego respondi ei, Si te nescire simulas ego dicam tibi, nam triplici hoc teneor facere causa. Et quia sum Regni Primas, item quia persona spiritualis teneor errantem admonere, et item, quia te mihi commendas, teneor tibi sanum consilium dare. Nunquid parum tibi videntur hae turbae, quae istis preteritis temporibus te antesignano in Regno fuere. Conuentuum publicorum dissolutiones, apud Leopolim tantae seditiones, et conspirationes, ut nisi Deus miraculose vestros conatus inuertisset, et sua diuina clementia statum Regni conseruasset, potuisset Respub.ca ad ultimum perduci interitum.

Quid item ea causa et negotium quod habes cum Pretwicz mira de his et aliis similibus perferuntur ad Principes, et multa ac varia multi predicant. Nunc item nonne ea omnia confirmas actu presenti, quod sub absentia Ser.morum Principum nostrorum misceas ibi multa in Polonia maiori, turbas cies. Conuenticula facis, multos conuocando, cum eis tractando, et Consiliariis Regiis in vitam cominationes faciendo, et vt referunt palam hostilitatem denunciando, existens insuper fide Regia obligatus iamque, satis si sentis et sapis, captus et ligatus. Ille ad hec. De preteritis turbis video, quod omnia aliorum facta et acta, ego solus porto, sed verum mihi persuadet et dicit vestra R.tas, non ero adeo stultus vt fui sed patefiet, quia aliorum erat hoc opus, me subordinarunt, et soli premia tulerunt, ego autem patior. et alia multum modeste dixit. Dixi ei, Purga te, et prode eos qui fuerunt authores. Respondit, certo se facturum, de Pretwicz vero se luce clarius purgaturum. Quid autem nunc faceret, vel cui hostilitatem denunciaret se nescire. Ego dixi ei, de Conarski qualiter sit questus mihi et domino Castellano Cracouiensi. et litteras item quales ad me scripsit, vt iam vestra M.tas negotium intellexit ex litteris Conarski et meis prioribus scriptis et palam ei feci vt res ad me fuit delata. Negauit se de hoc scire, immo dixit nunquam eum probare posse, vel minime a me esse lesum. Si ei denunciaui hostilitatem quo modo facere debui, solus eum non vidi, per consequens nihil sum secus loquutus. Si quis retulit ei dicat michi illum, nemo hoc fatebitur, nam nemo a me audiuit, neque vnquam aliquem hominem misi post eum, dum per Odalanow iret. Si quis fuit earo nominet eum, sed iste sunt fabule videt me esse apud Principes in mala gracia et ita vellet rem suam meo malo vt alii faciunt iuuare, immo R.me Domine, quando perspexi ista, quod me ita false traducit

et queritur de me, misi ad eum tres insignes Nobiles cum hoc nuncio. Domine Georgi audio te queri de me, et forte et Ser.mis Principibus me detulisti, tanquam ego conspirarem in necem tuam vel tibi hostilitatem denunciare deberem. ego de hoc nihil scio, tu mihi nil mali fecisti. habui te pro amico et affine, rogo te significes mihi vnde haec habes, quia neminem credo futurum qui hoc fateretur, eum a me nihil audierit neque ego scio quidquam de istis fraschis. Si autem non voles mihi dare eum, qui ad te talia detulit, vel vnde hoc scis non potero nisi credere quod tu solus tibi talia excogitasti et confinxisti vt me apud Principes meos et Regni Senatores minus iuste traduceres et malam mihi opinionem faceres. Ille respondit per eosdem Nobiles, non quaeror ego quicquam de domino Pocillatore, quia non est causa legittima, sed vellem ego conuenire cum domino Sborowski, et solus ei dicam nonnihil quod intellexi a quopiam de eius in me non recto animo. Sed etiam ego non credo, vt quid mali mihi moliri deberet D. Sborowski mihi prius non denunciatum. Et hoc totum ait Sborowski se rei cum Conarski habuisse. Fuerunt plura citro vltroque dicta ~~verum~~ etiam et video si est verum quod ob loquitur penitere eum factorum suorum. Ego miratus sum quis illorum verum vel falsum dicat scripsi iterum haec omnia ad Conarski et quomodo sum loquutus cum Sborowski admonens eum vt se intra fines contineret suos et qualiter mihi respondit et adieci, nescio quis vestrum verius dicat vel scribat.

Haec M.ti vestrae vt res se habuit volui perscribere. Sborowski ego data opera admonui et serio, vt si quid mali cogitasset deponeret animum, sciens habere M.tes vestras hic eos qui et M.tum vestrarum et Reipub.cae hic negotia et bonum custodiunt. Et egit mihi vna cum fratre magnas gracias pro ea admonitione.

Nouarum rerum fere nihil habemus, quod nuper allatum est ex aula Romanorum Regis. Mitto M.ti vestrae, quamuis ego istis Germanicis nouitatibus parum fidei dare soleo, puto hoc idem scriptum et missum dominum Castellanum Biecen. Bonerum, si quid noui presentiemus non negligam ut M.tas vestra sciret, sed ut prioribus scripsi in omnem euentum, bonum esset citissimum Nunctium ad Imperatorem Turcarum mittere, comendandam salutem et dignitatem sibi Ser.mae filiae M.tis vrae et Nepotis, presertim cum adeo potens eius exercitus vadit, ut ille eis inhiberet si Buda potirentur, haberent comendatam dignitatem et salutem Ser.mae Reginae et eius filii ac suorum, tum et facultatum M.tis eius, hoc idemque iterum atque iterum ad Romanorum Regem faciendum censerem.

Accidit heri noua quaestio inter Consulatum Cracouien. et maxime inter Barthosz et Vaczlawek partes contrarias nam Barthosz redit in gratiam cum parte aduersa, accidit autem super negotio domini Ruffarii, sed interuenit quiddam tale a Petro Daniele et Barthosz, quod credo prodest M.tibus vestris voluntates eorum. Sed de hoc cum consulemus cum dominis Castellanis Gnesnen et Biecen. et latius negotium cognoscam M.ti vestrae perscribere non negligam. Comendo meam humilem seruitutem graciae et clementiae M.tis vestrae quam, ut dominus Deus vna cum Ser.mis Coniuge et filio Regibus, ac tota Regia domo seruet in longum felicissimam precor. Cracouiae die XXII.a Junii. M.o D.XLI.o

685

Ferdinandus divina fauente clementia Rom: Rex semper Augustus ac Germaniæ Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ Sclauoniæ etc. Rex infans Hispaniarum Archidux Austriæ Dux Burgundiæ etc. Marchio Moraviæ. Comes Tirolis etc.

Ser.mo Principi domino Sigismundo etc. fratri et affini nostro char.mo. Salutem ac mutui fraterni amoris continuum incrementum, Ser.me Princeps frater etc.

Cum spectabilem et Mag.cum Andream Comitem a Gorka Castellanum Posnaniensem et maioris Poloniæ generalem Capitaneum Ser.tis vestræ Senatorem et Oratorem ad nos superioribus diebus destinatum audiuissemus, ab eo sane propensum Ser.tis vestræ animum voluntatemque intellexmus ut si nos totius Regni nostri Hungariæ pacifica possessionem iuxta initos cum Ser.mo quondam Joanne Rege Hungariæ pacis Tractatus sine negotio armorumque strepitu assequeremur et ob id Ser.tem vestram eidem Oratori suo in mandatis dedisse agendi, consulendi, et mandandi etiam Ser.mæ Reginæ Isabellæ filiæ suæ, ut bonestis conditionibus et mediis super eorum præstatione quæ eidem et filio ipsius iuxta dictos Tractatus præstari deberent, Budam et Regni possessionem nobis cederet, quam quidem Ser.tis vestræ propensam voluntatem, pro eo atque debuimus ab eadem Ser.te vestra pergrato plane et fraterno animo accepimus, neque sane aliud, tum pro nostra mutua sanguinis coniunctione necessitudineque tum pro optimo multiplicique iure nostro nobis ad dictum Regem competenti expectare potuimus, aut debuimus,

persuasum itaqz habeamus negotium hoc medio Ser.tis vestrae Oris
pro authoritate et prudentia sua, sine ulteriori armorum strepitu
iam tandem confectum iri, quam enim nos semper erga filiam
Ser.tis vestrae Reginam Isabellam perbenigne affecti ac ad ami:
cabilem compositionem propensi et inclinati fuerimus id Ser.ti
vestrae ex his quae iam prius, tum per Nuncios et oratores,
tum litteras nostras eidem significata sunt, non obscure liquere
potest, quippe qui Ius nostrum pace et concordia semper magis
quam bello assequi optaverimus. Quamobrem libenter
permiseramus, ut Ser.tis vestrae Orator ad Reginam Isabellam
in Hungariam proficisceretur, quo ab ea de animo, et voluntate
ipsius edoceretur. Sed cum ad nos rediens nihil solidi nec
tale quidqz attulisset, unde inter nos honesta compositio, et
concordia coire potuisset, non arbitrati sumus permittendum
esse, ut post tot frustra tentatos concordiae Tractatus, quibus
nobis hactenus per Budam satis inique illusum, nos longio:
ribus dilationibus suspendi sineremus, quas nempe nobis
in omnem fortunae euentum paratis, non nisi summe nocivas
esse videbamus. At nihilominus in gratiam Ser.tis vestrae
filiaeqz suae facile admisimus ut praeffatus Orator ad eandem
denuo Budam descenderet, cum ea significatione, ut sicubi
Ser.ma Regina Isabella ad nos cum plena tractandi et
concludendi facultate mitteret, talesqz conditiones nobis
proponeret, quae et honestae essent, et pro dignitate nostra
praesentiqz rerum Statu a nobis praestari possent, nos eas li:
benter audituros et ita exhibituros esse, ut tam Ser.tas
vestra et ipsius Ser.ma filia quam nemo non nisi atqz aequi
studiosus plane cogniturus perspecturus esset, a nobis, non
attentis iniuriis illusionibus et turbationibus, quibus in le:
gittima Regni possessione assequenda, praeter omne Ius
et debitum, subinde impedimur necessitudinis et coniun:
ctionis, qua mutuo deuincti sumus decentem rationem

habita fuisse. Cum itaque idem Ser.tis vestrae Orator iterum ad Ser.tis vestrae filiam profectus, ad nos iam nunc reversus esset, gravi perturbatoque animo nobis retulit quod licet apud Reginam Isabellam rem eo iam deduxisset ut statutum omnino habuerit tam suo quam filii sui nomine nobiscum non nisi honesta concordia et compositionem inire et tradita nobis Buda se se gratiae et clementiae nostrae submittere velle. Verum Ser.tem suam quominus id quod statuerat efficere potuerit per ipsius Consiliarios Hungaros seu fratrem Georgium et eius complices nedum impeditam sed etiam ipsum oratorem et alterum quoque, qui prior descenderat, tanquam suspectos Regina insalutata Civitate extrusos et pedestres actutum exire coactos fuisse, qui postquam ad Castra nostra pervenissent ibi tandem inter eos convenisse, ut prior ille orator ad Ser.tem vestram nunciatum quae acta essent, quaeque illis accidissent, reverteretur, ipse vero Comes a Gorca ad nos denuo se conferret, qui itaque praemissis nobis enarratis subiunxit quod quamvis non haberet in mandatis a Ser.ma Regina Isabella, quicquam nobiscum amplius agendi tractandive, Quod quidem accidisset propter inopinatam et insperatam ipsorum oratorum ex Civitate Budensi eiectionem, se tamen pro debito functionis suae ac fide erga Ser.tem vestram atque adeo ipsam Ser.mam Reginam Isabellam omittere non potuisse a nobis etiam atque etiam magnopere petere, ut cum videremus per eam non stare quominus amicabili compositione potius quam vi et armis Ius nostrum adipisceremur, vellemus ipsius Ser.mae Reginae ac filii sui digna clementi paternaque ratione habita modum et ordinem adhibere ne in tanto armorum strepitu quoquo modo laedantur, utque praeterea sibi in castra nostra redeundi potestatem faceremus ut illic rerum eventum expectando etiam Ser.mae Reginae Isabellae in hac ipsius calamitate qualequale solamen quod ex eius presentia in castris perceptura esset praeberet.

nob

Nos quidem his omnibus intellectis de ea ignominia, quae
tam Ser.ti vestrae, quam Ser.mae Reginae Isabellae filiae suae et
ipsis oratoribus ita immerito illata dicitur, magnam molestiam
displicentiamque cepimus, et utrique Oratori tanta iniuria, nullo
habito Ser.tis v. et ipsius Ser.mae filiae respectu affectis clemen-
ter condoluimus. Quantum autem ad nos attinet, respondimus
nos non dubitare Ser.ti v.rae, ac ipsius Ser.mae filiae iamdudum
optime cognitum perspectumque esse quanti semper fecerimus
amicitiam, benevolentiam, ac sanguinis coniunctionem, quae
nobis cum Ser.te vestra, et illius filia Regina Isabella
intercedit, quanto proinde studio ab initio obitus quondam
Regis Joannis laboraverimus, ut clarissimum ius nostrum
non armorum et belli via, sed magis benevolentia, benignitate
et mansuetudine obtineremus, quamque ampla eidem Reginae
Isabellae saepe proposuerimus et obtulerimus, perque nos numquam
stetisse, quominus amicabilis transactio succederet, et ne res
illae ad praesentes difficultates prolaberentur. verum cum nullas
propositiones, nullas conditiones, quantumvis honestissimas,
locum habere posse videremus, aliter nos facere non potu-
isse, nec debuisse quam ut Ius nostrum quocunque etiam modo pro-
sequeremur, ac utcunque inviti et nolentes ad arma tandem
prosiliremus. Id quod nos nedum pro Iuris nostri assecutione,
verum etiam necessario ac totius Regni ac universae reip.cae Chri-
stianae beneficio, maxime imminentibus iam Turcis, et me-
dium Budam quam totum Regnum occupare conantibus, in praesentia-
rum quoque facere oporteat, porro memores nos arctiss.mae illius
coniunctionis inter nos et Ser.tem vestram illiusque Ser.mam
filiam militantis: Memores etiam paterni plane amoris nostri
quo eandem Ser.tis vestrae filiam hactenus semper pro-
secuti sumus. Nos iam antea supremo bellicae expeditionis no-
strae Commissario, reliquisque gentium nostrarum Praefectis et
Capitaneis commisisse, ut si negotium recuperandae Civitatis

Budam, omnino vi armorum aggrediendum fuerit et expu:
gnationem subsequi contingat curam habeant omnemqz dent
operam, vt nec Reginae nec filio, neqz hominibus et bonis ipsius
vlla iniuria, vis seu violentia inferatur, sz quantum possibile
sit ab omni ignominia et laesione conseruentur. Quod vt
ita fiat, denuo etiam mandare et praecipere non praetermit:
temus, neqz dubitamus illos ipsos Capitaneos et Praefectos
nostros quantum per illos steterit et tumultus militum sta:
tusqz, conditio atqz ratio rerum bellicarum permiserit perqz
diligenter et fideliter id iuxta mandata nostra cura:
turos esse. Equidem si aliter cederet, vt scilicet Ser.tis vestrae
filia vel Nepotulus offenderetur, id profecto vt nobis
magnopere displiceret, ita preter voluntatem mentemqz
nostram accideret. Proinde quod Orator Ser.tis vestrae facul:
tatem redeundi ad Castra nostra petijt, etiam si de
persona sua nihil prorsus sinistri suspicemur ita vt illi etiam
maiori in re fidere non dubitaremus, tamen indicauimus
non fore nec ex dignitate Ser.tis vestrae, neqz commodo Ser.mae
filiae suae, nec etiam pro honore ipsius Oratoris, si in ca:
stris nostris iam nunc Ciuitatem nostram Budam obsidenti:
bus et oppugnantibus versaretur, facile enim si iam prius
Budensibus suspectus habeatur, suspitionem illam ex reditu
suo in Castra augeri ac nedum seipsum qz Ser.mam Reginam
Isabellam et suos grauiori odio et suspitione grauari. Immo
Budam ex hoc facile ansam capere posse, Ser.tem suam
atqz suos adhuc strictiori occlusione maioribusqz incommodis
et perturbationibus afficiendi necnon deteriora prioribus
contra eadem machinandi atqz hoc nequaqz consultum no:
bis videri vt ad castra nostra redeat, sz rebus Ser.mae Re:
ginae Isabellae magis conuenire ac multis nominibus praestare
vt hic se nobiscum contineat, hicqz rerum euentum praestoletur,
Quamuis autem idem Ser.tis vestrae Orator totis viribus

contenderit graciosam dimissionem ad Castra nostra obtinere non tam ex prætactis aliisque probabilibus rationibus nobis visum est eius petitioni pro presenti rerum statu annuere sed eundem hic nobiscum retinere, ut qui illic post irritatos tractatus Ser.tis vestræ filiæ, Reginæ Isabellæ a modo nec servire, nec rebus suis comodare verum magis nocere et obesse posset. Quæ quidem omnia Ser.ti vestræ significanda cum ob id duximus ut etiam a nobis de his quæ acta sunt et acta perhibentur certior fieret, tum etiam propterea, ut sciret præfatum Oratorem suum in hoc negotio egregiam et præstantem sane operam navasse illique adeo nullam culpam quantum intelligere potuimus imputari posse quominus concordia coierit. Reliquum Ser.tem v. diu foeliciter vivere, et regnare ex animo optamus. Datum in Civitate nostra Vienna Die xvi Mensis Maii. Anno M° D° xli°. Regnorum nostrorum Rom. xi Aliorum vero xv°.

Nona ex Castris Ferdinandi

Civitas Budensis proditioni per Cives exposita est et capi debuit. Nam circiter octingenti pedites Germani et Hispani per portellam contiguam Cimiterio Judæorum in Civitatem tempore nocturno intromissi erant qui pervenerunt usque ad centrum ipsius Civitatis ibi invenerunt non plures quam sexaginta vel ad maius octoginta Hungaros arma in manibus habentes quibus visis verterunt in se fugam et quam festinatissime per eandem portellam per quam intraverant exeuntes Civitatem reliquerunt cum admiranda quadam celeritate et festinatione. Quare verum Proverbium est, quod Deo permittente etiam sonitus

etia sonitus foliorum arboris terrorem hominibus aliquando

incutere solet et potest.

Caput ciuitatis vel ciuium, author huiusmodi proditionis fuit, quae tres personas insigniores quae in obsidione illa sunt pessime habet.

DiE sequenti multi ex Ciuibus tum ex omnibus et liberis poenas dederunt, et capite plexi sunt. Iudex met quartus profugit ex ciuitate et est in Castris vel exercitu Ser.mi Regis Romanorum.

Turcarum Imperator venit cum potentiss.ma manu, prout certo affirmant, in propria persona, quem praecedit Legio praecursoria als Goneszi vffy constans ex Sexaginta millibus.

PEtrus Vayda venit cum Valachis Tartaris, et Turcis versus Transyluaniam, et Turcae iam appropinquant Budae.

Post scriptas presentes venerunt noua quod nostri Budam circumdant fossata ut nemo in auxilium Ciuitatem intrare, vel etiam e Ciuitate exire possit, volentes ibi expectare Turcas et Martis fortunam cum illis experiri. nam et pontem per Danubium fecerunt.

Die hodierna auctus est exercitus noster cum 14 triremibus, in quibus sunt 18 tormenta et duo murus frangentia.

Andreas de Gorka Castellanus Posnanien. Sigismundo primo Regi Poloniae

Ser.me Rex etc. Quo in statu essent negotia Ser.mae
Reginalis M.tis Vngariae filiae S. M.tis vestrae: quidqz ego
apud Ser.mum Do: Romanorum etc. Regem egerim, quidue responsi
retulerim abunde posterioribus meis litteris S. M.ti vrae per-
scripsi. Tametsi non dubitem Ser.mum Vngariae Regem, se
erga Ser.ma filia S. M. vestrae, in omni euentu vt iustum, benig-
num, et propinquitate coniunctum Regem decet obseruaturum tamen
quia status omnium rerum Ser.mae Reginales M.tis Vngariae
ab exitu presentis belli dependet, exitus vero, vt omnium
ita istius belli incertus sit, nesciaturqz cui fortuna parti afflare
voluerit. Quod cum cogitatione mecum reputo, variosqz casus
dispicio, in quos Ser.mae M.tis suae negotia incidere possent.
Et licet binas iam litteras a Ser.ma M.te vestra receperim
nullam tamen explicatam voluntatem S. M. vrae habeam.
cui inniti, ad quam studiorum consiliorumqz meorum rationes
in tam arduis difficilibus negociis, referre possim. Cubi-
cularium hunc ad S. M. vestram amandandum volui. Po-
stulans S. M.tem vestram vt sapienti iudicio consideratis fu-
turis euentibus, quid me postremo facere velit, mature et cele-
riter informare dignetur. Primum enim si Ser.mus dominus
Romanorum Rex Budam armis receperit, quorsum se Ser.ma
Reginalis M.tas conferre debeat. Budaene Et si per optio-
nem dabitur manere, an ad bona dotalicia se recipere
debeat. Budae manere, meo iudicio, nec esset cum
dignitate M.tis suae, propter presidium Ser.mi Domini
Romanorum Regis, ex cuius arbitrio summa rei dependeret

nec sine metu obsidionis a Turcis ob aliaqz incommoda multa.
Ad bona dotalicia etiam si honorificum esset M.tem suam se conferre tamen parum tutum, propter proxima Turcarum confinia, nec haberet facultatem M.tas sua cómode se transferendi cum rebus suis tam longinquo, et terrestri itinere, quod confici sine equis et iumentis non possit quorum M.tas sua nulla quod ego sciam habeat. Nam cum Budae essem, et M.tas sua exitum adornaret, sex tantummodo curribus trahendis extabant equi hii, qui ob pabuli defectum tam attenuati, ut non dubitem omnes ad hunc diem consumptos inedia interiisse. Non habet etiam M.tas sua cum seruitorum numerum qui M.tem suam deducerent. Omnibus enim qui presentem calamitatem cum M.te sua sustinent, eadem victus penuria equi interierunt. Non dubitarem Ser.mum tamen, dominum Rom. Regem curaturum, vt M.tas sua honorifice atqz tuto deduceretur.
Quod si Ser.mus Do. Romanorum Rex voluerit M.tem suam, vel in Posonium, vel in Regiam Viennae honoris et officii causa deduci, vt tantisper in alterutro loco resideret dum de cómodiori incolatu M.tis suae prospiceretur. Possent quidem illo res M.tis suae aduerso licet flumine cómode transuehi, sed qua illic conditione, quaue cómoditate sua M.tas esset incertum mihi est. Porro si Turcae, vt constans fama est tantis copiis venerint, vt cogerent Germanos soluere obsidionem, ac ipsi capta Buda rerum potirentur. Intelligit scio perspicitqz M.tas vra quo tunc in statu filia S. M. vestrae, cum filiolo rebusqz suis esset constituta. Futurum enim metuo, ne si Turcae, semel Buda potiti fuerint, neminem amplius, preterqz Imperatorem suum dominari permissuros. Certo enim accepi Turcarum Imperatorem indignanter tulisse, quod qui oppugnandam Pestum missi essent, nec illis ex sententia cessisset, non Budam saltem presidio obtinu:

erint, in hoc ancipiti difficiliqz casu, quid me S. vrā M. facere velit significare dignetur. Id enim potissimum visum est mihi, de quo ad S. M. vestram referrem. Turcos non procul abesse ferunt, sed et Germanos ex aduerso conten: dere, vt illis accessum ad Budam impediant. Quid futurum Deus nouit. Apud Budam nihil adhuc post vltimas meas litteras innouatum est, nullaqz tentata oppugnatio, tametsi intellexi Germanos ad oppugnandam arcem cona: tus omnes suos, et omnes machinas conuertisse cuniculosqz agere. quod mihi tanto est auditu asperius, quod intelligam S. R.^tis M.^tis salutem, magis nunc, quam cum ciuitas oppugnaretur peri: clitari. Exploratores Ser.^mi Do: Romanorum etc Regis qui pridie redierunt, ferunt pontem in flumine Sawa per Turcos extru: ctum esse, atqz alium in Drawa extrui, seqz vidisse magnum Ca: mellorum agmen contrahi, quibus rebus in eam opinionem se ad: ductos esse vt credant: si non ipsum Turcarum Imperatorem certe magnas copias eius traiecturas esse. Expecto sententiam Sacre M.^tis vestre, et interim quo ad hic me perseuerare velit, non pretermittam apud Ser.^mum Regem hunc, rebus Ser.^me R.^tis M. sue, quantum in me situm est prospicere. Comendo me in gratiam S. M. vestre, et oro Deum, vt eam ad multos annos incolumem Reip.^ce seruet. Datum Vienne penul: tima Mensis Junii. Anno Dnī. M.^o D.^o Xli.^o

Ferdinandus Romanorum ac Vngariae Rex Sigismundo primo Regi Poloniae

Ser.mi etc. Accepimus binas S.tis vestrae litteras quarum vnis S.tas vestra conqueritur indigne tractatos fuisse quattuor ipsius viros qui ad Ciuitatem Scepusien. ideo venerant, vt differentias inter arcis et Ciuitatis dominos exortas, cum Commissariis nostris, sicuti inter vtramque partem conuenerat disceptarent. Nam cum illi in Diuersorio essent, ex arce, eos duos globos emissos atque adeo metu ipsos rebus infectis discedere coactos fuisse. Generosum autem fidelem nostrum Loboczki tum auctorem turbarum illarum extitisse, tum etiam alia contra dignitatem S.tis vestrae et illius Subditos incessanter abcopatrari. Praeterea Varaliensibus Ser.tis vrae subditis certa Priuilegia a cōmissariis nostris recepta, nondum illis restituta fuisse. Alteris vero litteris deffert ad nos S. vestra querelas Generosi Joannis a Comorow Castellani osswiciemen. et Laurencii eius fratris Subditorum Ser.tis vrae asserentium Generosum Nicolaum kostbka fidelem nostrum, hostili impetu in bona ipsorum facto, certos equos et peccora abegisse. Petens proinde Ser.tas vestra a nobis ita prouideri vt Priuilegia illa recepta, peccoraque et equi abacti, vel restituantur vel exsoluantur, Vtque de caetero cuiusmodi indignitates quisse quae grauiorum malorum originem prebere possent non exerceantur. Quae quidem omnia vti preter voluntatem nostram nobisque inscijs acciderunt ita nobis pro eo atque debuerunt maxime displicuere. Quandoquidem mens nostra nequaquam est vt vel minima contra dignitatem S. vestrae, a Subditis et fidelibus nostris exerceri, vel ipsius subditi vllo modo

contra debitum gravari, nullam iniuria a nostris affici debeant. Quare de his omnibus inquisitionem indagationemque fieri iam mandavimus, subinde serio et pœna et castigatione etiam adhibita ita curaturi, ut Ser.tas vestra plane perspectura sit, nobis illa ipsa non nisi molestissima accidisse. Nobisque nihil antiquius ducere, quam ut pro mutua fraternaque necessitudinis sanguinisque coniunctione, inter subditos utriusque nostrum bona amicitia viciniaque ac iusticia et æquitas tueatur conserveturque. Id quod Ser.ti vestræ ad ipsius l(itte)ras fraterno animo respondendum duximus, quam diu feliciter vivere et regnare ex animo optamus. Datum in nostra Civitate nova Austriæ Die xii Mensis Augusti. M° D° Xl1°
Regnorum nostrorum Rom(ani) xi, Aliorum vero xv.

Andreas a Corka Castellanus Posn(aniensis)
Sigismundo primo Regi Poloniæ



Post obsequiorum etc. Hoc decursu temporis quo legatione S. M. v(est)ræ perfungor quæ scriptu digna habui et si non frequentibus litteris ac serius aliquanto, quam res novæ flagitarent ob loci distantiam et tabellariorum raritatem, scripsi tamen omnia diligenter et copiose ut arbitror, nunc quæ postremas meas infælici sane eventu consequuta sunt accipere dignetur. Postque uterque exercitus ad eum modum ut S. M. v. scripseram posuisset castra, per diesque complures levibus certaminibus mutuo conflictarentur, Vigesima die presentis Mensis diluculo Turcæ magno impetu, uno atque eodem tempore, et hi qui in classe erant Insulam quam Germani presidio tenuerant paulo infra Posth sitam

et hii qui in Castris erant Castra Germanorum inuaserunt ,
et insula quidem depulso Germanorum presidio parum[2] attento tunc
potiti sunt , sed a Castris cum acerrime vallo et fossis dimicare=
tur , cumque ex vno loco , incredibili multitudine Turcae ex
altero Budensium (sib) insisterent , fortitudine et robore militum
Germanorum depulsi , fessi atque debilitati , cum quattuor ho=
ris pugnarent pedem in castra retulerunt , nec multa ho=
ra intericcta Germani insula amissa , quae sibi , et quod
a latere esset hostilium castrorum , et classem hostium ab as=
censu Danubii prohiberent magno vsui erat immisso nouo
presidio , depulsis Turcis recuperarunt , duobusque tunc ho=
stium Galeonis , et sex minores naues globis fractas et dis=
iectas , vna cum classiariis militibus naufragio dederunt .
sed non diu haec fortuna Germanos fouit , eodem enim die
ex nuncio vno atque altero affirmans Turcarum Impera=
torem magnis copiis aduentare , nec procul iam abesse su=
bito metus et trepidatio coborta est inter Hungaros primum
Deinde inter Germanos , quae totam rationem consiliorum Ca=
pitaneis exercitus variauit , vt non de alio iam quàm
de fuga cogitauerint . Sequenti itaque die vigesima prima
Augusti tormenta loco mouere , equos et impedimenta
in Pesth transferre praetextu primum Firmandi presidii
in Pesth . Sed reuera vt milites consilium fugae celaret
nocte tandem insurgente , cum classis , quae infra castrorum
situm classi hostium obiecta steterat iussu Capitaneorum retro=
cederet , et quaedam tantum naues militum capessendorum
gratia , ad littus ex alto deductae essent , renunciatumque
esset militibus , vt se ad fugam cum silentio sine tumultu apta=
rent subito , postquam Capitanei dispositis nauigiis , se
subduxissent milites tumultuari , quisque propius esset
ad litus inscendere naues , et pro se quisque occupare
nituntur , inter quos cum plurimi venissent , et nauigia

minus quam pro dimidiato eorum numero essent aducta
concitatione suscitata, clamor et strepitus primum in arce
Budensi deinde in castris hostium exauditus, hostes ad ar:
ma concitauit, magno itaqz impetu quarta hora noctis
et terrestres et nauales hostium copiæ irruptionem fecerunt
in Germanos, qui destituti nauibus in prelium redierant
magna cum cede et strage suorum, bis aut ter repulsi cas:
tris retrocessere totidem vicibus suppetias Budensium fla:
gitarent, cum Germani nequicquam suorum opem implorantes
tes defessi viribus, cunctiqz pauci a multis, postremo
vt quo quisqz pugnauerat loco in eo strennue occubuit.
In eo tumultuario militum in naues ascensu tres cum
ferre pondus non valerent, vna cum militibus submersæ
sunt, porro Turcarum nauales copiæ, cum ad fugientem
classem Germanorum et ipsi excirentur, facto impetu
recta in Pesth gressum tenuere, a quibus tam ipsi qui
nauigio ex castris ad Pesth euaserant, quam illi qui
ægrotatione multi nobilium illo decumbebant ad vnum
cæsi atqz oppressi sunt. Tormenta optima quæqz et
validissima, quæ ex omni Austria et prouinciis
aliis comportata ad exercitum erant preter quinqz me:
diocria, quæ secum abstulerant, in potestatem hostium de:
uenerunt, quæ certe præstiterat vel submergeri Danubio
vel vi sulphurei pulueris disrumpere quam ad vsum infen:
sissimorum Christiani nominis hostium relinquere.

FErunt ex toto exercitu vix terciam partem euasisse
, cum duæ, vi et armis hostium obtritæ atqz deletæ perierunt
Capitanei vero qui leuibus nauigiis priores euaserant
Primum Strigonii, deinde in Comorno constiterunt, reli:
quias exercitus colligentes, quorum ad quinqz millia

novo stipendio auctoratos lustrarunt designaruntqz tu-
endæ classi, quæ in Comorano permenit, lectis ex eo numero
octingentis, quos Strigonii, et Ducentis quos Vissegrad præ-
sidio imposuerunt. Cum sic Ser.mo Do: Rom: Regi for-
tuna reflasset, nullaqz superesset amplius facultas cum
M.te sua de rebus Ser.mæ M.tis Regnalis Hungariæ
constituendi, differui tamen cum M.te sua, quo modo in eo
rerum statu consulendum suæ M.ti conseret, simulqz pat-
feci Ser.mo Do. Rom: Regi me habere ad Turcarum Im-
peratorem mandata, si Budæ rerum potiretur, et in-
terea aulicus quidam suæ M.tis, quem paulo ante ad
Turcarum castra ad Mechmetbeck, supremum copiarum
Præfectum miserat, vt saluum conductum Legatis M.tis suæ
ad Turc: Imp: obtineret, qui retulit Imperatorem
ipsum Die veneris XXVI presentis ad Budam venisse,
in eoqz loco constitisse, vbi priores Turcæ a quibus ger-
mani milites cæsi sunt castra tenuerant. Ego itaqz in-
tellecta Imperatoris Turcarum presentia etsi non ita vt
res poscit a S. M. vra prouisus atqz instructus essem
sine interprete, et sine vllis donis ad ipsum contendo, q̃d
etsi multis admirationi sit me vacuis manibus adire Impe-
ratorem ipsum certe sinistre ominantur, me vix ex animi
sententia posse quicqz impetrare, non quidem ipsius
Imperatoris causa, quã Satraparum, qui nisi aliquibus mu-
neribus deliniantur Legatorum negotia adiuuare non solent,
Jam vero quot me pericula, quot modi insecuritatum circum-
stent in hoc itinere, facile S. M. vra intelligit, cum non modo
ad Budam, sed ad Vienna, si quis contendere velit vix
possit periculum effugere, sitqz omni commoditate cariturus
cum vniuersi inhabitatores desertis villis atqz diuersoriis
in munitiora loca profugerint, famaqz quottidie
metum augeat Turcas celeritate et excursionibus

itinera

itinera omnia occupare, nec minor mihi a latrociniis metus imminet, quibus usu venit sub his miseriis et iniquis Vngariae fatis itinera obsidere et predari ex insidiis, cum ego nunc minimo comitatu stipatus sim, ut cui ex famulitio satis alioqui exili, non minima pars partim contagione decessit, partim aegrotatione decumbit, utinam saltem S. M. vra plurις apud se habuisset necessitatem Ser.^mae filiae suae quam personae meae rationem, vereor enim et ipse, ut si salvus, vacuis tamen manibus eo pervenire possim Legationis fructum aliquem auferre, proficiscor tamen in Dei nomine quacunque ratione, ut S. M. vestrae iussis satisfacerem.

Ser.mus Rom. Rex, cum ante aliquot dies Ser.ma consortem suam impedimentaque omnia praemisisset, hodie hinc exivit Lincium versus. Dominos vero Nicolaum Comitem de Salm, et Sigismundum ab Herberstain Legatos ad Turcarum Imperatorem ablegavit, si qua ratione possent efficere, ut a vastandis suae M.tis ditionibus cohiberet. Ego servitorem meum ad Ser.mam R.tem M.tem Budam cum papuga missum. xiiij dies expecto, quem etsi proximo antequam castra Germanorum direpta essent die, sciam a consiliariis Budensibus intromissum esse Budam, tamen quid secum actum sit, curque tam diu retineatur, incertum est mihi, quidquid tamen evenerit dabo operam, ut quam possibile erit ad S. M. vram literis meis perferatur. Commendo interea me et humilem servitutem meam in gracia S. M. vrae, quam Dominus Deus in multos annos felicem et incolumem servare dignetur. Datum nova Civitate Austriae. xxix Augusti Anno Domini M° D. xli°

Servitor Andreas Comes
a Gorcz manu sua sst.

Quae egit dominus Andreas de Gorka Castellanus Posnanien: apud Caesarem Tur:corum post Budam occuppatam

IN primis dominus orator venit in Comorno Castrum Regium ibi securitati suae et suorum consulens, quendam Cracoviensem, cum litteris suis ad Imperatorem et Rostimbassam misit, de adventu suo significans ut moris est. Nuncius recta ad Rostimbassam divertit litteras domini reddidit utrasque Rostimbassa suis perlectis, alteris vero oblatis litteris Cae:sari, mox numerosum equitatum circa vel ultra duorum milli:um equitum, cum Nuncio illo misit obviam Caesar domino Nun:cio, qui securitati illius providerent. Praefecit vero Sifec duobus millibus Aslambek, filium Mechmetbek Sandiaci Bialogrodiem, iverunt recta ad flumen usque circa Comorno et Nuncius et Turci qui venientes clamaverunt, et dominum Nuncium ut se pararet, et illos aliquot ad se adduci iuberet petierunt, quod factum est, transierunt enim circa quatuor Turci in Civitatem usque, reliqui Turci venientem D. Nuncium sub divo expectârunt.

VEniens postea dominus Nuncius acceleravit iter ad Caesarem cum Turcis illis, et Aslambek praefecto, cum quo tacere fuit coactus propterea, quia nullus fuit inter:pres, ubi ad Castra iam Caesaris ventum est, deductus est ad tentoria Mechmetbek, cum quo multa verba fecit de multis interrogans, a quo postea ad alios Bassas in:visendos ivit, maxime vero ad Rostimbassam ad Ostrobassam, ad Mechmetbassam, deinde ad Suleiman:bassam, qui omnes fere in unam sujam de sua M.te et Regno Poloniae ita interrogarunt.

Primo. Unde veniret? Qui ex Polonia recta se venire respondit.

Secundo. Quam diu a M.te Regia abierit? Dixit tempus iam esse non breve.

Tertio. Qua via fuerit profectus? Respondit per regiones Ferdinandi, Moraviae, et Austriae. Deinde in Ungaria se esse profectum.

Quarto. Quare per Valachiam non iverit? Dixit iter in Ungariam ex domo sua ubi habitat, longe esse brevius quam per Valachiam quod multo esset longinquius.

Quinto. Quod se hostibus committere ausus est? Respondit se ad Ferdinandum divertisse propterea, ut obtento salvo conductu libere ire possit ad visendum Ser.ma Reginam Hungariae nomine paterno et materno M.tum.

Sexto. Quod Rex filiae nulla presidia tulerit? Dixit D. orator, sua M.tem longe nunc nimis a Polonia distare, unde difficile dari possint presidia suae Reginali M.ti. Ad quod dixerunt Bassae. Patri pro filia in re tam ardua, nullum iter esse vel longum vel difficile. Et quod Caesar maiori distantia ex Constantinopoli Reginali M.ti contra Almanos presidia (qualia Deus avertat)

Septimo. Cuius filiam duxerit Ser.mus Rex Iuvenis et a quot annis? Retulit dominus orator rem ut se habet.

Octavo. Quare tam diu prolatum sit hoc matrimonium? Dixit, Nuptam esse iuvenem, atque aetatis gracia rem eo esse dilatam

Nono. Quot dietae sint ex Vilna in Budam proficisci? Si sunt flumina, montes, et castra, et quot diebus illuc transiri possit? Dixit Dominus Nuncius se hoc nescire

De quare solicitissime iteratis vicibus fuit interrogatus conniuente domino Oratore.

Decimo. Si Rex denuo vult filiam Hungariæ Reginam, alio marito locare. Id aliquoties interrogatus est, nec sine causa fortasse. Hoc quoque ignorare se respondit dominus orator.

Vndecimo. Quod Regina se Turcorum Cæsari vltro subdidit, et pro Ser.mo Rege patre suo intercessit. Conniuendo subticuit istam iactantiam dominus Orator.

Duodecimo. Secundario repetitum est iterum, quod Cæsar plus boni Reginæ fecit quam pater, quamuis maior sit distantia in Constantinopolim quam in Vilnam, et quod patri, nulla distantia longa esse debeat, futurumque breui quod Ser.mus Rex Poloniæ de filia ista nullum habebit interesse, id quare dixerunt nescitur. Hoc silentio præteriit dominus orator.

Tredecimo Quod Cæsar Regi Iuueni et Reginæ Transiluaniam dedit, quem regere debet Regina, sed nihil facere debet sine monacho. quod dictum subticuit etiam D. orator.

Quatuordecimo. Interrogatus quomodo Monachus se conseruauerit Reginali M.ti. Dixit D. orator. Monachum male semper erga Reginalem M.tem se gessisse. quæsitus, qua de re? Respondit. in omnibus vitæ et aulæ eius M.tis necessariis plus æquo difficilem se præstitit, qui nec ad hoc me instigante consentire voluit, vt ex Buda loco et armis et aliis periculis pleno, in aliud castrum conferre se licuisset suæ M.ti cum filiolo Ser.mo Rege Infantulo quæ res visa fuit dura omnibus.

Quindecimo. Vtrum ipse D. Nuncius sit ille homo qui Budam venerat ad Reginalem M.tem, quem Hungari

habuerunt suspectum, et ferre eum apud se noluerunt. Dixit Dominus Orator Ser.mum Regem, et se et alterum oratorem visendi gracia, misisse ad Regiualem M.tem ut illi consilio et opera sicut Servitores adessemus.

Sexto decimo. Quis fuerit ille, qui a Regia M.te Poloniae iam in fine Buda venerat ad Regiualem M.tem, hoc est, de Nouomieyski? Dixit servitorem suum fuisse, missumque in negotiis Regiualis M.tis privatis

Decimo septimo. Utrum post conflictum eum profligatis Almanis versatus fuerit? Dixit se vidisse nonnullos.

Decimo octavo. Utrum in Castris Almanorum fuerit, post discessum ex Buda? Non negavit et confessus est.

Decimo nono. Quod Regia M.tas Poloniae dives in pace sedens, negligenter erga Caesarem se gerit, et erga Bassas sine muneribus id vehementer improbantes? Respondit suam M.tem, non modo, non negligere Caesarem, sed omni studio se ut par est observare et gerere amicissime.

Vigesimo. Monachi fidem laudaverunt, quam D. Nuncius presente fratre Monachi Bassa non omnino laudavit, ignorans fortasse, verum postea pulchre rem texit.

Vigesimo primo Regi Hungariae Iuveni, ubi adoleverit recompensam Budae pollicebantur.

Vigesimo secundo. Caesarem ipsum et filios suos Regem Iuvenem Hungariae humanissime pertractasse, et munera tum remisisse dixerunt. Hoc quoque pertransiit silentio.

Vigesimo tertio, Caesarem esse memorem sui pollicitj et foe-
derum admonem ut Rex Poloniae erga Caesarem etiam se be-
ne gerat et nulla presidia Ser.mo Regi Ferdinando det
alioquin Tartaros Valachos cum Caesare Poloniam vasta-
turos? Respondit dominus orator rem esse iustam, ut
foedera et pacta hinc inde obseruentur diligenter, quae
Ser.mus Rex noster, suis respectu suorum constanter
semper obseruauit, non dubitans Caesarem eadem fide
se foederibus et pactis totamque amorum mutuo initae beneuo-
lentiae non defuturum.

Vigesimo quarto, quae causa sit sui aduentus? Respondit
dominus Nuncius tria a Caesare petere suam M.tem.

Primo. Ut Reginalem Hungariae M.tem nomine paterno adire
inuisere aloqui secure possit cum gracia Caesaris

Secundo. Ut Caesar Reginalem M.tem, in reformatione sibi
facta per maritum inscripta conseruare et manutenere velit.

Tertio, Ut Reginalis M.tas in Castra Poloniae vicina con-
ferre se possit, ut sunt Cossicze vbi et iucundius viuere
et suis propinquior esse queat.

Fuit postea vocatus dominus Nuncius de more vetere ad
Caesarem, cum quo ut moris est pauca verba fecit, ad haec ea-
dem alludens, sed dominis Bassis, de more vetere illum ex-
pediendum comisit Caesar, qui nomine Caesaris ad illa tria
puncta ita finaliter responderunt.

Ad primum. Nequaquam esse tutum, ut sub hoc rerum turbine
dominus orator illic conferre se debeat, vbi mille sint discri-
mina, neque licere etiam restantas ita tumultuarie agere.

Ad secundum. Responsum est Caesarem Regi Iuueni et Re.li

M.^tis^ multo plus contulisse iam quam fuerat inscripta, totam enim Transylvaniam se illi donasse, daturumque magis insuper^m^ adoluerit, horum autem omnium quod gubernatores esse debeant Regnalis M.^tas^ et Monachus.

Ad Tertium. Responsum est. Non ex re videri Caesari ut Regnalis M.^tas^ eo se conferat, sed in bonis quae illis data sunt cum filio permaneat. Verum ut M.^tas^ Regia Oratores insignes ad se Constantinopolim mittat, ubi de his atque aliis exaudita Legatione deliberatius respondebimus. Interim vero caveat sua M.^tas^, ne quid praeter foedera et pacta mutua faciat Rex Poloniae contra Caesarem, in favorem Ferdinando, alioquin nos quoque exemplo eodem, et Tartaros et Valachos ad Poloniam vastandam mittemus, et nos quoque ditiones suae M.^tis^ lacessiti hostiliter vastabimus.

Doctor Jozephus Strutins

Iam conscripseram exacte omnia quae mihi vestra Mag.^cia^ D.^o^ scribenda iniunxerat, postquam vero scripta legerem semel atque iterum emendandi causa, animadverti in his plurima esse quae mihi soli concredidit Illustris et Mag.^cus^ dominus Comes herus meus admonuit etiam me ne cuiquam illa referrem, cui ego obstrinxi fidem meam. Sunt enim nonnulli sermones cum Rostembassa ultro citroque habiti, qui maximi sunt momenti. Quod si illos praetermitterem et reticerem reliqua scire parum referret, si vero illos ipsos proderem, non essem satis integrae fidei. Quare laceravi ea quae conscripseram animi mei conscientia permotus, vestram Mag.^cam^

D. nem ea cognoscere, sed ad me non pertinet, immo mihi non licet talia edisserere, si virtutis studiosus videri volo discet vestra Mag.cia D.o hec omnia aut a M.te Regia, aut ab ipsomet D. Comite. Comendo me tandem in gracia vra Mag.cie Do.nis.

Sigismundus primus Rex Polonie,
Petro Camrato Archiepo Gnesnen

RME. Quae de clade Germanorum scribit ad nos P.tas vestra, ea etsi minime iocunda, grata nobis tamen acciderunt. Neque enim minus nostra interest scire, si quid triste euenerit et calamitosum, quam si ex sententia aliquid acciderit. Praeuisa namque iacula minus ledere dicuntur, minoreque negotio mature cognitum periculum propulsatur. Quare probatur nobis plurimum P.tis vestrae studium, in celeritate ad nos perscribendis his, quae nos tempori cognoscere et nostra et Regni nostri multum referre intelligit. Porro quod nos communium periculorum admonet, atque ut ea facilius propelli queant, redeundum ut nostrum in Regnum maturemus, suadet, ut prudens ita fidele id esse consilium P.tis vestrae agnoscimus. Sed ea fortasse parum adhuc perspectum habet, quam sint implicatae Magni Ducatus huius nostri rationes, in quibus constituendis vix dum fundamenta iecimus. Inchoatis autem rebus hinc discedere, neque ex dignitate nostra, neque ex Magni Ducatus huius nostri commodo futurum esset, ita ut fas esse non videatur, non constitutis terrae huius rationibus atque adeo in magno periculo collocatis pedem nos hinc mouere. Designaturi sumus oratores nostros in Moscouiam de pace, quae quibus confici possit conditionibus certum non

habemus, neqz proficisci prius nobis hinc licebit, nisi prius ea nobis fuerint explorata. Non est clam V. vestrae, nunquam nos e Regno nostro, nisi bene stabilitis illius rationibus, discedere consueuisse. eandem nos fidem Magno quoqz Ducatui huic praestare oportet. Quamobrem maturabimus nos quidem reditum nostrum, sed quoad per Magni Ducatus huius nostri rationes licebit, neqz nos hinc, nisi constitutis illis commouebimus. Iuxta enim nobiscum intelligit nobiscum procul dubio V.tas vestra, non posse terris his a Regno nostro seperatim quicquam accidere.

MAgnificum Castellanum Posnanienum consilium V.tis vestrae secuti reuocauimus / de Gorz et Flamski. vellemus nos quidem esse potestatis nostrae animaduertere in eos qui exigui Lucelli gracia ingens in discrimen Regnum nostrum, patriam suam adducere non verentur. Sed quae sint leges Regni nostri, quae figuntur et refiguntur quotannis, non ignorat V.tas vestra, per eas minus seueris nobis esse licet, neqz pro eo ut vellemus prouidere, ne quis priuati gracia Lucelli, salutem Regni nostri vocet in periculum. Quod si edicto nostro reuocare eos velimus, et illi, quod facturos verisimile est, dicto se audientes non praestent, quid aliud promouerimus, quam quod dignitatis nostrae Regiae iacturam fecerimus? Dedimus nihilominus mandata Capitaneis Regni nostri omnibus vt edici vbiqz iubeant, ne quis extra Regnum in militia proficisci audeat. Vilnae XI Septembris. M°D°Xl°I°

Sigismundus primus Rex Poloniæ,
Andreæ de Gorka Castellano Posn
Maioris Poloniæ generalis Capitaneo

Magnifice. Tristem admodum Nuncium accepimus de clade Germanorum quos Castris exutos, pedites occisione occisos, vix equites ipsos fuga esse dilapsos quorundam ad nos litteris est perlatum. Qua de re cum nihil adhuc ad nos a S.te tua scriptum sit, certius aliquid ab ea expectamus ac falsus ut sit rumor hic optamus. Nam si ita res haberet ut allatum ad nos est, manifesta haec Dei foret ira, peccata populi sui castigantis, ac maius Reipub.cæ Christianæ periculum impenderet, quam cui succurri facile posset, cuius nos vicem doleremus plurimum, neque minus Ser.mi domini Romanorum Regis, cui lætiora omnia ex animo precamur. Porro si verum est quod scribitur de miseranda exercitus istius clade, nostro ut potius, quam alterius cuiusque capiti medicamur necesse est. Providendum est nobis omni ratione ne in hac tanta Reip.cæ Christianæ calamitate nostrum quoque Regnum detrimenti aliquid capiat, neue in genus in discrimen adducatur, Chara quidem nobis est, salus Ser.mæ filiæ nostræ, sed charius esse debet patriæ nræ, Regni nostri incolumitas, quod nos priuatis affectu, magnum in periculum vocare æquum non est.

Quam obrem de mittenda S.te tua ad Imperatorem Turcarum, consilium repudiauimus. Cum enim ea a Ser.mo Rom: Rege profectura sit, plus inuidiæ allatura quam fructus Ser.mæ filiæ nostræ, videtur, tum et suæ et Regni

nostri salutem, magnis discriminibus obiectura. Neqz enim ille ignorare potuit Menses aliquot apud Ser.mum Do. Romanorum Regem S. tuam esse comoratam. Quam obrem si nondum ad Caesarem Turcarum Legatione functa est, ne fungatur amplius, sed ad nos primo quoqz tempore vt redeat hortamur. Quoniam vero magnos itineris labores et molestias S.tas tua suscepit, per nos quidem licebit, vt se domum conferat, atqz ibi et animum et corpus suum fatigatum reficiat modo vt litteris suis de his rebus omnibus, quas confecerit isthic certiores nos faciat. Vilnae XI Septembris M°D°XLI°.

Isabella Regina Hungariae
Ioanni Comiti a Tharnow, Castellano Cracovien.

QVAE nos in tam dura et periculosa obsidione passae sumus S.tas vestra pro sua prudentia existimare potest. Habuimus reuera graues aduersarios, qui ferro, fame, siti, igne nos oppugnabant. Cum hac via proficere non possent egerunt cuniculos. Postremo tentarunt rem proditione. Tacemus hic de violenta bombardarum quassatione, tamen Dominus Deus ex singulari gracia et benignitate sua nos tam ex manibus Germanorum quam Turcarum liberare est dignatus. Euasimus quidem diuersa et magna, domino Deo ita volente pericula, sed rursum non caremus curis ac molestia. Status enim noster, si vnquam alias nunc est maxime incertus, quia ex reformatione Contradotis nostrae, nihil nunc possidere videmur, quam quia Castra Solmosz et Lippa in quibus nunc manemus, quae exiguos habent prouentus. Quod si hoc tempore non conferrent nobis victualia pro sustentatione nostra Nobiles vicini, cogeremur fere per

emendicata suffragia vivere. Universam enim pecuniam et Clenodia meliora quae habuimus, ut nos e manibus Tur:corum eliberaremus distribuimus. Castrum Cziczo et Ki:kellinar, Caesar comisit restitui Mag.co domino Petro Voievodae Moldaniensi, cuius Nuncius nunc apud nos est, et Castra praedicta repetit. Ex Castro Dewa, ne unum quidem obolum toto anno percepimus. Thokay, Regecz, Thalla, possidet Ser.mus D.s Romanorum Rex. De:breczen tenet Mag.cus Valentinus Therek.

Imperator nulla nostri facta mentione videtur filio nostro Ser.mo donasse Transylvaniam, litterasque dedisse quas nobis videre non contigit. Dicuntur conditiones intolle:rabiles nobis et filio nostro ascriptae esse. hoc scimus quod eum nomine et titulo Sandiaci Transylvaniensis honoraverit vel potius oneraverit. In hac una re magnam nobis et filio nostro fecit graciam quod nobis potestatem concessit libere quo vellemus discedendi.

Futurus est in Debreczen Decima octava Octobris conventus Nobilium utriusque partis hoc est tam eorum qui fovent partes Ser.mi Domini Rom: Regis quam fidelium nostrorum, in quo quid pro stabilimento et conservatione Regni, et nostra per:mansione decernetur, incertum habemus, et quicquid erit cu:rabimus id S.ti vestrae significare.

Dubitamus iam de fide et sinceritate istorum hominum qui Consiliis nos suis in magnum coniecerunt periculum, et veremur adhuc, ne quid gravius (quod Deus avertat) sequatur. Itaque a S.te vestra petimus, velit apud Ser.mos Dominos parentes nostros intercedere et laborare, quo ex istis malis et difficultatibus quibus involutae sumus aliquando in portum pacis et tranquillitatis pervenire poss:imus. Quo faciet rem et piam et nobis vehementer con: et necessariam. Cupimus bene et feliciter valere S.tem, ducibilem vestram. Datum in Arce nostra Lippen in festo S. Lucae Evangelistae Anno M.D.XLI°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Episcopo Wratislavien

R.de. Clades haec Germanorum nec opinata exercitus maiorem opinione omnium nobis attulit merorem, vel quod ipsi Ser.mo Rom: Regi, fratri et consanguineo nostro char.mo non minus quam nobis secunda omnia ex animo cupimus vel quod vicinis istis regionibus, quae subsunt eius Imperio nihil separatim a Regno nostro accidere posse persuasum habeamus, sed quando ita Deo visum est, ferendum est aequo animo ac petendum iterum, vt ita visitet iniquitates nostras, vt misericordiam tamen suam a nobis ne auferat.

Caeterum quod scribit R.tas vra, non deesse in Regno nostro quosdam, qui in hac Christianae Reipub. calamitate fidei suae et professionis obliti accepto stipendio, contra Mozanos militatum proficisci audeant, id nobis molestius accidit, quam credi queat, ac providebimus omni ratione vt ne id impune fecisse videantur, Si praesertim, qui possessiones in Regno nostro habent. Nam vagos quosdam tenere posse non videmur. Quominus autem deinceps quisquam id facere, et ex Regno nostro egredi, ac in militiam proficisci audeat edicto nostro caueri iussimus. Vilnae vltima Septembris.

Status ac ordines omnes Ecclesiastici ac Seculares Slesię Sigismundo regi Poloę

G. Ratiose et clementiss.me Rex. Peruenerunt dudum procul
dubio, ad M.tem vestram Regiam tristissimi et acerbissimi Nun-
cii, de clade luctuosissima quam Sacratiss.mi domini Roma-
norum Regis Ferdinandi, Regis et domini nostri graciosis-
simi militares copiae, cum summo totius Christianae Reipub:cae
detrimento, miserandum in modum, a saeuissimis Christiani
sanguinis et nominis hostibus acceperunt. Qua clade fa-
ctum est, ut Turcarum Tyrannus immanissimus occupata
Buda amenissima et munitissima, inclitorum Hungariae
Regum sede simul et Hungariam prope omnem in potestatem
suam redegerit, et inde celebri Germanicae nationi ac om-
nibus his finitimis prouinciis et regionibus, omniumque adeo
nostrum ceruicibus immineat, faelici coeptorum suorum successu
et tot victoriis elatus, ferro et igni circumquaque vastaturus
omnia et alios atque alios Christianae religionis populos
ditioni et Tyrannidi suae abominandae subiugaturus, nisi
nos Deus opt: Maximus pro bonitate et misericordia sua
e caelo respexerit, eiusdemque praesenti ope et auxilio, quod
valde speramus, necnon communi consilio, et coniunctis
Christianorum omnium, praecipue vero finitimorum nobis Re-
gnorum, et populorum viribus, a prouinciis istis hostis san-
guinarius repulsus et e Regno Hungariae, quod pluri-
mis annis, firmissimum Christianitatis fuit propugnaculum
fortiter fuerit eiectus. Itaque cum ille maximis praesidiis
Budam et Pestum firmauerit, sedemque belli ibi contra

Christianos collocauerit, satis patet in quantum discrimen et periculum, cum vitae et fortunarum omnium, tum religionis de: niqz patria haec nostra, et vicinae regiones sint adductae quae iam crudelitati Turcarum implacabili proximae esse coe: perunt, Quòd si prouintia haec nostra, quod Deus clemen: ter auertere dignetur, a tam potente et bellicoso hoste, for: tuna et euentu belli votis coeptisqz eius respondente in seruitutem redigeretur, non posset etiam longe a M.tis vestrae nobili Poloniae Regno, aliisqz eiusdem Ducatibus et ditionibus, imminens abesse pernicies, quod occasioni: bus vti, et cursu victoriae quocunqz ea illa ducat neglecta pactorum conuentorumqz fide prosequi soleat. Quare mini: me dubitantes, quin M.tas vestra pro perpetua et vere Regia erga Christianam Rempub: obseruantia, singulariqz fauore et gracia, qua M.tas vra Ducatum hunc Slesiae pa: triam nostram benigne est complexa, miserabilem militum nostrum casum, cladem qz acerbissimam, et subsecutum ex ea periculum nostrum, magno animi cum moerore dolenter ferat et iam nunc cogitatione percipiat ea mala et damna, quae a barbarissimis hisce hostibus, M.tis vestrae subditis, p[...]ea euenire possent, quin iam M.tas vestra illud alte inflictum animo suo ab illis accepit vulnus, quod crudelissimus, per: fidissimusqz Tyrannus, charissimum M.tis vestrae pignus, Ser.mam ipsam Hungariae Reginam Isabellam, dominam nostram graciosam et clementissimam, Buda recepta in certos locos circumscripsit, et pene in exilium protrusit. Hactenus inducias pactas seruare suetus, quatenus illae in rem et commodum eius cedunt, id quod cum multorum aliorum Regum Principum et populorum exemplis, tum ista M.tis vestrae ingenti indignitate satis est manifestum, quo M.tis vestrae paternum animum vehementer angi atqz perturbari cre: dibile est. Itaqz in tanto rerum discrimine collocati

ad M.tem vestram Regiam, cuius nobis aequissimus fortissimus et christianissimus animus saepe in magnis periculis et actionibus est spectatus, confugiendum duximus, quam obsequiose et humiliter, per communem nobis cum M.te vestra religionem et sacra, et per Christum ipsum, cuius negotium maxime agitur, rogamus atque obtestamur, ut nobis et finitimis reliquis populis M.tas vestrae, florentibus Regni sui viribus, contra sanguinarium iuratumque Crucis Christi inimicum, non nostrum tantum aut Germanicae aut Bohemicae gentis, sed M.tis quoque vestrae (quamvis id ad tempus consimulet) totiusque adeo Christiani nominis hostem saevissimum mature subvenire, et nobis aliisque Christianis nationibus defendendis M.ti vestrae charis.mos, liberos et subditos, Regnaque et dominia eiusdem tueri gratiose et clementiss.me dignetur. Quod sane M.tas vestra Regia cum Sacrat.mi Romanorum Regis, cum quo M.ti vestrae arctissima intercessit necessitudo, et nostra, tum Reipub.cae Christianae et suaipsius causa non gravate, pro bonitate, aequitate, et pietate sua factura, atque ea in parte non minus prompta et benevola se erga nos praestitura esse plurimum confidimus, quam inclyti Romani Principes cohortationibus et precibus nostris adduci fecerunt, quorum plerorumque egregius et plane Christianus in nos et Rempub. Christi est animus, et mirifica defendendarum harum adversus Turcas regionum alacritas, sicuti ex litteris eorum ad nos datis cognoscere licet. Quod quidem eo etiam libentius ad M.tem vestram scripsimus, ut M.tas vestra perspiceret excitatos tandem et inflammatos Deo instigante Germaniae Principes, et optimorum quorumcunque virorum contra Barbaros Christi hostes iusta vindictae ira animos, et bonam meliorum rerum spem suborta esse. Nos quidem ea sumus in M.tem vestram Regnumque et dominia eiusdem

constanti obseruantia et voluntate, vt in periculoso simili (quod Deus a M.te vestra, eiusdemqz Regno et dominiis longe propellat) M.ti vestre et eius subditis omnibus nostris opibus, et copiis, etiã cũ vite et sanguinis profusione adesse contra tales hostes non sumus dubitaturi, idqz vicissim nobis de M.tis vestre erga nos gracioso et clementiss.mo animo pollicemur. De quo nos M.tas vestra Regia, certiores reddere litteris suis non dedignetur, cui nos cũ obsequiis officiosis et seruitiis nostris paratiss.mis, etiam atqz etiã comendamus. Christus Jesus M.tem vestrã Reipub.ce sue diu seruet incolumem. Datũ Wratislauie Nona octobris M°D°XLI°.

Bone Regine Polonie Principes Ecclesiastici et Seculares, et alii vtriusqz Slesie status et ordines

SER.ma Regina, domina graciosa et clementiss.ma. Post officiosã et humilem nostri cõmendationem, obsequia promta et seruitia paratiss.ma. Quũ post acceptã ad Budam in Hungaria cladem miserandã, et ipsã Budam maximo praesidio firmatã a Turcis, Reipub.ce Christiane proximarumqz harũ prouinciarũ vires admodũ sint accisae patria hac nostra Barbarissimorũ Turcarũ incursionibus iã prorsus exposita, sicuti luctuosis Nunciis ad M.tem vestrã Reginalem dudũ est perlatũ, faciendũ nobis duximus quo inualescenti indies tam crudeliũ hostiũ Tyrannidi obuiã iretur vt quũ ad alios Sacri Romani Imperii Principes, tum ad Ser.mũ ac Potentiss.mũ Principem et dominũ Dominũ Sigismundũ Polonie Regem, magnũ Ducem Lithuanie Russie, Prussie, necnon Masouie, dominũ et haeredem

dominum nostrum graciosum et clementissimum tanquam Regem fortissimum et Christianissimum scriberemus, et M.tis suae auxilium contra tam potentes et bellicosos hostes imploraremus. Creuerunt et prope ad summum peruenerunt crudelissimorum hominum vires, adaucta est et in immensum gentis procacissimae auaritia et Tyrannis, ita vt quicquid Imperiorum et terrarum oculis conspexerint, id animo concupiscant, et in potestatem suam redigere contendant, neque eorum dominandi et saeuiendi libido, praecipue autem in Christiani nominis sanguinem vllo modo expleri potest. Quare (quod Deus prohibeat) si vniuersam Hungariam debellarint, non contenti eo rerum secundarum successu, victoriae licentiam in patriam hanc nostram, et finitimas eius Prouincias prolatare non intermittent, donec proxima quaeque carpendo, summam rerum inuadant et obtineant. Neque vero credibile est viribus suis vndiquaque dilatatis ab angulo aliquo orbis nostri procul atque Christiani sanguinis sunt sitientissimi, eos sibi temperaturos esse. Quapropter hac in parte aequa eademque Christianorum omnium sors est, praeterquam quod non ita longae morae vsuram aliquam habent, qui tardius, quam alii possideant. Aedidit sane hostis saeuissimus, huius suae immensae crudelitatis, sub quodam fucatae humanitatis praetextu, specimen, in M.tis vestrae filia Ser.ma Domina Isabella Hungariae Regina, quam adempta ei Buda, in solos procul locos deportandam mandauit. Quo magis Ser.morum dominorum Poloniae Regum parentis et item filii, atque etiam Regiales M.tis vestrae animos excitari conuenit, vt aliquando tandem vna cum reliquis Christiani orbis potestatibus, coniunctis consiliis et subsidiis Deo bene iuuante, contra tam sceleratum et impurum hostem ferantur, ad impietatem eius extinguendam, et gloriam Dei vindicandam. Itaque Regialem M.tem vestram

per ea omnia quae videm sunt Char. ma oramus et obtestam[us] ut M.tas vestra apud utrunqz Poloniae Regem hortatu et rogatu suo bonam operam navare velit quo nobis et reliquis finitimis Christianis populis nunc maxime laborantibus adversus imminentem barbariem in tempore subveniatur et ut inclita Polonorum gens in aliis potius terris quam in propria patria Regum suorum auspiciis hostibus obviam ire malit, Qua de re quia fusius ad Ser.mum Dominum Sigismundum Regem patrem scripsimus paucioribus cum M.te vra agendum esse statuimus vehementer confidentes plurimum nobis ad obtinendam iustam petitionem nostram M.tis vestrae authoritatem et suffragationem apud utrunqz Regem profecturam esse. Non dubitamus quoqz quin tantum precibus hisce nostris in hoc periculo nostro pro Christiana et ingenita sibi Regia virtute M.tas vestra sit datura quantum in simili casu suorum subditorum (quem Deus amoliatur) sibi praestari optaret. Cupimus nos M.ti vestrae cum officiosis obsequiis et servitiis promptissimis esse comendatos. Wratislaviae Nona octobris Anno M° D° XL 1°.

Sigismundus primus Rex Poloniae,
R.mo et Ill.ribus ac G.nosis Eccliacis
et Secularibus Principibus ac aliis
utriusqz Slesiae statibus et ordinibus
amicis et affinibus

R.mi et Illustres. Quae D.nes vestrae ad nos scripserunt de miseranda clade quam accepit ad Budam non ita pridem Ser.mi Domini Romanorum Regis fratris et consanguinei nostri char.mi exercitus ea aliquanto ante fuerunt nobis renunciata, neqz dici satis potest quantum nobis tam tristis hic nunctius dolorem attulerit. Nam et Christianae



Reipub: ae vicem dolebamus quam ingens in periculu adductam esse videmus, et pro eo animo quo sumus in Ser.mum Dominum Romanorum Regem, casum hunc M.tis eius infelicem, non minus dolenter et acerbe tulimus, quam si, quod Deus omen procul avertere dignetur nobis ipsis et Regno nro eadem illa accidissent. Facile perspicimus ita esse, vt scribunt d. nes vestrae, nihil terris istis separatim a Regno nostro accidere posse, et quae nos circumstent pericula, magno cum animi nostri merore, videmus vsu iam docti, quem nobis aetas nostra provectior, maiorem adfert in dies, nihil e re magis intelligimus, quam vt vires nras metiamur, priusq3 opus aliquod maius aggrediamur, id quod semper etia facere soliti fuimus, cumq3 non esse vires nostras eas perspiceremus quibus tantae potentiae, resisti posset, quod vi non posse videbamur, quietis tamen consiliis DEO bene iuuante, effecimus vt tollerabilis adhuc sit Regni nostri conditio, Quonia vero non alia ex re maius Reipub, ae Christianae periculu impendere cernebamus, quam ex factionibus istis, et odiis intestinis ac plusq3 Ciuilibus bellis omni cura in pacificandos Christianorum Regu et Principu animos, semper incubuimus, semperq3 in eum scopu consilia nostra omnia direximus nulli neq3 labori neq3 sumptui parcentes, cuius rei testes nobis sunt locupletissimi et San.mus Dominus noster et Ser.mi ac Excellentissimi fratres Caesarea et Regia Romanoru M.tes fratres et consanguinei nostri charr.mi, et omnes fere Germaniae Principes Illustrissimi, quin et ex vestris d.bus nonnullis conatus ea in re nostri, obscuri procul dubio non sunt. Nunc quo discordia perduxerit rem Christiana, non sine ingenti animi nostri cruciatu videmus.

Porro quod petunt a nobis d. nes vestrae vt socia cu illis arma iungamus. Qui sit Regni ditionuq3 nostraru status no-

ras ignorare arbitramur vndiqz cincti sumus ipsi hostibus Nam et Valacho nichil tuto credi potest, et Tartarorum vires nunc sunt quam antea multo maiores. Et a Moschis magno Ducatui huic nostro, non parum periculi videtur impendere ita vt satis ferre suspectarum viciniis nostris videamur, quod hostium impetum ipsi sustinemus ab eorum ceruicibus repellimus, non paruo sumptu quotannis faciendo, in exercitum in Regni nostri finibus continue alendum, non nisi solius Christi fulti auxilio. Sed nos tamen ad postulata D.num vestrarum nihil adhuc possumus certi respondere. Nam cum a Regno absimus, neqz Consiliarios nostros ad manum habeamus tanta de re statuere nobis aliquid nequaquam licet. Posteaqz vero in Regnum nostrum Deo bene iuuante, incolumes redierimus, habita cum Regni nostri Senatoribus consultatione de eo quod deliberatum per nos fuerit (si requisiti fuerimus) faciemus D.nes vestras certiores. Vilnae 4 octobris 1541.

Vrbanus Bacziani egregio Paulo Muranio de Torna Camerario Saluum et Auri

Egregie Domine mihi obseruande. Salutem et mei obsequii oblationem. Non dubito, quin et litteris et Nuncio R.mi Domini Episcopi Varadiensis, et aliorum amicorum suorum, fama deniqz ipsa fuerit edoctus, quam inopinate et preter omnium expectationem res cesserit, tamen quoniam a me scire cupit eadem vt praeteritam negligentiam emendem, si modo penuria non solum scribendi sed nunciandi quoqz negligentia appellanda est, breuibus si ita res habet.

Annuali obsidione a Germanis pressi per omnia genera virtutis

et constantia perfuncti sumus, ut patriae et nomini Hungarico vita nostra spreta consuleremus. Tulit auxilium Mechmetbassa obsidio soluta est et exercitus Germanicus in montem sancti Gerardi concessit quottidianis iaculationibus ac levi praelio ex classibus item mutuo se se per Mensem integrum, utrumque exercitus conficiebat. Cum audito adventu Imperatoris Turcarum Germani nocte hora undecima Danubium traiicere tentant. Eius rei excubiae Turcicae redduntur certiores. Turcae advolant, irruimus ac invadimus, cacumen montis occupamus ad auroram omnes trucidamus. Captivos nocte circa ad tria millia hominum capimus. Interea Imperator advenit. Castra posuit ad Sicambriam. Viennam progressurus, Strigonium obsessurus promulgavit. Produci imperat filium Regis, utque domini sequantur, nominatim edicit. Ut tunc quidem aliqua suspitio mali, accedimus. Interim consulto Turci equites omnes Civitatem fori causa intrant, magnus numerus fit. Turcovith Iudex Civitatis una nobiscum. Cumque in conspectum venissemus orditur Imperator solus. Faciem nostram albam esse dignam omni laude qui tum constantis virtutis, tanto tempore specimen aedidderimus. Civitatem a tanto hoste pressam, maenia solo aequata, et usque ad fundamenta diruta, valeremus ne conservare vel non? Nos respondimus, dummodo gracia eius nobiscum adsit et valemus et possemus. Respondent Bassae. Qui id fieri possit cum et hyems instet, neque maenia restaurari possint, idcirco non posse nos tam valido hosti resistere. Nos iterum apta et praemeditata respondimus. Tunc Imperator solus, Tres, inquit, vel quatuor ad summum vos video, non sufficitis conservationi, cum reliquum Regnum vos deseruerit. Eximimus. Fit consilium Bassarum publicum. Retentus filius Regis, et nos omnes. Iudex missus cum Ianczeris ut Civitatem dedat. Nos interim captivi, maerorem animos invasit. Infans Regius iterum ad tentoria recipitur, nos seorsum.

Ciuitatem Janczeri intrant fit fluctus nostrorum. Regina territa de filio amisso Deos implorat, et ipsa occlusa in arce. Interim fit Imperator certior Janczeros obsidere portas Ciuitatis, et plateas omnes, omnia loca munita in potestate habere. Puer matri remissus nob. redeunti per plures dies miro modo exagitati, ut nulla spes salutis extiterit, addubitantes ne Regina cum Infante filio Smandriam educandi, illa conseruandi causa duceretur. Altero die arma Ciuium equitum peditum adempta sunt addito edicto, ut equites peditesque Buda excedant, pœna capitis iniungitur, fit fuga, fit preda, nouus terror iterum omnes inuadit.

Ad ultimum post mille ærumnas Regina dimissa attributi equites triginta quinque nomine Imperatoris. Boues empti per Reginalem M.tem pro curru trahendo. Giaforbensis Comes datur usque Ticiam, traiicimus. In itinere magna pars nostrorum consumpta peste est. hic quoque Lippæ familia Reginalis M.tis ultra modum diminuta est. Reginæ arces suæ datæ filio Transiluania collata, ea conditione ut si Transyluanorum parere noluerint Cæsar manus iniiciet, filio aliunde prouidebit. Ut pueri educator ac Transiluaniæ gubernator dominus Thesaurarius sit Imperator edidicit. Domino Petrouicz Comiti vexillum Zanziak ad Themesuar datum, sed ut Budensi Imperio subsit ac pareat. Filio Regis pro Transiluania Zanziak datus est, quemadmodum in Transalpinis fit. Valentinus Therock per Imperatorem abductus est. Dominus Verbetius Cancellarius Iurium reddendorum causa Budæ subsistere coactus. Ego huc cum Regina dimissus, hic nunc strenue esurio, omnibus rebus amissis longa obsidione et per vim Turcarum, non æs, non vas, non equi, non vestes supersunt, omnia fortunæ ludibrio adempta sunt. Argenti vel auri non marca non dragma superest. Habes mi domine, amice et frater breuissime miseram Hungariæ nostræ cladem. habes fidem Imperatoris Turcarum. Cætera tuæ prudentiæ cogitanda relinquo etc. Datum Lippæ.

Sultan Soliman toti Transiluaniae Nobilibus et cunctis qui sunt in Transiluania

Misi litteras meas vobis vt ex his mandata mea bene perpendatis, apud nostram potentiam ita est compertum, quod Maÿlad et Emericus Balassa omnem discordiam concitarunt. Regnum Hungariae contuli filio Regis Joannis vt sit Rex totius Hungariae, ipsi vero non obtemperant filio Regis, sed Ferdinando Regi se subdiderunt. Continuo mittunt Nuncios petitum exercitum Almanorum, et a Transÿluanis ac Siculis petierunt quinquaginta Aspros, et iterum acceperunt viginti quinque Aspros, deinde duas Cameras Salium occuparunt, et faciunt quae mala volunt in Regno. Ego Regnum Hungariae et Transÿluaniam, sicut et alia Regna gladio accepi, nec patiar Regna mea vllo modo molestari. Regnum Hungariae ex mea potentia, filio Regis Joannis contuli, et haec est veritas quia Mandato meo necesse est satisfieri, neque aliud fiet.

Misimus Bodomiensem Zansiacum, cum multis dominis de Macedonia, et cum potentia ipsorum, et cum Bogdano Vainoda Moldaniae et Vainoda Transalpinensi, cum ipsorum potentia et exercitibus, quibus mandaui, vt cum praedictis Zanziakis proficiscantur aduersus Regnum sineque dilatione eo pertingant, siue Maÿlad, siue Emericus Balassa, siue alii qui nolint obedire filio Regis, eos Regno expellant, et qui Mandatum meum non fecerint puniantur, quia Regnum meum est et vos mancipia mea estis, meae potentiae fideles sitis, et filio Regis obediatis. Maÿlato et Emerico Balassa ac

infidelibus

infidelibus filii Regis auxiliu non feratis, et Fideles Reges Ferdinandi non audiatis, neqz Regnu paciamini perturbari Quod si Mandato meo satis non feceritis, et illis auxiliu praestiteritis, et paciemini Regnu perturbari et intellexero vos cu Almanis conuenire, nullae litterae vestrae, neqz negotia vestra proderunt vobis, peccata vestra erunt supra capita vestra, et aliquot centu millia Tartarorũ, et aliquot millia Alkangiakal, id: id populoru terrae, in Regnu vestru mittam, vosqz cu omnibus liberis vestris gladio meo subiiciam, et omni vitae vestrae finem facia, vt cuncti populi a vobis exemplu sumant, neqz deinceps dicatis, vobis praedictu non esse, quia non proderit vobis. Qui Mandatu potentiae meae fecerit, illi omni bono esse volo quia Regnu meu est, et vos mancipia mea estis, mandata mea seruate et Regi vestro fideles sitis, et si fideles extiteritis omni iustitia vobis ero, et ab omni excessu contra me cõmittendo caueatis, neqz aliud feceritis. Constantinopoli Mense Silbesi

Epistola Basche

Nos Michael Benkowicz als Zulimanbek, fidelis seruus Imperatoris Turcaru etc. Vniuersis Nobilibus et Ignobilibus, caeterisqz iuratis Ciuibus Agriae cõmorantibus Salutem et nostri cõmendationem. Noueritis quomodo Caesar inuictissimus, multa Regna vrbesqz quã plurimas in sua subegit potestatem, inter caetera etiam hoc Nobile Regnu Hungariae, nullo hactenus obstare valente, in suam ditionem subegit et penitus occupauit, rebellesqz debellauit. Qui quidem Caesar Inuictissimus Arces, Castella, vrbes, Ciuitates, Ciuitatuqz suburbia, a termino Poloniae vsqz ad Zalonkemen, inter

Danubium et Ticiam habitas et sittas ob intuitum seruitii nostri nobis donauit et contulit. Quas hactenus propter graue negotium Caesareum, quod per nos exequi et expleri voluit occupare non potuimus: Nunc autem illis peractis omnibus venimus Colociam, vt dictas possessiones a Caesare nobis collatas occuparemus, inobedientes extirparemus. Quapropter harum serie, vobis omnibus Agriae et in confinibus eiusdem commorantibus, firmiter praecipiendo committimus et mandamus, quatenus mox visis et perlectis praesentibus nulla mora interposita, vestrisque negotiis posthabitis, sub paena capitis amissioneque bonorum omnium et si vxores, filios, liberosque vestros in praedam nostri mittere non vultis, ad diem festum ad nos festinare velitis, vbi vobiscum de futuro commodo Reip.cae multa tractare habemus, secus non facturi. Ex Colocia in festo Andreae Apostoli. M° D. xl 1°.

Nos Sultan Sulemin etc. ex Dei gracia multorum Regnorum Caesar inuictissimus. Scribimus totius Regni Transsyluaniae Siculis et mandamus authoritate et potentia Caesarea Mandata autem nostra diligenter attendite. Quoniam apud M.tem nostram notum est, quod Stephanus Maylads et Emericus Balassa, Regnum illud Transsyluaniae perturbant, quod nos nato quondam Ser.mi Regis Joannis donauimus, cui multa damna inferunt, qui Ferdinando a consiliis eiusque ditioni subiugati sunt, quorum homines assidue erga ipsum pro impetrandis gentibus concurrunt. Palam est praeterea apud M.tem nram quod in partibus Regni Transsiluaniae per singulas portas

censu denariorum quinquaginta, et alium rursus viginti quinque exigunt, ac duas saltim precipuas Cameras pro seipsis vsurpauerunt, et multas huiusmodi rapinas exercent, fideles prolis Regiae persequentur. Gracia enim altissimi Dei Regnum illud Hungariae cum suis ditionibus gladio obtinuimus, sicut et caetera Regna nostrarum ditionum, nec alium in eo dominari volumus, quamque quam vt inclita proles Regia possideat, aliud fieri nolumus, vt bene perpendatis. Misimus igitur nos Baronem et dominum Bodonem Balibigum, cum precipuis nostris Sandiakis et Proceribus, caeterisque Regni nostri Nobilibus, Vaiuodas praeterea Regnorum Moldauiensis, Transalpinensis cum multis millibus bellantium, vt sine dilatione Regnum illud citissime pertingat, ac Stephanum Maylats, et Emericum Balassa persequantur, ipsosque e Regno expellant, et eos qui mandata nostra paruipenderint, et rebelles filio Regis, vel homini suo electo, quia Regnum illud nostrae est M.tis vosque omnes populi et mancipia nostra estis. Voluntas autem M.tis nostrae Caesareae, vt nobis fidelitatem praestetis, Regique vestro ac domino suo obtemperetis. Caeterum vt Maylatso, et Emerico Balassa auxilium praestare desinatis, ac infidelibus Reges adhaerere Regique Ferdinando auxilium praestare ne velitis, parti aut adhaerentium prosequi debeatis et teneamini. Si autem in premissis Mandata nostra refutaueritis, certo sciatis quod pacifice et quiete super faciem terrae non manebitis, et vt delictum eorum super capita vestra redeat, centum millia Tartarorum et totidem nationum alienigenarum equitum, ad vos expediemus, vt Regnum illud deflagrari igne debeat, liberosque vestros vna vobiscum prostrari sic de vobis vindictam accepturi, vt vniuersi super vos mirentur et perterreant. Vltimus dolor tandem nihil proficit, ne tandem perferatis, quod non premissa sciuissetis aut non percepissetis. Illis autem qui fidelitatem M.ti nostrae ac proli Regiae obseruabunt, vel homini eius electo obtemperauerint gracia nrae M.tis suffragabitur et non deficient in ea. Vos igitur a supradictis omnibus deffendatis, hominemque nostrum fidelem exaudientes obseruetis.

Salomon Cesar Turcorum
Sigismundo primo Regi Polonie

P. Rziiaczieliowi nassemu Crolowi Polskiemu y inich Panstw Zakonu Chrzesczijanskiego wam przijaczieliowi y sasiado: wi swemu oznaymuye y daie znacz przes then nass lyst czoscie pissaly do mnye i do mego wissokiego Dworu. Pan: stwa swego Zakonu Chrzescijanskiego. Starosthy y Het: mana swego, na ymie Pana Andrzea de Gorca Castell^a Posnan, w possélstwie zlistem swim, gdies on possel wass do nass przissedl, czossczie kolwiek przes niego wska: zaly do nass slowem mowycz, then possel wass wsitko tho dostateczinie przed namy slowem wimowyl. I my themu wsitkiemu dobrze dostateczniesmi wirozumiely. A tak oznaymuiemi wam Przijaczieliowi swemu. ktoresmy miely sslub i przijasn przolskiem miedzi ssoba. Teras ia thego sslubu y przissegi od wass przijaczielia swego nie odstepuie, ... ssie tho thrzimacz, a inaczey tego nie vczinie iedno wi Przijacziel moy mieiczie bacznoscz thes na sswoi slub ktori mami miedzi soba abi zwassey strony czo thakowego zlego ssie nie poczelo, abiesmi miely na obie sthronie then sslub nass poczciwie othrzimacz, bo then possel wass. przijaczielia mego. do nass przissedl. i poczciwie posthepowal, iako na dobrego a na wiernego radi wassego przislusalo. I mi thes zassie thego Posla va: ssego od Dworu nassego dobrze i poczciwie do wass Przija: czielia nassego opuscili. Is bis przijacziel nass o them wiedzial. Pyssan then list v Budzinia Po smierczy Mach: metowey 9.4.6 Miessiacza Wrzessnia.

Verba domini Hieronimi Laski Palatini Siradiensis quae cum dño Gamrato Archiepō locutus est quae Gamratus Regi transmisit ad Lituaniam

Labefactavimus vehementer benevolentiam Imperatoris Turcarum erga nos, atque adeo magnum nobis apud ipsum et Bassas ipsius odium conflavimus his rebus, quas aestate praeterita Budae et in Vngaria gessimus, hoc est domini Castellani Posnaniensis, in Civitate Budensi, et in exercitu atque Aula Regis Romanorum versatione. Nam dominus Palatinus Siradiensis cum in graciam meam redisset, ut bonum Christianum et Catholicum decuit, moriens nuper (haustu bis in flore lactis et in vino veneno in Turcia) cum extremum ageret spiritum, hoc mihi quasi testamento nunciari secreto iussit. Permoleste tulisse Imperatorem et Bassas illud Domini Posnaniensis factum, vocarique coepisse ab his Regiam Maiestatem, antiquam et nulli fidam vulpeculam, quae tamen non diu ut ita dicam vulpinatura esset. Dici palam inter illos, dominum Posnaniensem, cum persuasione non posset, vi conatum esse Budam Germanis tradere, ac minis inde eiectum (ni excederet natatarum cum in Danubio) multa minantem recta ad Germanorum Castra, deinde ad Regem Ferdinandum, hostem suum profectum, consilia Budae capiendae praebuisse. Ad extremum quasi ludibrii causa, ad Imperatorem ex hostilibus praesidiis Legatum venisse. Itaque fremere Turcas adversum nos maiorem in modum. Quod ita esse, etiam dimissio ipsius Dñi Posnaniensis, et negatus ipsi ad valedicendum Imperatori aditus comprobat. Statuisse Imperatorem (quod iam etiam ex Vngaria confirmatur) in urbe Sophia hibernare, ac primo vere cum validissimo exercitu apud Budam affuturum. Comitiaque

de more Hungarorum habiturum, ut qui secum qui cum hoste suo senciant cognoscat: et rebelles parte exercitu missa subiunget et coherceat. Reliquum vero robur militiae ad occupandam Austriam, Bohemiam, Slesiam ac Moraviam convertat. Quoniam autem sciat aliquam multos Equites nostrates, anno superiore apud Moravos militasse, quos magis quam Germanos metuat, permisisse cum Palatino Valachiae, ut etiam ante veris initium bellum Regno M.tum V. inferat, et arcem aliquam oppugnet. Sandziacis vero Silistrum, ac Thehinum, ac Bialogrodum, itemque Caesari Tartarorum, et Palatino Transalpino mandasse, ut ei Vere atque aestate praesto sint cum copiis suis, quo proprii periculi metu a ferendo Germanis auxilio arceantur. Id ita esse maximam facit coniecturam apparatus Valachi. De quo certo iam cognoverunt M.tes V. Quid vero est foedus rumpere et irritum facere, si hoc non est. Metuendum est sane ne et ipse per Hungariam exercitum in nos immitat, quando quidem aestiva et hyberna deinde apud Budam habiturum cum esse, idem Dominus Palatinus dixit. Hoc nos tantum malum nobis ipsi accersimus, dum saniora et fideliora consilia negligimus. Quod si meminit M.tas V. S. quod consilium quisque dederit, agnoscet haec omnia longe ante praedicta, et quasi in speculo ob oculos esse posita. Scripsi ego non probari mihi quod D.s Posnaniensis Budam mitteretur, ac multo minus quod ita se gessisset Budae et quod in Castris et in Aula Regis Ferd. commoraretur. Suasi ut quamprimum inde revocaretur, neve ad Turcam inde mitteretur, quae consilia mea partim neglecta sunt, partim serius quam res postulabat placuerunt. Et profecto nisi illa intercessissent quae supra commemoravi, vel non ademisset Budam Nepoti M.tum V. Imperator, vel ademptam in gratiam R. M.tis restituisset. Nunc futura omnia sunt difficiliora. Et nescio de Buda nec et Vngaria an de nostra ipsorum salute nobis agendum erit. Haec M.tas V. S. cum R. M.te

communicare secreto dignabitur. Cui gracie iterum atque iterum me commendo. Nihilominus tamen censeo mittendum esse oratorem ad placandum verbis et muneribus Imperatorem et Bassas, et ut commendet filiam et Nepotem M.tis V. ac de Buda restituenda, et Regno Hungarie concedendo roget nomine M.tis R. Idque primo quoque tempore, antequam Imperator coacto exercitu Sophia moueat.

Georgius Monachus Epus Varadien. Thesaurarius Petro Kmithe de Visnicze Palatino et Capitaneo Cracouien. et Regni Poloniae Marschalco

Spectabilis ac Mag.ce Domine et amice nobis obseruan.me Salutem et obsequii nostri commendationem. Accepimus litteras D. vestrae M. quibus nos de statu Regni huius, et res nostrae quo in cardine versentur interrogat. Superioribus diebus R.mus quoque dominus Archiepiscopus Gnesnen. scripserat nobis per quendam Polonum, ad R.lem M.tem Dominam nostram clemen.mam missum, qui nobis dum ab eius M.te huc Waradinum veniebamus in itinere obuiauerat. Quem nos statim ad eius M.tem expediuimus ita tamen ut in reditu suo ad nos diuerteret. Nos quamprimum ex Conuentu Debreczinensi reuersi sumus, rursus Lippam ad R.lem M.tem profecti eramus, sed interim M.tas eius nuncium illum dimiserat, ille autem aliquo casu nobis obuiare non potuit, et ita nobis nescientibus discessit. Voluimus enim D.ni vestrae Mag.cae de statu Regni huius et nostro scribere, quem D.o vra paucis accipiat. Deus Maximus nos cum R.li M.te et filio suo ab inimicis nostris, qui nos magna spe periculi capitum et fortunarum nostrarum diuturna premebant obsidione liberauit. Postquam autem Caesar Turcarum aduenit, qualiter Buda cepit

et nobiscum quo modo actum sit D.o v.ra Mag.cia iam pridem co-
gnouit. tandem R.tem M.tem D. nostra clemen.ma simul cum
filio suo et rebus sine damno nos quoqz dimisit. magna tamen
iactura rerum nostrarum ac seruitorum nostrorum. Post hunc autem
casum Cesar ipse terram hanc quae est in citeriori parte Tibisci
et totam Transiluaniam filio defuncti Domini nostri clementiss.mi
et nobis possidendam concessit. Is est presens status Regni huius
quam diu tamen hoc durabit solus Deus nouit. viuit dominus
q.d nos et prius ex animo seruiuimus. et quamuis nostra seruitia
ingrata fuerint. nos tamen seruire non cessabimus. Amissio
Budae et periclitatio Regni huius afflicti. certe nimis acerba
deberet esse. vniuerso Christiano nomini. hoc enim perdito vide-
rint omnes Christiani quanti emolumenti ex perdita Hungaria
sibi comparabunt. quemadmodum enim homo rem preciosam et
charam habens nunqz cognoscet. quantum sibi chara fuerit nisi
primum eam perdiderit. eaqz amissa animaduertet quo in pre-
cio eam seruare debuerat. ita et Christiani nolunt animad-
uertere cuius momenti sint Hungari. et quo in precio haberi
deberent. amisso tamen Regno hoc. discent tamen magnis
calamitatibus experti quid fuerint Hungari. qui nunc apud
Christianos abiecti videntur. Nam et nunc scirent seruire bene.
si quibus seruitia eorum grata forent. sed nemo est qui Hungaricae
nationi compaciatur. eorumqz seruitia acceptet. tempus esset om-
nibus Christianis iam tandem euigilare et periclitanti huic
miserrimo Regno succurere. ne in extremum excidium deueniret
Nam si tempestiue de permansione eius non prouiderint. procul
dubio peribit. Cesar enim iam in viscera eius penetrabit. cuius
periculum erit in malum et in ruinam totius Reip.cae Christianae
Si tamen Principes Christiani velint (firmam spem in Deo Maximo
habemus) Regnum hoc posse permanere et magno commodo
Christianae Reip.cae futurum.

Multa sunt de quibus Do. vestrae Mag.^tiae uberius scribere possemus, sed haec sufficiant. Sapienti enim satis dictum est, ut intelligat Nos D.^nem vram M.^tem obsequia nra comendamus et eandem rogamus ne parcat labori nostro. Sed imperet nobis, parati sumus officio boni amici Do vestrae Mag.^tiae semper inservire. D. vram M. foeliciter valere optamus. Datum Waradini 27 die Mensis Nouembris. Anno Domini M° D° xl i°.

Obsidionem et ruina Ciuitatis Budensis D° vra M. iocum fuisse ne arbitretur. Moenia enim illius adeo destructa sunt in septem locis, ut ruinam tantum unius loci non est tam bonus sagittarius qui longitudinem eius iactu sagittae consequi posset, etiam si voluissemus eam aduersus Caesarem Turcarum conseruare non potuissemus, ipsi quoque Turcae non possent, si modo tempestiue et bono modo a Christianis aggrederetur, sed si mora fiet, difficulter tandem fieri posset captio eius, dum et illi reformata ruina omnibus necessarijs munierint

Legatio a Sigismundo Rege Patre et filio et a Bona Regina Poloniae ad Isabellam Reginam Vngariae data Petro Lubomirski Aulico Regio

P. Rzodkiem powie pozdrowienie Oiczowskie Braczkie i Macierzinskie od Crolow obudwu i Croliowei ich M. Zdrowie Croliowei Węgierzskiei nawiedzi od wsitkich ich M. ktorzego zdrowia i fortunnego panowania ich M. zicza iey M. na dlugie czassi.

Za tim powie iss ich M. wtem czass kiedi iei M. bila na Budzinie wezięskim a trudnim obliezeniu wielki smątbek i zalosz mieli iss wiedziecz niemogli o zdrowiu a o bespieczenstwie iei M. abowiem ani listhi ani posli prze niebespieczne przessilanie, ku tei wiadomosczi prziidz niemogli aczkolwiek wsseliakim obiczaiem okolo thego stharali ssię i posslow i nakladow nieliuthuiącz.

Alie zassię teras wielcę ssą poczięssem ich M. iss iuss wiedzą, że pan Bog Croliową iei M. z niebespieczenstwa a z rąk nieprziiacziolskich wibawiecz raczil.

Czo gdi ich M. vssliisseli naprzod z niektorich listhow Panow Corony Polskich wneth possla Jarossa nawiedziecz zdrowie iei M. poslali, o ktorim iesscze sprawi niemabz iako do iei M. doiechal abo odiechal.

Theras zassię powie iss gdi ich M. z Ziemowiecza wizozumieli Croliowa iei M. bicz dobrze zdrową a iz pan Bog raczil iei M. wizwoliecz sthei trudnosczi iss iuss iesth na lipie iei M. sthego ssą poczięssem. A iz tess iei M. stan i rzeczi ssą zatrudnione a tak dlia thego iesth poslan do iei M. abi w tich trudnosczach iei M. ymieniem Croliow i Croliowei ich M. poczięssil

Tamze bedzie prosil i napominal iei M. imieniem wßitkich ich M. abi iei M. smetku zadnego do Sercza nieprzipusszala, a przodkiem nadzieię sswa w lassce boskiei pokladaiącz o rodzieczoch i o braczie sswim milim pewne duffanie miala, iz ich M. wthich i w kazdich inich trudnosczach milosczia rada i opatrzeniem, iakie na ich M. naliezecz będzie wedlie krewnosczi i powinnosczi opusczicz nie racza. Y terah na wskazanie iei M. radzi bi tho vczinili, iz bi bili rada iaka okolo trudnosczi iei M. podali i pomocz vczinili ku postanowieniu stanu iei M[a]. iedno iss Zienowicz nieznacznie a nie iasnie wolici Croliowei iei M. i vmislu Croliom ich M. zosspowiedziecz nie vmial, abowiem powiedzial tbelko ysz Croliowa iei M. Zada abi bila w pokoinem Stanie postanowiona a izbi ku Stanu sswemu Panskiemu opatrzenie miala, a nie bila wmoczi i wroskazaniu Podskarbiego

Thu ich M. niewiedza iako to Croliowa iei M. Węgierska rozumie, iz bi iei M[r]. Stan mial besspieczni a vpokoini, iesli ze iei M. rozumie izbi przed ssią w Węgrzech ostacz chciala, abo stam tego niepokoiu, a nie besspieczenstwa, gdzie indzie na besspieczne a na pokoine miessce wiechacz. A tak iei M. pitacz będzie abi iei M. mianowicie wolią i vmisl swoi otworzicz raczila, bo ich M. kazdei rzeczi, za wolią a za chuczią iei M. pomagacz chcza tele ile ssią ich M. godzicz będzie besspieczenstwa sswego nie na zussaiacz, a beh wolici iei M. niczego wrzeczach ich M[r]. poczinacz niechcza, a tak iesli bi iei M. na wolią Cro. ich M. i na radę to pusczala, powie iss tho będzie traczenie czassu bo ich M. ani radzicz ani obmisliacz nicz niechcza wdnu czo bi bilo za wolią a mislą iei M. mianowitha a oznaimiona.

A iesli bi iei M. w Węgrzech zostacz miala, a s Podskarbie[o] roskazania winicz chciala, będzie zadal Crol iei M. abi iei M. obiczai i radą podala, kedi bi ktdemu przidz

mogli ich M. abi thego Podskarbiego prozna biez mogla. bo ich M. zadnei rzeczi litowacz niechcza czim bi thelko mogli slusnie ici M. woli i potrzebie dosicz vczinicz.

O Cossiecze przipominie. iako Zienowicz powiedzial a dowie ssia thesz woliei ici M. O rzeczach Cro: ici M. ktore bili na Cossiczach. iesli tam iescze ssa bydzie ssia dowiadowal Die S. Catherinae. M. D°. XL. I°.

Isabella Regina Vngarie
Petro Kmite Palat° Cracouien

